This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


600058419X

Arch Bibl.

# BIBLIOTHECAE PHILOSOPHICAE STRVVIANAE

EMENDATAE CONTINVATAE

ATQVE

VLTRA DIMIDIAM PARTEM AVCTAE

A

IVD. MART. KAHLIO

P. P. O.

TOMVS I.

SCRIPTORES PHILOSOPHIAE CONTEMPLATIVAE PERCENSENS

GOTTINGAE

IMPENSIS VANDENHOECK ET CVNONIS

MDCCXL.

250. e. 172

2 c. 52

ILLVSTRISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
# GERLACO ADOLPHO
# DE MVNCHHAVSEN
IN STRAVSFVRTH ETC.
POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE
REGIS A CONSILIIS
REGENDI ELECTORATVS
BRVNSVICENSIS
SANCTIORIBVS
ET MAGNO PER DVCATVM CELLENSEM
PRAEFECTO

FELICITATEM PERPETVAM PRECATVR
LVDOVICVS MARTINVS KAHLE

# ILLVSTRISSIME
# ET CLEMENTISSIME DOMINE

Saepe numero mecum reputans, infinitam animi TVI, DOMINE ILLVSTRISSIME, magnitudinem, sapientiam,

clementiam, pietatem, eruditionem & id genus alia; incidi tandem in illud Salluſtii: quod prius defeſſi ſint homines in laudando praeclaras virtutes, quam heroes faciendo, quae gloria digna ſunt ſempiterna: Licet enim haec academia, auſpiciis TVIS condita, licet orbis litterarius vniuerſus, licet respublica vtraque, TE ſupra ſeculum hocce ponant; licet ego denique, vt cunctos ſubmiſſa mente, obſeruantia ac gratitudine ſuperem, enitar; ſufficientibus tamen laudibus TE decorari haud poſſe, TE cui parem virtute Maecenatem non dari, dudum audiuimus, nemo eſt qui ignoret. Quum igitur tantus honos TIBI ſit, vt nulla illi fieri queat acceſſio, tacita potius, quaeque religioſior eſt, TE & beneficia, quibus me ornaſti innumera, certiſſima clementiae monimenta, colo pietate.

Patere vero, vt chartaceum hoc munusculum TIBI offeram, DOMINE ILLVSTRISSIME, atque a ſplendore TVO aliquid mutuare geſtiam. Argumenti fauor, quod

quod in hoc libello ediſſeritur, vel excuſat, vel comprobat audaciam meam. Quidquid ſapientiae magiſtri propinare, quaeque volumina inde a prima rerum origine, emittere in lucem, conſueuerint, his in paginis narratur; quibus forſan nulla in memoriis ſeculorum occurrunt illuſtriora, glorioſiora. Cui itaque potius eiusmodi libellus ſacer eſſe debet quam TIBI, vero ſapienti, TIBI, ſapientiae regiae adminiſtro, (non υπερβολικως ſed veriſſime loquor) TIBI, ſapientiae praeſidio clementiſſimo, munificentiſſimo? Hinc breuiter tantum & carptim reddam rationes eorum, quae hoc in commentario continentur:

Beati *Burcardi Gotthelff Struuii*, cuius vt iucundus olim amor, ita nunc funeſta mihi eſt memoria, *Bibliothecae Philoſophicae* a me emendatae, continuatae & *vltra dimidiam partem auctae*, Tomus prior, ſcriptores philoſophiae contemplatiuae percenſens, e prelo exit. Quatuor quae iam exſtant editiones iſtius operis, dudum probarunt, illud plauſum tu-

liſſe, tanto viro dignum. Vti vero δευτεραι φροντιδες ac labores noui, addi & poterant & debebant, vel ipſo Struuio iudice; *Ioannes Henricus Ackerus*, vir diligentiſſimus, ſupplementa nonnulla Ienae MDCCXIV. concinnauit, a celeberrimo *Ioanne Georgio Lottero* acceſſionibus locupletàta, magnaque ex parte inſerta Bibliothecae philoſophicae Struuianae, MDCCXXVIII. excuſae. Meſſem ſane reportarunt egregiam probatiſſimi illi ſcriptores, ſed voto Struuii minorem; qua re adductus Struuius, anno ſeculi huius triceſimo ſeptimo, pro inſigni quo me ſemper complexus eſt fauore, litteris ad me datis, quas ſancte ſemper ſeruabo, propoſuit mihi conſilium, de noua a me adornanda, perpoliendaque editione bibliothecae philoſophicae. Non potui igitur non voluntatem eius, qui inde a multis annis ad ſalutem meam amplificandam, benigna adtulerat ſtudia, pie agnoſcere, & reſpondere, me illud opus ſuſcepturum: Inde enatus eſt, qui iam prodit commentarius

ad

ad Struuium perpetuus; inde notae omnes textui ſubiectae, a me elaboratae, traxerunt originem : Quae enim ab Ackero & Lottero hanc in rem compoſita ſunt, & ex parte a me retinenda videbantur, in ipſo textu Struuiano comparent, ita connexa atque adaptata mea opera, ac ſi Struuius ſemper loqueretur; ne adnotationibus modo minus cohaerentibus, modo repugnantibus, modo mutilis, confuſa & perturbata redderetur oratio. Praeterea textum non carentem ελλειμασι purgaui, tum bene multa ῥαθα και χιβδηλα reſcidi, tum integras periodos, paragraphosque ei intexi, quaeque ad *Wolfii* (*) philoſophandi rationem ſpectant, ſuis locis ſpeciatim adumbraui. Quod eo minus improbandum erit, quoniam Struuius haec beneuole permiſit mihi omnia. Praecipuam vero diligentiam ad id adtuli, vt de ſingulis philoſophis, eorumque ſcriptis,

(*) pag. 126. vſque ad pag. 137. pag. 280.-290. pag. 293-297. pag. 306.-318. pag. 353.-356.

ptis, cognoſcerem, ſtatuerem, iudicarem; id quod a Struuio pariter ac commentatoribus eius raro factum eſſe, liquet. Hac in re normam πολυθρυλλητον: neminem laede: habui ob oculos cynoſurae inſtar; & id religioſe ſeruaui, ne per cuiusquam iniuriam famam quaerere voluiſſe viderer. Febriculoſam notitiam oſtentantes philoſophos, potius plane omittere, quam arma contra eos ſtringere libuit; errores potius excuſare, ac leniter corrigere, quam cum concordiae diſpendio acrius vindicare. Etſi vero libertatem, qua in republica litteraria ciues pollent, modeſtia etiam conditam, aegre multi ſentiunt; hi tamen impedimento eſſe non potuerunt, quo minus ingenue mentem meam profiterer, atque vtilitatis cuiusdam fructum iis praeberem, qui fidei meae ſe in hac academia commiſerunt. Auctores, vitas philoſophorum, quorum in hoc opere exſtat memoria, perſequentes, copioſe adſcripſi, inprimis rariores, praeteritis plerumque iis, quos aſſidua manu tirones euoluunt. In-

Indices non congeſſi, congeram autem eos, tomoque poſteriori, practicae philoſophiae ſcriptores complectenti, quamprimum prelo ſubiiciendo, adiungam. Etenim iam ſatis huius voluminis magnitudo creuit, ſaltem molis maioris eſt, quam omnis bibliotheca philoſophica Struuii, a Lottero emiſſa in lucem, cui tamen τα πρωτια editionum adhuc debentur. Id porro praefari liceat, folia priora opellae noſtrae, iam ante biennium eſſe typis exſcripta, typographum autem, cuius conſiliis fata praeualuerunt, moras intuliſſe. Quae denique oſcitanter aut perperam dicta offendent lectores, eorum veniam me impetraturum ſpero, ſi tenuem humanae mentis ſortem eſſe, cogitauerint. In calce tamen tomi poſterioris, nonnulla forſan a me retractanda occurrent.

Video iam de breuitate mihi eſſe laborandum, DOMINE ILLVSTRISSIME. Nefas eſt dicere plura, vbi tacentem ſumma pietas vel excuſat vel laudat. In TVA clementia opus exile, me meaque omnia

mente

mente demiſſa repono vnice. Vtinam mihi fas eſſet, TE digna condere & collocare ingenii monimenta; vtinam eruditionem TVAM, quae in ſolenne iuit ſeculi argumentum, vmbratica oratione adaequare; vtinam grates immortales pro beneficiis immenſis ſtilo ſignare! Sed aeternis ampliſſimisque inſignibus, poſteris iam conſecratum eſt NOMEN TVVM ILLVSTRISSIMVM; vota igitur quotidie facio, quae maiori ſtudio, magisue ex animo concipi nequeunt, vt TVAE incolumitati, auguſtae dignitati, gloriae, felicitati, accedant anni innumeri & ſempiterni! Gottingae, Idib. Mart. MDCCXL.

CAP.

# CAPVT PRIMVM

## DE

## SCRIPTORIBVS QVI BIBLIOTHECAM PHILOSOPHICAM ET VITAS PHILOSOPHORVM SCRIPSERVNT.

§. I. *Philoſophiae vocabulum bene multas ſub ſe continet ſignificationes.* §. II. *Scriptores, qui Bibliothecas philoſophicas ediderunt.* §. III. *Scriptores, qui vitas Philoſophorum antiquiorum deſcripſerunt.* §. IV. *Scriptores qui vitas recentiorum philoſophorum ediderunt.*

### §. I.

Amplior Philoſophiae complexus eſt, prout communiter illi attribui ſolet, ita vt in claſſibus ſuis multa comprehendat, quae proprie ad eandem non ſpectant. Hanc in rem diſſeruit IAC. THOMA-

MASIVS in *orig. hiſt. phil. & eccleſ.* §. V. VI. VII. fuſius ab ipſo explicata peculiari obſeruatione, quae, *Vocabuli Philoſophiae multiplex acceptio, & ad ſuperiores facultates accommodatio* inſcripta, inter *Obſeruationes Halenſes* Tomo VI. loco viceſimo legitur. (*a*) Quo igitur ordine procedamus, hic loci no-

(*a*) Vocabulo philoſophiae adhibitae in veterum ſcriptis ſignificationes, id declarant luculenter, quod adſerit auctor. Prodeant huius rei teſtes IAMBLICHVS in *vita Pythagorae* Lib. I. Cap. XII & XXIX. QVINTILIANVS *Inſt.* Lib. XII. Cap. I. SENECA *Epiſtola LXXXIX.* VALERIVS MAXIMVS Lib. VIII. Cap. VII. CLEMENS ALEXANDRINVS *Stromatum* Lib. I. paſſim. EVSEBIVS de *Praeparatione Euangelica* Lib. X. Cap. I. AVGVSTINVS *de Ciuitate Dei* Lib. XVIII. Cap. XXV. Inter recentiores hac de re diſputarunt PETRVS FONSECA Lib. I. Metaphyſ. Ariſtotel. BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS in *praecognitis philoſophiae.* SCHEFFERVS de *Philoſophia Italica* Cap. VI. pag. 34. LIPSIVS in *manuductione ad Philoſophiam Stoicam* Lib. I. Diſſert. VI. Illuſtris GEORGIVS BERNHARDVS BVLFFINGERVS in diſp. *de triplici rerum cognitione, hiſtorica, philoſophica & mathematica,* Tubingae 1722. in 4. edita. CHRISTOPHORVS AVGVSTVS HEVMANNVS, fautor & collega noſter ſummis venerandus, in *Actis Philoſophorum* Parte I. p. 74. Anonymus in notis ad Huetium de *imbecillitate intellectus humani* pag. 2. n. 1. & clariſſimus IOANNES ALBERTVS SPISIVS in diſſert. de *definitione nominali & reali philoſophiae,* Altdorfi habita 1733.

nobis agendum ſaltim erit de ſcriptoribus, qui vere philoſophici ſunt, ſeparatim acturis de bibliotheca philologica & hiſtorica, quas tamen ſub communi Philoſophiae nomine alias complectuntur.

## §. II.

Fuere iam olim, qui bibliothecam philoſophicam condiderunt. Prima, ni fallor, eſt IOANNIS IACOBI FRISII (*b*) *bibliotheca philoſophorum claſſicorum chronologica*, quae primum *Tiguri* prodiit 1592. 4. poſt libro ſecundo Chronici Chronicorum eccleſiaſtici IANI GVALTERI, ſiue IANI GRVTERI inſerta, *Francofurti* 1614. 8. Scriptores autem, non Philoſophos tantum, ſed alios etiam antiquiores, qui a primis incunabulis vsque ad ſeculum XVI. claruerunt, recenſet, eosdemque per ſeriem temporum diſtinguit, vbi vixerint, & quid ſcripſerint, declarans. Secutus hunc fuit ISRAEL SPACHIVS, cuius nomenclator ſcriptorum philoſophicorum prodiit Argentorati 1598. 8. qui, nulla chronologiae ratione habita, realem

(*b*) De quo vid. RICHARDVS in *hiſtoria bibliothecae Caeſareae Vindobonenſis* pag. 55. & IOANNES FABRICIVS in *hiſtoria bibliothecae Fabr.* Parte III. pag. 197.

lem eſſe voluit catalogum ſuum, de ſcriptoribus logicis, phyſicis & ſimilibus ſeparatim agens. GEORGII DRAVDII *bibliotheca claſſica*, quae *Francofurti* 1611. 4. prodiit, praeter reliquas diſciplinas etiam philoſophicos ſcriptores percenſet. Sed ex catalogis Francofurtenſibus eſt conſarcinata, nec ſatis fidei habet. (c) PAVLI BOLDVANI *bibliotheca philoſophica, Ienae* excuſa 1694. 4. Indicantur in eadem ſcriptores aeque pro ordine materiarum, qui diuerſas philoſophiae atque philologiae partes illuſtrarunt, ſed nuda titulorum eſt recenſio. MARTINI LIPENII *Bibliotheca realis philoſophica*, Francofurti ad Moenum edita 1682. f. in titulos digeſta eſt, & quidem in eo laudem habet, quod de quauis materia, ſpeciali etiam, qui ſcripſerint, habeamus ſub quouis titulo digeſtos, ſi modo meliori cum ſelectu id eſſet factum, & non quisquiliae ſaepe ſcriptorum intermixtae. Immo referuntur nonnunquam ſub titulis, qui ad alios plane ſpectarent, vt facile adparet, libris non inſpectis, titulo ſaepius deceptum fuiſſe Lipenium.

(c) Liber magna non ſit Draudii auctoritate, methodum tamen peruerſam, ſine principiis certis ratione, vt plerum haud paucis peccatis ruitur.

nium. (*d*) LAMBECIVS quoque bibliothecam philoſophicam concinnandi conſilium mente concepit, cuius ideam exhibet MORHOFIVS *Polyh.* Tom. I. Lib. I. Cap. II. §. VIII. ſed cum aliis illa doctiſſimi viri inſtitutis in fumum abiit.

## §. III.

Poſt hos, qui bibliothecas philoſophicas dederunt, ſequuntur Biographi, & quidem primum, qui de vitis & ſcriptis antiquiorum philoſophorum egerunt. Miſſa facimus, quae in *introductione ad notitiam rei litterariae* Cap. VII. §. XXXV. & XXXVI. propoſita ſunt, & obſeruamus ſtatim, illorum, qui veterum philoſophorum vitas, litteris inter Graecos, conſignarunt, catalogum, ordine alphabetico inſtructum, dediſſe LONSIVM in praefatione ad diſſ. de *hiſt. peripatetica* pag. 387-400. edit. Elswich. Sed omnia fere illorum ſcripta, temporis iniuria interciderunt. Confer & ANT. TEISSIERII *Catalogum Catalogorum*, vbi illi etiam, li-

(*d* Lipenium a viris facile principibus orbis litterarii atro notatum carbone vid. in NICOL. GVNDLINGII *Hiſtoria Litteraria* inſcripta: *ausführliche Diſcourſe, ſo er in verſchiedenen collegiis litterariis* &c. *gehalten* Tom. I. pag. 121. edit. *Francof.* & *Lipſiae* 1734.

licet interdum minus adcurate, nominantur, qui philoſophorum βιογραφους egerunt. Primus, qui hac in re operam ſuam poſuit, eſt DIOGENES LAERTIVS, (*e*) cuius de *vitis & moribus philoſophorum* tractatus graece prodiit cum verſione latina, cura ISAACI CASAVBONI, *Antwerpiae* 1570. 8. & *Coloniae* 1615. 8. Accuratior longe eſt editio, quae cum interpretatione & notis Aldobrandini, Stephani & Caſauboni prodiit Londini 1664. f. Eadem editio cum vtriusque Caſauboni atque aliorum notis, praecipue vero doctiſſimis AEGIDII MENAGII, prodiit, cura MARCI MEIBOMII, *Amſtelodami* 1692. 4. (*f*) Hoc opus egregium quidem eſt, ſed in *Actis philoſophorum* Part. II. diſſertat. V. nihilominus notantur bene multa, quae non rite comparata ſunt. (*g*) Fundamentum tamen hiſtoriae philoſophicae dici meretur. De praecipuis

(*e*) Vid. de eo HOLSTENIVS de *vita Porphyrii* Cap. VIII. pag. 251.

(*f*) Catalogus editionum Diogenis Laertii ab origine typographiae, vsque ad annum MDCLXIII editioni huic eſt praefixus. Conf. Acta Eruditorum Lipſienſia Anni MDCLXXXXII. pag. 315.

(*g*) Errores ſane varios admiſit Laertius, praecipue chronologicos, quorum aliquot IONSIVS etiam declarauit II. XV. pag. 193. add. VOSSIVS de *Hiſtoricis Graecis* pag. 223.

puis enim antiquorum philoſophorum vitis (*h*) ita agit, vt non ſolum ad vitarum, ſed etiam dogmatum ſcriptores ſit referendus. Praeter IOANNEM ALBERTVM FABRICIVM, polyhiſtorem excellentiſſimum, in *Bibl. Graeca* vid. de variis huius libri editionibus MOLLERVS cl. in *Hypomnematibus ad Morhofii polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. *Cap.* I. §. 1. & HVETIVM *de rebus ad ſe pertinentibus* p. m. 142. Hunc inſecutus fuit EVNAPIVS SARDIANVS, cuius de *vita philoſophorum & Sophiſtarum* liber, primum gr. & lat. e bibliotheca Sambuci prodiit *Antwerpiae* 1568. 8. Heidelbergae ex Commeliniana 1595. 8. & cura ANDREAE SCHOTTI *Antwerpiae* 1616. Conf. IONSIVS de *hiſt. peripatet.* diſſ. I. cum LAVNOIO de *Ariſtot. fort.* iterum ab ELSWICHO edita pag. 393. (*i*) Vi-

(*h*) Non de LXXXI. philoſophorum vitis ſolum, ſed de ſcholis atque inſtitutis eorundem etiam diſſerit. XXIII. imagines in Wetſteniana illa editione quoque exhibentur, quarum autem perpaucae cum iis, quae in rarioribus Italorum, Anglorum & Gallorum adſeruantur muſeis, conueniunt.

(*i*) Hiſtorici nomen ſane vix meretur Eunapius, quoniam omnis liber fabulis, partim adeo lippis & tonſoribus indignis, ſcatet, partim ſcribendi genere tortuoſo atque obſcuro eſt compoſitus. Immortalis memoriae vir Io. ALBERTVS FABRICIVS vitas tamen Eunapii cum VI.

## CAPVT PRIMVM.

Videmus ab eodem Eunapio Sardiano deſcriptam vitam PLOTINI, (*k*) PORPHYRII, (*l*) IAMBLICHI (*m*) ALYPII, (*n*) AE-

Codd. MSS. a MARQVARDO GVDIO collatas, Graece & Latine cum notis GVDII, NICOLAI RIGALTII, HADRIANI IVNII, ISAACI CASAVBONI MSS. caſtigationibus, vt & ſuis edere conſtituerat, & tria folia operis, typis etiam impreſſa ſunt, in 8. ſed editionem abrupit, typographo moras nectente, quas ferre minus poterat vir diligentiſſimus. Vid. nobiliſſimi HERMANNI SAMVELIS REIMARI P.P. de vita & ſcriptis IOANNIS ALBERTI FABRICII commentarius edit. Hamburgi 1737. 8. pag. 209.

(*k*) Cuius vitam & librorum ſeriem perſecutus quoque eſt PORPHYRIVS, ſed non ſine animi impetu ac partium ſtudio; MARSILIVS FICINVS latine eam reddidit; Fabricius autem modo laudatus inſeruit eandem, vna cum verſione, Bibliothecae Graecae Lib. IV. Cap. XXVI. pag. 91 ſqq.

(*l*) De eius vita & ſcriptis vid. etiam LVCAE HOLSTENII Diſſertatio praemiſſa editioni librorum Porphyrii de abſtinentia & eſu animalium, de quibus deinceps pluribus.

(*m*) Praeter notos de eo ſcriptores, commentati ſunt de eo WITSIVS in *Ægyptiacis* edit. Amſtelod. 1696. in 4to. paſſim, & IOANNES SPENCERVS *de legibus Ebraeorum ritualibus*, OLEARIVS in diſſert. de *eclecticis* Cap. III. GABRIEL NAVDAEVS in *Apologie pour les grands perſonnages fauſſement ſoupconnez de magie Cap. XIII.*

(*n*) ALYPIVS Alexandrinus fuit philoſophus, Iamblichi aetate clarus, ſed haud confundendus cum

AEDESII, (*o*) MAXIMI aliorumque ſeculi quarti philoſophorum. Tertius eſt HESYCHIVS MILESIVS, cuius liber *de claris philoſophis* graece & latine per HADRIANVM IVNIVM editus eſt, cum notis HENRICI STEPHANI, *Pariſiis* 1593. 8. & Antwerpiae 1575. 8. poſt vero IOANNES MEVRSIVS eundem denuo edidit LVGDVNI 1613. 8. atque notas elegantiſſimas addidit, ſeruatis Iunii caſtigationibus Stephanique animaduerſionibus. Multa ſingularia autem de claris philoſophis habet Heſychius, quos ordine alphabetico perſequitur. (*p*) Huc faciunt etiam PHILOSTRATI *vitae Sophiſtarum*, (*q*) quae primum Graece prodierunt *Venetiis* ex Al-

cum aliis eiusdem nominis, de quibus fecit mentionem acutiſſimus PETRVS BAELIVS in *Dictionaire Hiſtorique & Critique* Tom. I. ſub voce *Alypius* pag. 162 ſqq.

(*o*) Qui quidem ignobilis fuit, e Cappadocia oriundus.

(*p*) HANCKIVS in Lib. de *Scr. Rer. Byzant.* P. I. Cap. IV. pag. 142. ſqq. de eo nonnulla tradidit, vt & WILHELMVS CAVEVS *Hiſt. Litt. Scr. Eccl.* P. II. pag. 108. ſqq.

(*q*) Libris II. comprehenſae ſunt vitae Sophiſtarum, hinc SVIDAE codices corruptos eſſe ſtatuimus, qui quatuor de Sophiſtis libros Philoſtrato attribuunt; etenim duos tantum eſſe exaratos, ipſe auctor eſt Philoſtratus, in calce etiam libri poſterioris hoc declaratur, quia pronunciat ſe deſinere in ſuis temporibus.

Aldina 1503. f. poſt cum verſione latina ANTONII BONFINII *Baſileae* 1565. f. quae fata veterum philoſophorum potiſſimum perpendet. Praeſtantiſſima eſt editio, beati GODFRIDI OLEARII curis *Lipſiae* 1709. f. impreſſa. Vid. *Act. Erudit.* illius anni pag. 433. quae monere voluit auctor ſchediasmatis ſub titulo *ſpicilegii aliquot in Philoſtratum animaduerſionum* Vitemb. 1709. fol. plag. 1. editi, ibid. pag. 439. diluuntur. (*r*) Sic etiam SVIDAS lexico ſuo, cuius graeca & latina editione AEMYLIVS PORTVS ſe olim commendauit, *Coloniae* 1619. fol. inclaruit. LVDOLPHVS NEOCORVS vero, (*s*) quo nomine LVDOLPHVS KVSTERVS, vir multo doctiſſimus, latuit, omnium plauſu *Cantabrigiae* 1705. in III. Tomis in f. typis eum inprimi curauit. (*t*) Inter ſcriptores

(*r*) Erit ſane perenne ingenii ſubacti, tanti viri, monimentum, illa editio. In *Bibliothecae Bremenſis* Tom. III. pag. 20. ſummi theologi, MOSHEMII nimirum, expoſitum de ea eſt iudicium.

(*s*) Vid. BÜCHER SAAL Tom. I. p. 434. & Tom. V. p. 881. NICERON in *memoires* Tom. I. pag. 300. *Gelehrte Zeitungen* Ann. MDCCXVI. pag. 411. & Ann. MDCCXVII. Part. I. pag. 37. & Part. II. pag. 559.

(*t*) Philologi Cantabrigienſes nouam eamque auctam & locupletatam iam parant editionem Suidae. Initium fecerant me degente Cantabrigiae

res posterioris aetatis, qui vitas philosophorum antiquiorum scripserunt, primus est IOANNES VALLENSIS, qui *compendiloquium* scripsit *de vitis illustrium philosophorum*, quod inter alia eius opera in lucem emissum fuit *Lugduni* 1511. 8. REIMANNVS diligentissimus in *hist. erudit. Germ.* Tom. I. Sect. III. §. 60. n. 4. pag. 272. edit. recent. de eo vid. pluribus. Post hunc GVALTERVS BVRLEVS (*u*) *de vita & moribus Philosophorum scripsit*, quod opus typis adhuc rudibus, nascente demum typographia, fuit excusum; cuius recensionem reperimus in *Actis Philos.* P. XIV. pag. 282. sqq. Ceterum hanc ipsam editionem in monte D. Hilarii apud S. Claudium in aedibus Ru-

giae anno 1736. Clarissimvs HVDGSONVS, amicus meus suauissimus, Bibliothecae, quae in collegio Trinitatis est, praefectus, praecipuam tunc temporis in ea operam ponebat. Ad manus tum ei, tum sociis erat, quidquid MSS. reliquit posteris Kusterus, plurima quidem ab ipso Kustero, mortem meditante, in ignem coniecta sunt.

(*u*) Natione Anglus, nominalis philosophiae rigidus satelles, de quo LELANDVS, BALEVS & PITSEVS, biographi Britannorum celeberrimi, pluribus. Erroribus obnubilatur maxima libri pars, de quo sermo est; Poetarum vitas eam ob rationem enarrat, quoniam antiquissimis temporibus poetae philosophiam & tradidere, & philosophis adnumerati sunt.

*Rudolphi Laliſeau* in forma, quam quartam dicunt, ſine mentione anni impreſſam, poſſidere ſe gaudet Reimannus loc. cit. Aliam, *Argentorati* per *Io. Knoblauch* a. 1516. in 4. typis exſcriptam h. t. *Vita Philoſophorum & Poetarum cum auctoritatibus & ſententiis eorundem aureis annexis* cl. SCHELHORNIVS in *Amoenitat. lit.* Tom. V. Diſſ. I. §. 7. (y) p. 14. ſqq. commemorauit. Coloniae quoque 1572. recuſa eſt, & poſtea, teſte LABBEO in *Bibliotheca Bibliothecarum*, ANTONIVS A SALA, Monbellenſis Iurisconſultus, *Caſſali* in Italia anno 1603. 4. pro ſuo edidit, exciſis duntaxat quibusdam pagellis in fine, (*v*) Idem BVRLEVS ſcripſiſſe quoque dicitur tractatum *de vitis modernorum philoſophorum*. Sed craſſos eiusdem errores, dum Liuium Andronicum, poetam, cum Patauino: Horatium poetam cum Horatio Puluillo confundit, & ſimiles, iam dudum notauit VOSSIVS de *hiſtoricis latinis* Lib. II. Cap. LXV. RAPHAELIS Vo-

(*v*) Plagiariorum forſan impudentiſſimus VINCENTIO GVERRERIO, Montis Belli comiti, librum illum dedicauit; nomenque ſuum praefixit, quia GVALTERVS BVRLEVS tunc erat anonymus ſcriptor. Vid. PLACCIVS in *Pſeudonymis* n. 2400. BENTHEMIVS in *Engliſchen Kirchen- und Schul-Staat* Cap. XXII. pag. 306.

VOLATERRANI (*w*.) *anthropologia virorum doctorum*, quae prodiit cum aliis eiusdem Hanouiae 1603. f. tota in eo est, vt describat vitas philosophorum & similium scriptorum. Elegantissimus est tractatus IOANNIS IONSII (*x*) *de scriptoribus historiae philosophicae*, libris IV. constans, atque editus Francofurti 1659. 4. vbi singulorum, antiquissimorum etiam philosophorum vitam, historiam, scholas, adsectas & scripta, aetatis ratione habita, breuiter quidem, sed accurate exponit, ita vt recentiores etiam, qui in historia philosophica quidpiam scripserunt, non omittat. Nouam nec exigui momenti accessionibus adauctam libri huius editionem, curis debemus Cl. Io. CHRIST. DORNII, qui illam Ienae, praefatione nostra addita 1716 4.

(*w*) RAPHAEL MAFFEVS de MAFFEIS cognominatus etiam fuit; a patria dictus *Volaterranus*. vid. *Giornale de' letter. d'Ital.* Tom. XV. pag. 315. Omnia opera eius typis exscripta sunt Lugduni A. 1599.

(*x*) Ad vnum omnes historiae philosophicae cultores, non sine singulari vtilitate vtuntur Ionsii hoc libro. Tenacissimus quidem Aristotelis fuit sectator, sed in inquirenda veritate historica cordatissimus. MENAGIVS in *histor. Mulierum Philosoph.* passim eum ornat laudibus eximiis. Ipse vero Menagius plagii forsan accusari poterit, quippe qui infinita e Ionsio decerpsit & delibauit, Ionsii tamen nomine raro adiecto.

4. vulgari iuſſit. (*y*.) Liber vero inſcriptus *Vranie, ou les tableaux des philoſophes, par Mr.* LE NOBLE *Baron de St. George, à Paris* 1723. 2. tom. 8. *par Mr.* GAVTIER exiguum tulit plauſum, quum ex Lexicis (*z*) tantum, quae ibi traduntur philoſophorum vitae, & quidem nonnunquam ſatis negligenter, ſint transſcriptae. Ceterum de hoc confer *Act. Erudit. German.* Part. XCVI. pag. 850. & *Acta Philoſoph.* P. XV. n. VII. pag. 450. ſq. De illo autem *Iournal de Hamburg. de Mr. d'Artis* Tom. I. pag. 261. ſqq. Qui haud ita pridem prodiit liber ſub titulo: *Abre-*

(*y*) Dornii in Ionſium merita praeclara ſane exſtiterunt, non tamen deſunt, quae addi, emendari & poliri poſſent lima vlteriori. Vid. *Acta Eruditorum latina* A. MDCCXVI. pag. 391. vt & *Teutſche Acta Eruditorum* P. XLII. pag. 381. *Neue Bibliothec* P. LV. pag. 355. ſqq.

(*z*) Forſan b. LOTTERI Biographia alphabetica adiecta Lexico Philoſophico ſumme venerabilis Io. GEORGII WALCHII, edit. Lipſiae 1733. 8. in hunc cenſum referri poteſt, licet maiori induſtria concinnata ſit. Haud ita pridem prodiit: *Bibliotheque des Philoſophes & des Sçavans anciens & modernes; avec les merveilles de la Nature, où l'on voit leurs opinions ſur toutes ſortes de matieres. Par* M. H. GAVTIER *Architecte, Ingenieur, & ancien Inſpecteur des grands Chemins, Ponts, & Chauſſées du Royaume* cuius tres exſtant Tomi, *Pariſiis* 1734. 8. edit. in lucem, ſed fide & teſtimoniis firmis in iis deſtituuntur omnia.

*Abregé des Vies des anciens Philoſophes, avec un Recueil de leurs plus belles maximes, par* M. D. F. *Pariſiis* 1726. 12. FENELONIO, archiepiſcopo Cameracenſi famigeratiſſimo, ab editore, forſan minus recte, tributus, viginti ſex inter antiquos ſapientum hiſtoriam continet; *Thaletis*, ſcilicet, *Solonis*, *Pittaci*, *Biantis*, *Periandri*, *Chilonis*, *Cleobuli*, *Epimenidis*, *Anacharſidis*, *Pythagorae*, *Heracliti*, *Anaxagorae*, *Democriti*, *Empedoclis*, *Socratis*, *Platonis*, *Antiſthenis Cynici*, *Ariſtippi*, *Ariſtotelis*, *Xenocratis*, *Diogenis*, *Cratetis*, *Pyrrhonis*, *Bionis*, *Epicuri* atque *Zenonis*. Vid. *la Bibliotheque françoiſe* Anno 1726. menſ. Iul. & Aug. pag. 205 -- 215. (*a*) Addimus eos, qui particulares tantum quasdam vitas deſcripſerunt, inter quos habemus PAVLI LEOPARDI (*b*) vitas & chrias *Ariſtippi*, *Diogenis*, *Demonactis*, *Stratonis*, *Demoſthenis*, & *Aſpaſiae*, edit. *Antwerpiae* 1596. 8. MARINI de vita *Procli* graec. & lat. Lugduni 1626. in 8. Primus integrum hunc

(*a*) Prae ceteris Diariis de hoc libro conſulantur *New Memoirs of Literature* Ann. MDCCXXV. Vol. II. menſ. Decemb. Art. LXII. pag. 429.

(*b*) Magni nominis olim criticus fuit Leopardus, vid. Mr. de THOV & TEISSIER in *Elog. des Homm. Sçav.* Tom. I. pag. 314. & Tom. III. pag. 194. FABRICIVS in *hiſtor. Bibl. Fabr.* Part. I. pag. 376.

hunc librum edidit Io. ALB. FABRICIVS 1700. 4. altera parte, qua olim caruimus, de virtutibus nimirum Procli *theoreticis* & *theurgicis*, auctiorem verſionem, etiam breues notas, atque elenchum ſcriptorum Procli adiecit. (*c*) PHILOSTRATI vitam *Apollonii Tyanei*, *Venetiis* 1501. f. de qua infra pluribus. GVARINVS VERONENSIS autem vitas ſcripſit *Platonis*, *Ariſtotelis*, *Euagorae*, atque *Homeri*, quae poſt vitas Plutarchi & ſeorſim impreſſae ſunt. Vitam Platonis deſcriptam habemus a MARSILIO FICINO, (*d*) quae ab initio operum eius extat, in ſcriptis autem FICINI iunctim Baſileae duobus Tomis in folio A. 1561. excuſis, locum viceſimum octauum occupat. Vid. SCHELHORNII *Amoenit.* Lit. Tom. I. diſſ. II. §. XXVI. pag. 105. Eandem quoque habet MAGNVS DANIEL OMEIS in *ethica* ſua *Platonica* Altdorfi

(*c*) MARINI NEAPOLITANI libellus de *vita Procli*, in qua aniles multae fabulae occurrunt, adiectus quoque eſt operi inſcripto: PROCLI, *Succeſſoris Platonici*, *in Platonis Theologiam libri VI. per Aemil. Portum* Gr. & Lat. Hamburgi impreſſo 1618. in fol.

(*d*) FICINVS quidem haud fide dignus fuit auctor, ſed Platonis amore nimio inſaniuit, vt vel ex dedicatione ad LAVRENTIVM MEDICAEVM adparet, nihilominus illuſtrat multa iſtius philoſophiae placita, quae alias eſſe videntur obſcuriora.

dorfi 1696. 8. edi curauit. (*e*) Vitam *Epicuri* ſcripſit GASSENDVS, (*f.*) vitam *Pythagorae* MALCHVS, de quibus infra inter ſcriptores hiſtoriae Philoſophicae. (*g*) Elegantiſſime vitam Senecae expoſuit ANDREAS SCHOTTVS, quae edita eſt Pariſiis 1608. 8. (*h*). Schotto LIPSIVS nec elegantia nec ordine cedit, qui vitam Senecae decem capitibus enarrauit. (*i*) Praefixa eſt *Senecae*

(*e*) De Vita Platonis inter recentiores RENATVS RAPINVS in *Comparaiſon de Plato & d'Ariſtoteles* magna ex parte fuit commentatus; vt & in *Reflexions ſur la Philoſophie* paſſim; quilibet vero facile diuinauerit, plurima Rapini adſerta e Ficino deprompta eſſe. RAPINI quidem *Comparaiſons des grands hommes de l'antiquité, qui ont le plus excellé dans les belles lettres* primo prodiere *Pariſiis* 1684. in4. recuſae ſunt, vti etiam *Reflexions ſur l'éloquence, poëtique, l'hiſtoire & la philoſophie* Amſtelodami 1693. Doctiſſimus ANDREAS DACIERIVS praemiſit quoque vitam Tomo I. verſionis decem dialogorum Platonis. edit. Pariſiis 1699. 12.

(*f*) In qua concinnanda talem declarauit induſtriam Gaſſendus, qualem in *Syntagmate Philoſophiae Epicuri Canonicam, Phyſicam & Ethicam* continente, probandam dedit. *Landini* 1668. in 12. Conf. TROGILLVS ARNKIEL in *Diſſert. de Epicuri Philoſophia & Schola. Kilonii* 1671. typis impreſſa.

(*g*) Cap. III. §. XIV.

(*h*) Conf. FABRICII *Biblioth. Latina* pag. 357.

(*i*) M. ANTONIVS DELRIO in *Prima Parte Syntagmatis Tragoediae Latinae* eundem ſuſcepit

*necae operibus*, quae cura I. F. GRONOVII cum notis variorum Amstelod. 1673. 3 Tom. 8. prodierunt.

## §. IV.

Fuere quoque, qui vitas Philosophorum recentiorum descripserunt. Inter hos primo loco referri meretur MELCHIOR ADAMI, qui *vitas Germanorum Philosophorum* scripsit, Francofurti 1615. & 1663 editas. Vitas percensuit Philosophorum, qui seculo XVI. claruerunt, in iisdemque satis accuratus est, nisi quod de scriptis parum habeat. Continuare eundem adgressus est HENNINGVS WITTE in *memoria Philosophorum*, quae prodiit Francofurti 1677. 8. in qua de Philosophis agit, qui seculo XVII. claruerunt, sed descriptiones ex programmatibus funebribus plerumque desumtae, quae, vti saepius monitum, plerumque esse solent steriles. (*k*). Additus tamen est in fine vitae cuiuslibet

laborem. Nominare quoque iuuat HENRICI STEPHANI *Praeludopaeam ad Lectionem Senecae*. LIPSIVS ipse etiam in *Commentatione ad Taciti Annales*, & *manuductione ad Philosophiam Stoicam* variis in locis vitam Senecae expediuit.

(*k*) MELCHIORIS ADAMI institutum laudabilius longe quam WITTENII semper nobis visum fuit. IOANNES MOLLERVS in *Homonymoscopia* pag. 648. sqq. & alibi infinitos fere

bet catalogus ſcriptorum praecipuorum. Adamus atque Wittenius exemplum praeiuerunt FRID. CASP. HAGENIO, qui *memorias Philoſophorum, Oratorum* &c. edere inſtituit, ſuperiori ſeculo defunctorum, duasque decades Baruthi 1710, 8. vulgauit. Leguntur ibi IAC. SCHALLERI, TH. HOBBESII, Io. ALPHONS. BORELLI, Io. PAVLL. FELLWINGERI, IACOBI THOMASII, aliorumque vitae. Eodem anno memoriis philoſophorum edendis operam nauauit M. REINH. HENR. ROLLIVS, quae triennio praeterlapſo M. CHRISTIANI HENRICI nomen praeferentes, ſub titulo: *Vitae eruditiſſimorum in re litteraria virorum ex monumentis rariſſimis & exquiſitiſſimis collectae*, conſpectae ſunt. (*l*). Vitae Philoſophorum, qui abhinc trecentis annis in Italia floruere, exhibentur in libro inſcripto: *Peplus Italiae* IOANNIS MAT-

fere eius errores redarguit. Theologorum, Iureconſultorum & Medicorum memoriam poſteris etiam commendauit; ſed de his ſermo nobis non eſt; vti nec de vitis Theologorum, Jureconſultorum & Medicorum, quas MELCH. ADAMVS conſcripſit, ſumus ſolliciti.

(*l*) ROLLII tamen editio multis nominibus prae altera eſt commendabilior ob praeloquium, in quo ſcriptorum biographicorum contextus fuit catalogus.

MATTHAEI *Toſcani* edit. Anno 1578. (*m*) DVPONT BERTRIS characteres praecipuorum philoſophorum, inde a nato Chriſto ad noſtra vſque tempora conſcripſit. (*n*) Inter eos, qui ſpeciales tantum Philoſophorum vitas litteris conſignarunt, claret PETRVS GASSENDVS, cuius vita *Brahei*, *Copernici*, *Peurbachii*, & *Regiomontani*, prodiit primo *Pariſiis* 1654. 4. & *Hagae Comitum* 1656. 4. exſtat etiam inter opera Gaſſendi iunctim edita, de quibus deinceps. Vita NICOLAI CLAV-

(*m*) In eodem libro illuſtres non ſolum philoſophi, ſed & Grammatici, Oratores, Hiſtorici, Poetae, Mathematici, Medici, Iurisconſulti, (quotquot trecentis abhinc annis tota Italia floruerunt) eorumque patriae, vitae rationes, & litterarum monimenta, tum carmine, tum ſoluta oratione recenſentur. Vid. *Conſpectus theſauri litterarii Italiae*, praemiſſam habens, praeter alia, notitiam Diariorum Italiae litterariorum, theſaurorumque ac corporum hiſtoricorum & Academiarum, ſubiuncto *Peplo Italiae* Io. MATTHAEI Toſcani 1730. in 8. edit. a Io. ALBERTO FABRICIO. *Hamburgi*.

(*n*) S. t. *Eloges & Caracteres des Philoſophes les plus celebres depuis la naiſſance de J. C. juſqu'à preſent* 1726. in 12. Agit auctor de SENECA, PLVTARCHO, AVICENNA, AVERROE, ALBERTO MAGNO, THOMA AQVINATE, SCOTO, CARDANO, GASSENDO, CARTESIO, MAIGNAN, PASCALIO, MALEBRANCHIO, LEIBNITIO.

CLAVDII FABRICII PEIRESCII Hagae 1651. 12. & Pariſiis 1654. 4. impreſſa typis, animum pariter & fructu paſcit, & recreat voluptate. (*o*). Iterum excuſa eſt Quedlinburgi 1706. 2, tomis 8. ſed enormes typothetae negligentia & correctoris inaduertentia admiſſi errores, lectorem inſigni taedio adficiunt. IOACHIMVS CAMERARIVS narrationem edidit *de vita & morte Philippi Melanchthonis* Lipſiae 1592. 8. (*p*). Hagae Comitum 1655. in 12. Eruditum eſt ſcriptum, in quo ſingularia multa, quae ad hiſtoriam reformationis faciunt, atque verum vitae deſcriptionis exemplar praebet, quippe etiam in notandis affectibus atque animi characteribus occupatus fuit, quandoque tamen in rebus etiam minutioribus adducendis nimium ſcrupuloſus. Dignus tamen vtique eſt, quo ipſum nuper demum mactauit elogio, SAMVEL KNIGHT in *the Life of*

(*o*) Vid. REIMANNI *Introduct. in hiſtor. litter.* Vol. III. pag. 521. ſqq. De Peireſcio conf. PERAVLT in *hommes illuſtres, qui ont paru en France* Tom. I. pag. 90.

(*p*) CAMERARII *narratio diligens & adcurata de Philippi Melanchthonis ortu, totius vitae curriculo & morte, implicata rerum memorabilium temporis illius, hominumque mentione & indicio, cum expoſitionis ſerie cohaerentium*, recuſa eſt Lipſiae 1696. 8.

*of Sr. Iohn Colet* Londini 1724. in 8. excusa vbi in praefatione pag. 4. simul queritur, vsque ad GASSENDVM neminem fuisse, qui CAMERARII imitatorem egisset; felicitatem etiam nostri seculi extollit, quod magis curiosum in conseruandis eruditorum vitis, vtilissimo instituto, essecoeperit. *It is very plain*, scribit, *that the Writing of Lives was not the Talent of that Age*, (de seculo XVI. loquitur) *or for a considerable time after; as will be own'd by any one that reads the very lean and ieiun accounts we have transmitted to us of the greatest Men of that time, even by their very best Biographers: so that the most vseful and delightful part of history, seems to have been designed for the succeding times.* Praeterea accessit vita *Georgii Anhaltini* (q) & *Helii Eobani Hessi*, (r) ab eodem Camerario descripta. THOMAS CRENIVS exercit. I. *de libr. scriptor. optimis*, pag. 25. editionem vitae Melanchthonis Lipsiensem an. 1566. in 8. excusam reliquis omnibus ceu emendatissimam praefert. Equidem nondum

(q) Inter maxima principum, puriorem doctrinam defendentium, decora fuit Georgius Anhaltinus; multum itaque debemus Camerario, qui plurima eius vitae institutа ac res gestas curate animaduertit.

(r) De HELIO EOBANO HESSO vid. FREHERI *theatrum eruditorum* p. 1444.

dum fuit, qui praeſtantiorum philoſophorum omnis aetatis ac gentis vitas, vno volumine comprehenſas dediſſet, quod certe inſtitutum laude ſua atque vſu neutiquam deſtitueretur; interim tamen tot eruditi illud ſibi laboris ſumſerunt, vt vel ſigillatim peculiari libro aut diſſertatione hiſtoriam inſignis alicuius philoſophi traderent, vel certae cuiusdam gentis aut aetatis eruditos, ſcriptis ſuis commendantes, philoſophorum etiam haud minimam rationem haberent, vt, ſi vel appellare ſaltim illos omnes heic inſtitueremus, plures etiam plagulae vix ſuffecturae nobis videantur (*s*). Dabimus interim operam, vt praeſtantiores quique ex illis infra commodo commendentur loco.

CA-

(*s*) Vitas virorum illuſtrium collectas habemus bene multas, catalogum eorum, ſi quis noſſe velit *Bibliothecam Thuanam*, *Cordeſianam* & *Theiſſierii* indicem adeat, & MORHOFII *Polyhiſt. litter.* Tom. I. Lib. I. Cap. XIX. §. XLVIII. pag. 225. GEORGII DRAVDII *Bibliothecam Claſſicam* pag. 1287. b. STRVVII *Introductionem in Notitiam rei Litterariae* Cap. VII.

# CAPVT SECVNDVM
## DE
# FONTIBVS PHILOSOPHIAE

§. I. *Inter fontes prima ſunt ſcripta Platonis & ſectatorum.* §. II. *Platonis ſectatores recentiores.* §. III. *Ariſtotelis opera cum commentariis.* §. IV. *Scholaſtici veteres.* §. V. *Scholaſtici recentiores.* §. VI. *Recentiores philoſophiae Ariſtotelicae ſectatores.* §. VII. *Epicureae philoſophiae ſcriptores.* §. VIII. *Scriptores philoſophiae Scepticae.* §. IX. *Scriptores philoſophiae Stoicae.* §. X. *Scriptores philoſophiae Pythagoricae.* §. XI. *Scriptores philoſophiae Ebraeorum.* §. XII. *Scriptores philoſophiae Kabbaliſticae.* §. XIII. *Scriptores philoſophiae Paracelſicae.* §. XIV. *Scriptores philoſophiae Rameae.* §. XV. *Scriptores philoſophiae Carteſianae.* §. XVI. *Scriptores philoſophiae eclecticae exteri.* §. XVII. *Scriptores philoſophiae eclecticae Germani.* §. XVIII. *De iis, qui ad mentem Wolffii philoſophandi rationem compoſuerunt.* §. XIX. *Scriptores philoſophiae corruptae.*

§. I.

## §. I.

Habet ſuos fontes quaelibet diſciplina, e quibus omnia, quae ad eandem ſpectant, hauriuntur. In philoſophia ſunt ſcripta illorum, qui quaſi Patres Philoſophiae dici merentur. Antiquiſſimi philoſophi, ſi HERMETEM HYPOBOLIMAEVM, & poetas fabulatores, (*a*) excipiamus, qui ſcriptis quidpiam commiſerunt, ſunt PLATO atque ARISTOTELES. De Hermete confer LAMBECIVM in *Prodromo hiſt. lit.* L. II. C. I. §. VI. pag. 134. GVNDLINGIVM in *Hiſtor. Philoſ. Moral.* C. I. §. VI. pag. 11. REIMANNVM in *Antiquit. Aegypt. lit.* §. XLV, pag. 104. & NIC. MOLTKENII *notas ad* BROWNII *Relig. Medici* L. I. *Sect.* XI.

(*a*) De mythica Poetarum Philoſophia quid ſentiendum ſit, vix veteribus fuit exploratum, ob varias easque diuerſas myſteria eius generis interpretandi rationes, vti ex PLVTARCHO *de aud. Poet.* Tom. II. Opp. pag. 14. ſqq. colligere licet. Adferenda tamen erunt a nobis nonnulla, infra Cap. III. §. VIII. add. *Explication hiſtorique des fables, ou l'on decouvre leur origine & leur conformité avec l' hiſtoire ancienne, & où l'on rapporte les epoques des Heros & des principaux evenemens dont il y eſt fait mention. Par Mr. l'Abbé* B. 2. Tomis in 8. edit. Pariſiis 1711. & CLERICVS in *Bibliotheque Choiſie* T. XXII. pag. 457.

XI. *pag.* 69. *Acta Philoſophorum* P. XI. Diſſ. I. *pag.* 663 *ſqq.* Io. HENRICVS VRSINVS libro ſingulari *de Zoroaſtre, Hermete, & Sanchoniathone* egit, qui Norimbergae an. 1661. in 8. prodiit. Prima ipſius operum editio, MARS. FICINO interprete, ſub auſpiciis typographicae artis vulgata eſt Tarviſii an. 1471. in 4. ex officina *Gerardi de Liſa.* Vid. SCHELHORNII *Amoenitates litt.* Tom. I. Diſſ. II. §. XXIV. p. 99. (*b*) Sed redeamus ad Platonem. Opera eius cum notis Io. SERRANI prodierunt ex typographia Henr. Stephani 1578. in fol. *III. Vol.* Quod ad Graecum textum attinet; haec editio eſt omnium optima. Generatim omnes, quae prodierunt, editiones PLATONIS, verſiones, interpretes, commentatores, recenſet incomparabilis Fabricius *in Bibl. Graec.* L. III. C. I. §. VII. p. 33. Speciatim de verſione SERRANI eiusque pretio, legiſſe heic non pigebit, quae dixit cl. IACOBVS BRV-

(*b*) HERMETI varia ſcripta adfingunt nonnulli, ſed ſuppoſititia ea eſſe omnia, quilibet facile perſpicit vid. ATHANASIVS KIRCHERVS in Oedipo Aegypt. & Obeliſco Pamphilio pag. 35. ſqq. MVTIVS PANSA in *oſculo Ethnicae & Chriſtianae Theologiae* pag. 161. ſqq. PETAVIVS Tom. II. *Dogm. Theol.* de trinitate pag. 8. FABRICIVS *Bibl. Graec.* Lib. *I.* Cap. VIII. CAROLVS ARNDIVS in *Syſtemate litterario* pag. 56.

BRVCKERVS *in Hiſt. doctrinae de Ideis*, ſect. I. §. III. p. 35. vbi SERRANVM ait *in curandis Platonis ſcriptis fidem & accurationem inſtituto parem minime adtuliſſe; praeſertim, quum contra fidem omnium ſeculorum Platonis dialogos ſcholaſtica methodo diſponeret, argumenta dialogorum confunderet, neque tamen ſecus ac alii allegorice explicaret, quae non intellexit.* Conf. CLAVDII FLEVRY *Diſcours ſur Plato*, libello elegantiſſimo *du Choix des Etudes*, Bruxellis 1702. in 12. edito adiectum. (*c*) Aeſtimanda ea Platonis editio eſt, quae ex interpretatione latina MARSILII FICINI atque emendationibus ISAACI CASAVBONI prodiit Lugduni 1590. fol. poſt, cum augmentis & commentariis Francofurti 1602. fol. Hiſtoriam verſionis, quam debemus Marſilio Ficino, expoſuit cl. SCHELHORNIVS in diſſ. *de vita, ſcriptis & moribus* huius viri, quae *Amoe-*

(*c*) Ad lectionem operum Platonis perutilis eſt ALBINI *introductio in Platonis dialogos*, inſerta FABRICII *Bibliothecae Graecae. Lib. III.* C. II. & *Doctrinae Platonis lineamenta* ab ALCINOO compoſita, quae reperiuntur in STANLEII *Hiſtor. Philoſ.* edit. Lipſ. Ceterum legi meretur ANDREAE FREILINGII, Philoſophiae ac deinde Theologiae Profeſſoris Helmſtadienſis, Diſputatio: *De natura, diuiſione, origine, & progreſſu Philoſophiae cumprimis Ariſtotelicae* Helmſtadii 1658. 4. impreſſa.

*Amoenit. Litt.* Tom. I. loco ſecundo legitur §. XXII. XXIII. pag. 89. - 96. vbi ſimul pag. 91. callide coniecit, primam illius editionem anno circiter 1482. vel 1483. prelo liberatam prodiiſſe. (*d*) Diſcipulos & ſectatores habuit Plato perplures; (*e*) de quibus COZZANDVS, (*f*) IONSIVS (*g*) & FABRICIVS. (*h*) Quum & plerique priorum ſeculorum eccleſiae patres ſtrenui eſſent Platonis ſectatores, eo quod in multis cum ſcriptura ſacra conueniret, ideo dictus fuit Moſes Atticiſſans. (*i*). Hinc *Pla-*

*to-*

(*d*) Platonis ſcripta in dialogis comprehenſa ſunt omnia ad exemplum praeceptoris Socratis, ſi epiſtolas exceperis. Non autem veram mentem eorum, quos loquentes induxit Plato, ſemper eſſe propoſitam, ipſe Socrates fuit profeſſus. Vid. LAERTIVS Lib. III. Segm. XXXV.

(*e*) Huc referendi ſunt XENOCRATES, SPEVSIPPVS, HYPERIDES, DEMOSTHENES, ISOCRATES & ipſe ARISTOTELES Vid. LAERTIVS Lib. III. Segm. XLVI. Receſſerunt tamen in multis doctrinis a praeceptore, teſte EVSEBIO de *Praeparatione Euangelica* Lib. XIV. Cap. II.

(*f*) De magiſterio antiquorum Philoſophorum Lib. I. Cap. IV. ſqq.

(*g*) De *Script. Hiſt. Phil. Lib. I. Cap. X.*

(*h*) Lib. III. Cap. III. *Bibl. Graec.* pag. 52. ſqq. a quo notitia Platonicorum ordine Alphabeti fuit digeſta.

(*i*) Dictus ita fuit Plato a NVMENIO Pythagoraeo apud EVSEBIVM de *Praeparatione Euangelica* Lib. II. Cap. X.

*toniſmum Patrum* tam clarum eſſe, ex vero dixit IACOBVS THOMASIVS in *Orig. Hiſt. Phil.* pag. 87. *vt negari niſi ab imperitiſſimis non poſſit.* Praeter alios in hoc argumento euidentiſſimis exemplis commonſtrando, praecipue occupatus fuit Io. CLERICVS tum in *Bibliothecis, vniuerſali atque ſelecta*, tum praecipue in *quaeſtionibus Hieronymianis*, ita vt apud peritos rerum arbitros vix dubio locus ſuperſit. At fuit tamen, qui peculiari eodemque ſatis prolixo libro *defenſe des SS. Peres accuſez de Platoniſme.* Pariſiis 1711. in 4. edit. contrarium euincere, ſed ſatis infeliciter, conaretur, BALTVS aliquis, Jeſuita. Confer illuſtris viri CHRISTIANI THOMASII hac de re ſententiam *in Orationibus Academicis*, pag. 486. Et adde BRVCKERVM *in Hiſt. de Ideis* Sect: II. §. I. (1) p. 176. ac I. B. CRISPI GALLIPOLITANI verba expende pagina ſub ſequenti poſita. HOBBESII errorem, omnes indiſcriminatim eccleſiae patres Ariſtotelicos fuiſſe adſerentis in *Leuiathane* C. XLVI. pag. 316 ſolide refellit B. COLBERGIVS in praefatione libri, quem *Platoniſch Hermetiſches Chriſtenthum* adpellauit. (*k*). Inter alios & profanos

[*k*] Inde plures haereſes exortas eſſe multi arbitrantur. Vide EHREGOTT DANIELIS COLBERGII

BERGII ſpecimen hiſtoriae de origine & progreſſu haereſium per philoſophiam. Francof. 1694. in 4. MICHAEL GOTTLIEB HANSCHII *Diatribe de Enthuſiasmo Platonico* Lipſiae 1716. in 4. ERNESTI SALOMONIS CYPRIANI, Polyhiſtoris ſummi, Diatribe, qua expenditur illud Tertulliani: *Haereticorum patriarchae philoſophi.* 1699. in 4. RECHENBERGII Diſp. *an haereticorum patriarchae philoſophi* Lipſiae 1705. in 4. JO. LAVRENTII MOSHEMII Diſp. *de turbata per recentiores Platonicos eccleſia.* Helmſtadii 1725. in 4. Inſerta eſt Tomo I. iunctim editarum diſſertationum ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinentium, & egregiis ſupplementis ab auctore ſumme venerabili adornata; Num. II. edit. Altonae 1733. CHRIST. GOTTL. JOECHERVS, Lipſienſium Profeſſor longe celeberrimus, ſcriptum quoque in lucem edidit, ſ. t. *Philoſophia haereſium obex.* Lipſ. 1732. in 4. vid. *Februarium nouorum Actorum Eruditorum* an. 1733. Art. VII. Speciatim nonnullorum patrum cum Platonis placitis conuenientiam propugnarunt haud pauci. Hinc de ATHENAGORA *Athenienſi*, philoſopho Chriſtiano vid. M. ANDR. POLYCARPVS LEYSERVS in Diſſert. Lipſiae habita 1737. M. IMM. ERNESTI HAHNII duas Diſputationes Wittebergae ſcriptas 1733. de Platoniſmo theologiae veterum eccleſiae Doctorum, nominatim *Iuſtini Martyris*, & *Clementis Alexandrini.* Alii conſenſum philoſophiae Platonicae cum theologia tuiti ſunt. Nominaſſe iuuat AVGVSTVM STEVCHVM EVGVBINVM in libris *de perenni philoſophia*, MVTIVM PANSAM in Tractatu *de Oſculo ſeu conſenſu Ethnicae & Chriſtianae Philoſophiae.* Eminentiſſimus praeſul BESSARION libris quatuor, in calumniatorem Platonis, idem attingit argumentum. Magnifice ſane de Platone ſentiunt permulti, id vel JO. BA-

fanos ſectatores eſt PLOTINVS, (*l*) cuius phi-

BAPTISTA CRISPVS *Gallipolitanus* luculento probat exemplo in opere inſcripto: *de Platone caute legendo Diſputationum libri XXIII. in quibus triplex rationalis animi ſtatus ex propriis Platonis principiis corrigitur, & catholicae Eccleſiae ſanctionibus expurgatur.* Romae typis exſcripto 1594. in f. Conf. JO. FRANCISCI BVDDEI Iſagoge Hiſtorico-Theologica L. I. C. IV. p. 202. Tanta fuit nonnullorum ſtultitia, vt Chriſtum Platonis opera legiſſe, atque inde permulta deprompſiſſe adſererent, id quod ORIGENES *contra Celſum* obſeruat & HEVMANNVS noſter excellentiſſimus *Actor. Philoſ.* Vol. III. p. 902. Inter patres fuerunt, quidam adfirmantes temere, e ſanctiſſimis Moſis voluminibus hauſiſſe Platonem rectam philoſophandi rationem. Hos inter CLEMENS ALEXANDRINVS Stromatum Lib. V. EVSEBIVS & THEODORETVS ſunt notandi, qui tamen duobus tantum Iudaeorum teſtimoniis, ſcilicet CLEOBVLI & IOSEPHI nituntur; ſed quam lubricum hoc fundamentum ſit, SAMVEL PARKER, A. M. declarauit in libro, cui index: *A free and impartial Cenſure of the Platonick Philoſophie, being a Letter to his much honoured Friend Mr. N. B.* Oxonii 1666. in 4. pag. 106. ſequ.

(*l*) AMMONIVS SACCAS, Chriſti caſtra ſequens, tradidit plurima Platonis Plotino placita. Hinc multa e doctrina Chriſtiana Platonicis ſacris a Plotino immixta, falſo dicta ſunt Platonis dogmata. Plane igitur fidem non meretur, vti nec Porphyrius nec Iamblichus, quippe qui multa tribuerunt ſectae ſuae principia, vt Chriſto nonnulla opponerent. Vid. HVETII *Demonſtr. Evangel.* Prop. IX. C. CXLVII.

philoſophiae Platonicae Libri XLIV. in ſex enneades diſtributi prodierunt graece cum interpretatione & commentariis MARSILII FICINI Baſileae 1580. f. & 1615. f. Ex eadem philoſophia depromtus eſt IAMBLICHI *de myſteriis liber*, quem THOMAS GALE graece edidit (*m*), cum verſione latina & notis Oxonii 1678. f. in quo doctrinam Platonicam de Semideis, Heroibus, Daemonibus & ſimilis generis declarat. Librum hunc tamquam eximii pretii ſcriptum in praefatione commendauit GALEVS; hiſtoriam illius enarrauit GVNDLINGIVS in hiſtor. philoſ. moral. Cap. I. §. VIII. pag. 15. adde *Summariſche Nachrichten aus der Tho-*

CXLVII. §. V. Io. CLERICVS in *Bibliotheque choiſie* Tom. X. p. 90. BVDDEVS in Diſſert. *de Peregrinatione Pythagorae* §. X. inter antiquiores ORIGENES *contra Celſum* Lib. I. p. 13. ex edit. Hoeſcheliana. Laudes ſane, quas AVGVSTINVS contra Academ. Lib. III. C. XVIII. litteris de eo conſignauit, noſtra aetate nemo probabit, nec forſan omnes, quas THOMAS POPE BLOVNT in Cenſura celebriorum auctorum pag. 203. collegit, edit. *Genev.* 1694.

(*m*) Index eſt: IAMBLICHI *Chalcidenſis de myſteriis liber, praemittitur epiſtola Porphyrii ad* Anebonam *Aegyptium de eodem argumento.* Sed fine exactiori examine fidem haud vbique habendam eſſe Iamblicho, dudum viris doctis fuit obſeruatum.

*Thomaſiſchen Bibliotheque*, &c. Vol. I. pag. 422 Necminor eſt PROCLVS, (*n*) cuius *Theologiae Platonicae* Libri VI. ex bibliotheca Gottorpiana primum eruti, & graece cum latina interpretatione Aemylii Porti editi, *Hamburgi* 1618. in f. Extat eiusdem *commentarius in Timaeum*, (*o*) graece *Baſileae* 1534. in f. aliusque in *Platonis Theologiam*, *Hamburgi* 1618. in f. & qui in eundem Timaeum & librum de republica facit commentarius SEBASTIANI FOXII *Baſileae* 1555. in f. Huc reſpiciunt ſcripta PORPHYRII *de abſtinentia ab animalibus necandis*, *de vita Pythagorae*, (*p*) *ſententiae ad intelligibilia ducentes*, *de antro nympharum*, quae latine vertit, cum praefatione & notis edidit Lv-

(*n*) Erat PROCLVS ſuae aetatis philoſophus, orator, poeta excellentiſſimus, cuius ſcripta recenſuit IO. ALBERTVS FABRICIVS in Diſſert. de *ſcriptis Procli*, a MARINO conſcriptae vitae addita & inſerta Vol. VII. Bibl. Graec.

(*o*) Qui Commentarius reliquis operibus Procli palmam praeripit. Vid. MARINVS de *vita Procli* Cap. XXXVIII. pag. 93.

(*p*) PORPHYRIVS ſiue MALCHVS maxime ſuſpectus ſcriptor eſt, teſte HOLSTENIO in diſſert. de *vita & ſcriptis Porphyrii* Cap. III. add. VOSSIVS de *Hiſt. Graec. Lib. II.* Cap. XVI. *Scaligeriana* pag. 321. inter veteres EVNAPIVS SARDIANVS de *vitis philoſophorum* pag. 12. ſqq. edit. Commelin. 1596.

LVCAS HOLSTENIVS, Cantabrigiae 1655. in 8. (*q*). MAXIMI TYRII diſſertationes graece & latine cum notis edidit DANIEL HEINSIVS *Lugduni* 1614 & 1631. in 8. Acceſſit illi editioni ALCINOI *introductio ad philoſophiam Platonis*, (*r*) quae eiusdem compendium praebet. Rara eſt introductionis huius editio *apud Aldum* Venet. 1521. 8. excuſa. (*s*). SYNESII, PSELLI, SPEVSIPPI, XENOCRATIS libros, *ad philoſophiam Platonicam* facientes, in latinum ſermonem tranſtulit MARSILIVS FICINVS, cum Mercurii Triſmegiſti Poemandro atque Aſclepio euulgauit eos Venetiis 1497. f.

(*q*) Ad capitis huius §. X. & Cap. III. §. VIII. de his fuſius, quoniam ad Pythagoraeorum familiam pertinent.

(*r*) Hoc autem, quo haec ſcribimus, tempore, ſub prelo ſudat noua MAXIMI TYRII in 4. editio. Etenim B. Dauiſius exemplar notis MSS. propria ſua manu adiectis adornatum reliquit, quod in ſplendida adhuc latuit D. MEAD bibliotheca, nunc autem Wardio Rhetorices in collegio Greshamenſi Profeſſori traditum, nouis illuſtratur obſeruationibus, atque auſpiciis ſocietatis, quae vocatur *The Society for the Encouragement of Learning*, de qua vid. *Bibliotheque Britannique pour les Mois de Juillet, Aout & Septembre* 1737. Tom. IX. Part. II. pag. 254. ſeqq. typis exaratur Londini.

(*s*) STANLEIVS hanc ob cauſſam hoc compendium inſeruit *Hiſtoriae Philoſophicae*, idem in opere latinitate donato comparet etiam pag. 326.

f. ex *Aldi* aedibus; inſerti poſt haec etiam ſunt Tom. II. operum iunctim apud Baſileenſes vulgatorum; vt & ſeparatim 1516. in f. itidem Venetiis. Inter patres eccleſiae praecipue ſectatus fuit Platonicam philoſophiam SYNESIVS, cuius opera edidit cum notis Dionyſius Petauius, Lutetiae 1631. in f. & PHILO IVDAEVS, cuius editio eſt optima, quae graece & latine prodiit *Pariſiis* 1640. in f. De *Syneſio* vid. illuſtris Io. GOTTLIEB HEINECCII erudita diſſ. de *Philoſophis Semi-Chriſtianis* Halae 1714. habita §. XXIV. *inter Ethnicos apertius* χριστιανίζοντας locum grauiſſimis motus rationibus, ei dedit eiusdemque Platoniſmum fuſe demonſtrauit. Plures hac in re ipſi ſuffragantes laudauit Bruckerus libr. ſaepius citato Sect. II. §. II. (b.) pag. 186. Sed confer *Acta Eruditorum*, quae vernacula vulgari ſolent. P. XCVI. mem. V. pag. 878. (*t*). PHILONIS IVDAEI Platoniſmum aduerſus Io. IONSIVM *Diſſ. Acad. Lipſ.* 1693. 4. demonſtrauit Io. ALBERTVS FABRICIVS *Bibl. Graec.* Lib. IV. Cap. IV. (*u*).

§. II.

(*t*) Prae ceteris de SYNESIO legendus eſt ſummi nominis Theologus Io. LAVRENTIVS MOSHEMIVS in Diſſertatione elegantiſſima, de turbata per recentiores Platonicos Eccleſia.

(*u*) Allegoriis inſulſis plerumque indulget PHILO,

## §. II.

Inter recentiorum, qui Platonis philoſophiam ſequuntur, primo loco veniunt (*v*) MARSILII FICINI opera Pariſiis 1641. in f. II. Vol. impreſſa, quae ad explicationem Platonis multum conducere debent, ſed affectus in hunc philoſophum plane caeci exhibent ſpecimina, v. SCHELHORNIVS l. c. §. XX. p. 81. (*w*). & DOMINICVS MELLINVS, qui vitam FICINI deſcripſit. Confer. NATALIS ALEXANDER *Hiſt. Eccl.* Tom. VIII. fol. 182. IO. PICI MIRANDVLAE & IO. FRANCISCI MIRANDVLAE opera Baſileae excuſa 1611. in

Vid de eo IOSEPHVS *Ant. Iud. Lib.* XVIII. *Cap.* X. De λόγῳ plurima tradit cum Platonicorum placitis conferenda, & ad *Joh.* I. examinanda; Chriſtianorum ſacris quidem non fuit addictus, etſi Romae coram Petro eum egiſſe narretur. Conf. BASNAGIVS *Hiſt. Judaic.* Tom. II. ſub finem, & magnificus Tubingenſium Cancellarius CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS in *Inſtitut. Hiſt. Eccleſ.* pag. 46. ſegu. edit. ſecund.

(*v*) Vid. PHIL. LABBEVS in *Conſpectu breui Ariſtotelis & Platonis, Graecorum interpretum Ariſtotelicorum & Platonicorum eorumque editionum* Pariſiis 1657. in 4.

(*w*) Dici vix poteſt MARSILIVS FICINVS Platonis interpres, quippe qui ingenio ſuo miſere abutitur, & a Platonis mente diuerſas prorſus attulit ſententias, vti reliqui Platonis commentatores vid. MOSHEMIVS ad CVDWORTHI ſyſtema intellectuale Cap. IV. pag. 274.

in f. qui omnia ex Cabbala deducunt. (x) Nec reticendus hic eſt FRANCISCVS PATRICIVS, (y) cuius non ſolum philoſophia vniuerſalis noua, quae Venetiis 1593. in f. prodiit, ad methodum philoſophiae Platonicae plane directa eſt, ſed etiam diſcuſſionum Peripateticarum Tomos IV. ſcripſit, Baſileae 1581. in f. editos, in quarum Tomo I. agit de Ariſtotelis vita, moribus, libris, auditoribus, ſectatoribus, interpretibus, ſectis, philoſophandi ratione. Tomus II. Ariſtotelis cum Platone aliisque veteribus philoſophis a multis promiſſam, a nemine editam, in omni philoſophiae genere concordiam libris VIII. continet. Tomo. III. Ariſtotelis cum Platone aliisque veteribus a nemine promiſſam vel editam diſcordiam li-

(x) De IOANNE PICO & Io. FRANCISCO PICO infra pluribus; de vtroque lectu digna memorauit IOANNES FABRICIVS in *Hiſt. Biblioth. Fabricianae* P. III. pag. 202. ſqq. DV PIN in *Bibliotheca Eccleſ.* Tom. XII. pag. 106. NAVDAEVS in *Apol. pour les grands hommes* Cap. XVII. pag. 358.

(y) Acerrimus fuit Ariſtotelis hoſtis, vid. M. MELCHIORIS WEINRICHII *oratio apologetica pro Ariſtotelis perſona aduerſus calumnias ac criminationes Franciſci Patricii*, Philoſophi Platonici in Lib I. Tom. I. Diſcuſſionum Peripateticarum contenta, atque edita Lipſiae 1611. in 4. Addatur Io. LAVNOII de *varia Ariſtotelis in academia*

libris VII. perſequitur. Tomo IV. Ariſtotelis dogmatum cenſuram philoſophicam libris X. inſtituit. Ex quo facile videmus, quantum ad obruſſam vocauerit Philoſophiam Ariſtotelis PATRICIVS, ſtrenuus ſectator Platonis. Animo motus fuiſſe videtur IAN. NIC. ERYTHRAEVS, cum PATRICII imaginem adornaret *in pinacotheca*, nec absque cachinno lectorum credo, qui, quod ille pagina praeſertim 204. edit. Fritſchii ſcripſit, inſpexerit. Mirabitur vero ſimul ſingularem rerum καταστροφὴν, noſtrique felicitatem praedicabit ſeculi, ſi contenderit cum ERYTHRAEI ſententia, quae nuper eadem de re iudicauit V. C. HYACINTHVS GIMMA *nella Idea dell' Iſtoria letteraria* Tom. II. Cap. XXXIX. Art. IV. §. VII. pag. 500. & alibi paſſim. Ceterum in *Timaeum* (z) & *Phaedonem* Platonis fuit

*demia Pariſienſi fortuna* ſchediaſma pag. 279. edit. Vitembergae 1720. in 8. effloreſcentis eruditionis princeps HERMANNVS CONRINGIVS in *orationibus duabus de Ariſtotele eiusque Philoſophia*, Helmſtadii 1663. in 4. typis impreſſis, videatur etiam praeceteris, RENATVS RAPINVS Tomo I. Operum p. 280.

(z) *Timaeus* crux vocari poteſt commentatorum; grauiter a veritate rei in eo explicando aberrant iuniores Platonici. vid. IACOBVS THOMASIVS de *Stoica mundi exuſtione* Diſſ. III. §. XXII. pag. 41. ſeqq. CLAVDE FLEVRY in Diſſer-

fuit commentatus SEBASTIANVS FOXIVS, Basileae 1556. in f. In *Platonem* vero de *republica atque legibus* ANT. MONTECATINVS. BESSARIONIS Cardinalis Libri V. *in Platonis calumniatorem* Venetiis apud Aldum 1503. in f. prodierunt. GEORGIVS is est TRAPEZVNTINVS, qui librum, sub titulo *Comparatio Aristotelis & Platonis*, conscripserat, acerbissimis in *Platonem* conuiciis plenum. Hunc igitur refutare instituit BESSARION, (*a*) atque ita perfecit, vt *calumniator calumniatoris* dictus sit Io. BAPTISTA CRISPO, de Plat. caut. leg. p. 379. vid. *Act. Philos.* P. XII. Diss. V. p. 949. Ceterum elegantem BOIVINII Dissert. *de contentione Platonicos inter atque Aristotelicos seculo XV. agitata*, quam Parisiensi coram Academia scientiarum is recitauit, & quae in *Memoires de Litterature* &c. Paris. 1717. Tom. II. p. 775. legitur, cel. HEVMANNVS in *Act. Philos.* P. X. n. II. p. 537 - 579. in vernaculam transtulit, notisque illustrauit. Adest inter *MSta* Bibliothe-

sertatione de Platone, addita libro inscripto: *Du Choix & de la methode des Etudes* edit. 1687. hic etiam legendus est.

(*a*) Vid. BELLARMINVS de *Script. Eccles.* pag. 243. IOVIVS in *elogiis doctorum virorum* Cap. XXIV.

thecae Caeſareae *Beſſarionis epiſtola ad Theodorum Gazam, de Georgii, in Creta quidem nati, ſed ob paternam originem vulgo cognominati Trapezuntii, libro pro Ariſtotele contra Platonem. vid.* REIMANNI *Bibliothecam Acroamaticam* p. 551. n. 5. Quod ad reliqua Platonis opera pertinet, *Politicam Platonis* ſpeciatim adiicere liceat, quam RVDOLPHVS GOCLENIVS Marburgi 1607. in 4. edidit. *Ethicam* denique *Platonicam* MAGNVS DANIEL OMEISIVS Altdorfi 1696. in 8. publici fecit iuris.

## §. III.

Platoni proximus eſt ARISTOTELES, eius diſcipulus; quidquid de eo fere dici poteſt, incredibili diligentia collegit FABRICIVS, in Bibl. Graec. Lib. III. Cap. VI. Opera eius graece & latine primum ex bibliotheca ISAACI CASAVBONI prodierunt cum notis & indicibus, tum eorum, qui in Ariſtotelem ſcripſerunt, tum fragmentis quibusdam, Lugduni 1590. in f. (*b*). Magis

(*b*) Vita Ariſtotelis a DIONYSIO HALICARNASSEO conſcripta in epiſtola quadam a *Caſaubono* praemiſſa eſt huic editioni. An autem opera, quae Ariſtotelis nomen prae ſe ferunt, genuina ſint omnia, apud VOSSIVM *de Sect. Philoſ.* diſputatum hac de re eſt grauiter, vid. huius libri Cap. XVII. pluribus.

gis ſplendida eſt editio, quam in quatuor tomos digeſſit, notis atque diſquiſitionibus illuſtrauit GVILIELMVS du VALLIVS, Pariſiis 1654. in f. Graece ſolum prodiit *Venetiis* apud Aldum 1579. in f. 4. Vol. FRIDERICI SYLBVRGII Francofurti ad Moenum 1587. in 4. editio eſt emendatiſſima. Aurelianenſis, apud Petrum de la Rouiere duobus tomis in 8. 1606. excuſa, commoda etiam eſt ad vſum quotidianum, typisque gaudet ſatis nitidis, qui, licet minuti admodum ſint, oculis tamen minime graues ſunt. Iungendi ſtatim ſunt Ariſtotelis eiusdem interpretes, qui vel graeci ſunt, vel latini. Inter graecos claret ALEXANDER APHRODISAEVS, (c) qui plerosque libros Ariſtotelis illuſtrauit, cuiusque ſcripta varia Pariſiis 1528. in f. & Venetiis ex Aldina prodierunt. Alter ex commentatoribus

(c) *Aphrodiſaeenſis* etiam cognominatus eſt ALEXANDER, qui interpretes reliquos Ariſtotelis antecellit; etenim nec Syncretismum falſum adfectat, nec mentem peruertit Ariſtotelis, ſed pro rei veritate commentatur. vid. SCALIGER *de Subtil.* exerc. CCCVII. Sect. XII. Illuſtris LEIBNITIVS in Ep. CLXXI. pag. 271. ex edit. clariſſimi Kortholti, quae Lipſiae prodiit 1734. *Saepe optaui*, inquit, *veteres Ariſtotelis interpretes in compendium contrahi. Sed hodie neſciunt homines, aliquid in illis latere ſcitu dignum.*

ribus eſt THEMISTIVS, (*d*) cuius opera omnia prodierunt Venetiis ex officina Aldi 1534. in f. AMMONIVS ALEXANDRINVS in *Categorias Ariſtotelis & librum de interpretatione* commentarium edidit, qui cum verſione Io. Baptiſtae Roſarii Venetiis 1569. in f. emiſſus eſt in lucem. SIMPLICII commentarios (*e*) habemus in libros auſcultationis, de caelo & de anima, qui diuerſis vicibus recuſi ſunt. Eiusdem coaeuus atque aduerſarius erat IOANNES GRAMMATICVS, dictus PHILOPONVS, (*f*) qui com-

(*d*) Themiſtius laudatus a multis ob opus illud, quod paraphraſes in Ariſtotelis Analytica poſteriora, Phyſica, cogitationes de anima, memoria, & inſomniis, continet. Orator fuit probabilis, hinc nomen tulit EVPHRADES. Conf. Acta Erudit. A. 1685. pag. 461. ſeqq.

(*e*) Venetiis apud Aldum 1526. in f. In *Categorias* ſeu Praedicamenta, Commentarius cum ſcholiis latinis IVSTI VELSII Baſileae 1551. in f. prodiit; in Gallorum idioma eius ſcripta translata etiam ſunt. Ceterum Simplicius e Phrygia oriundus ſeculo V. floruit, hinc nec confundendus cum pontifice ſummo Romanorum eiusdem nominis, eiusdemque aeui.

[*f*] Ob incredibilem quam litteris adhibuit operam ita dictus, vid. FABRICIVS in *Bibl. Graec.* Vol. VII. pag. 358. Platonem atque Ariſtotelem ceterum aeque aeſtimauit. In hoc Philopono haereſis Tritheitarum, antea paulo occultius latens, ſeculo tandem ſexto auctorem ac defenſorem nacta eſt. Vid. LEONTIVS *de ſectis act.* V.

Tom.

commentatus eſt in priora & poſteriora Analyticorum, (g) libros de auſcultatione, generatione, corruptione & de anima. Facit huc etiam AMMONIVS HERMAEVS, (h) in *Porphyrii inſtitutionem, Ariſtotelis categorias & librum de interpretatione*, MICHAEL EPHESIVS *in quatuor libros Ariſtotelis de partibus animalium, & ſimiles*, quos, horumque editiones adnotare longum foret, ſciendum tamen, plerosque graece impreſſos eſſe Venetiis ex Aldina, poſt recuſos plerumque cum interpretatione latina Baſileae. Horum quidem maieſtas olim magna erat, nunc vero ceciderunt in profundum. Neque tamen deſunt etiam inter Arabes, qui in Ariſtotelem fuerunt commentati, inter quos primus ſine dubio eſt AVERROES, (i)

Tom. IX. *Bibliothecae max. Patrum* pag. 668. NICEPHORVS *Hiſt. Eccleſ.* Cap. XLVII. pag. 873. DAMASCENVS apud COTELERIVM Tom. I. *monumentor. eccleſ. gr.* pag. 309. ſqq. IOANNES RINKIVS, amicus noſter ſuauiſſimus, in Diſſertatione Hiſtorico-Theologica *de origine & progreſſu Tritheiſmi* Ienae impreſſa 1732 4. §. IV. pag. 4. ſqq.

[g] Analyticorum libri Ariſtotelis ſunt quatuor, licet ſuppoſititii ſint quadraginta, de quibus vide RAPINVM in *reflections ſur la philoſophie* pag. 328

[h] Vid. de eo PATRICIVS *Diſcuſſionum Peripatet.* Tom. I. Lib. I. pag. 7.

(*i*) vir impius alias & exſecrabilis, licet etiam ſenſum eius nonnunquam peruertant iniqui rerum exiſtimatores. Prodierunt illius *in Ariſtotelem commentarii* Venetiis 1575. duodecim voluminibus diſtincti in 8. vid. cel. STOLLII Hiſt: Erud. Tom. II. Cap. IV. §. XXI. pag. 536. in NIC. ANTONII *bibliotheca Hiſpanica veteri* Tom. II. pag. 240. ſeq. ſinguli ipſius libri, prouti in operum tomis collocati ſunt, recenſentur. Ceterum vita & ſcripta Auerrois erudite ediſſeruntur *in der Hiſtorie der Gelehrſamkeit vnſerer Zeiten* Lipſiae 1721. edit. in 8. P. 1. Art: II. pag. 17-27. Adde his cl. FELLERI *monumenta inedita* trimeſtri XII. pag. 634. ſeq. AVICENNA eiusdem notae interpres Ariſtotelis, licet linguae graecae ignarus, ſcriptis tamen variis ſe commendare ſtuduit, plauſum vero apud poſteros vix vllum conſequu-

(*i*) Auerrois doctrina reſipere mihi videtur deliramenta Corani. Saepe enim illa inſulſius frigidiusque dici nequit. Mentem quoque Ariſtotelis raro adſecutus eſt, quoniam vnice mutilata verſione vſus, e fonte graeco haurire minus poterat. Vid. VIVES Libr. V. de *Caus. corrupt. art.* pag. 178 VOSSIVS de *Sect. Philoſ.* Cap. XVII. §. XIX. LEIBNITIVS in *Theodic.* pag. 7. Aratum quoque omnium opera, quam Ariſtoteli impenderunt, verae philoſophandi rationi nocuit, id obſeruatum videmus a SELDENO in Not. ad *Eutych. Orig.* pag. 155. Ios. SCALIGERO Epiſt. CCCLXII.

quutus eſt (*k*). Videatur CAROLVS PATINVS in Oratione de *Auicenna*, Patauii 1678. in 4. MORHOFIVS in *Polyhiſt.* Lib. I. Cap. X. Vitam eius concinnauit I. H. HOTTINGERVS in *Hiſt. Eccl.* ſeculi XI. pag. 461. confer eiusdem *analecta* P. I. pag. 295. Add. clariſſimi Io. PETRI LVDOVICI *Hiſt. rational. philoſ. apud Arabes & Turcas* §. II. pag. 33. PHIL. MELANCHTHONIS oratio de *vita Auicennae*, quae exſtat inter viri ſummi *declamationes* Opp. Tom. I. pag. 569. Eiusdem Auicennae opera omnia iunctim edita ſunt Venet. 1523. quinque tomis in f. (*l*). Inter latinos plurimi commentatores Scholaſticorum nomine clari exſtiterunt. Paucis de iis tantum dicamus, qui ad ſcholaſticorum caueam haud pertinent. Princeps inter eos & aetate & meritis perhibetur SEVERINVS BOETIVS, (ita enim in veteri lapide Romano ſcribitur) cuius *opera omnia* Henricus Petri Baſileae 1570. excudit in f. Poſt aeuum ſcholaſticorum, & in-

(*k*) An Auicennae ſcripta attributa genuina ſint, anceps eſt quaeſtio. vid. *Chronicon* LVITPRANDI Subdiaconi Toletani, & notas ad illud P. HIGVERAE & D. LAVRENTII; operum LVITPRANDI pag. 378. ſeqq. edit. Antwerpiae 1640.

(*l*) Vid. TRIBBECHOVIVS *de Doctoribus ſcholaſt.* Cap. III. pag. 120.

inde ab ſeculi XVI. initiis celebriores ceteris ſunt, ANDR. CAESALPINVS eiusque Ἀνταγωνιστης NIC. TAVRELLVS, SIMON SIMONIVS, CAESAR CREMONINVS, (*m*) atque alii.

## §. IV.

Accenſendi ſtatim ſunt Scholaſtici, qui vulgo etiam dicuntur interpretes latini Ariſtotelis: quorum magnus eſt numerus. Horum in ſcriptis auctor eſt PETRVS LOMBARDVS, (*n*) cui quum ſorderet an-

(*m*) Vid. IOANNES IMPERIALIS in *Muſeo Hiſtorico* pag. 174.

(*n*) De eo ſcriptores eccleſiaſtici agunt HENRICVS GANDAVENSIS Cap. XXXI. & in adpendice Cap. II. pag. 123. ſeqq. VINCENTIVS BELLOVACENSIS in ſpeculo hiſtoriali Lib. XXIX. Cap. I. DV PIN in *Nouu. Bibliuth.* des Aut. Eccleſ. Tom. IX. CAVE in hiſtoria litteraria ſcriptorum Eccleſiaſticorum pag. 581. POSSEVINVS in *apparatu ſacro* T. II. ſub voce *Lombardus*, BELLARMINVS de ſcriptoribus eccleſiaſticis ad A. 1145. & alii apud clariſſimum BRVCKERVM Tom. V. *Hiſt. Philoſ.* pag. 1021. Erat autem PETRI LOMBARDI doctrinae genus ex male detortis ſcripturae ſacrae ſententiis, & confuſis cum Platonis & Ariſtotelis Diſputationibus conſutus cento, quam barbariem fiſtit Io. CONRADVS DIETERICVS in *antiquitat. Bibl. arum* prolegomenis pag. 10. ſeqq. edit. a Io. IVSTO PISTORIO 1661. Gieſſae & Francofurti. IACOBVS THOMASIVS in

antiqua methodus, nouam rationem adinuenit, & multis diſtinctionum, quaeſtionum & ſubtilitatum ambagibus Theologiam cum Philoſophia Ariſtotelica miſcuit, iisdemque vtramque corrupit. Sanior quidem eiusdem adhuc erat philoſophia, quum parcior, vel nulla eſſet Ariſtotelis in Theologicis dogmatibus mentio. Ab adſeclis vero & iis, qui in libros ipſius *ſententiarum* fuerunt commentati, Theologia tota caeno quaeſtionum riuulisque opinionum conturbata fuit. Prodierunt vero *ſententiarum* libri primum *Norimbergae* 1474. fol. *Pariſiis* quoque 1538. 4. recuſae (*o*). Non deſunt, qui hunc Lombardum dicant frequenti manu tractare ſolitum fuiſſe ABAELARDI (*p*) introductionis ad Theologiam libros tres, quos, cum aliis eiusdem edidit FRANCISCVS

in *obſeruatione de Theologia ſcholaſtica & eius initio* in CHRISTIANI THOMASII *Hiſtoria ſapientiae & ſtultitiae* Tom. III. pag. 231. LINDENBROGIVS *Scriptor. Septentrion.* pag. 250.

(*o*) Conf. NIEMEIERI Diſſ. de Ariſtotele eiusque philoſophia §. LXII. BINDERVS de *Theologia Scholaſtica, Tubingae* 1624. IOANNES HIMELIVS de *Theologia Scholaſtica, canonicatu & iure canonico* Ienae 1632. 4. ANCILLONIVS in *Melange Critique* Tom. II. Art. LVIII.

(*p*) PETRVS ABAELARDVS adpellari meretur auctor omnis philoſophiae ſcholaſticae. Vid. OT-

cvs AMBROSIVS *Pariſiis* 1616. 4. Immo a crimine plagii non immunis erit Lombardus. Exſtat enim Magiſtri BANDINI liber ſententiarum, qui Viennae prodiit 1519. in 8. cura Benedicti Chelidonii, poſt Louanii recuſus eſt 1555. & 1557. in 8. Conuenit titulus, eaedem quaeſtiones, eodemque ordine proponuntur, iisdemque rationibus deciduntur, ita vt, licet paullo conciſius ſit opus Bandini, & ſtilus dispar, dubitatum tamen fuerit, quis alterius labore fuerit vſus? Lombardum quidem multi defendere conantur; Chelidonius tamen ex eo priorem ſcripſiſſe Bandinum probat, quod, vbi de ſacramentis agitur, Lombardus quaedam, Bandinus plane nihil attulit, & integram plane ſacramenti ſpeciem omiſit, quod abbreuiatorum alias non eſt. Latius de hac controuerſia egit IACOBVS THOMA-

OTTO FRISINGENSIS de geſtis Friderici I. Lib. I. Cap. XLVII. BERENGARIVS *Pictauienſis* in *apologetico* pro PETRO ABAELARDO, quod in huius operibus exſtat. *Memoires des hommes illuſtres* Tom. IV. pag. 1. CHRISTIANI THOMASII Hiſt. Sap. & Stult. Tom. III. pag. 232. Attamen ante ſeculum XI. principia Ariſtotelis iam adhibita praua fuerunt ratione, ſcitis Theologiae ſublimioribus. Vnde tanquam ex fonte errores innumeri hauſti ſunt; licet ſeculo XII. iſta theologiam tradendi methodus quam maxime inualuerit.

MASIVS de plagio, §. 493. & ſeqq. (*q*). Hi autem ſententiarum libri tanti aeſtimabantur, vt vel parem, ſi non maiorem, auctoritatem haberent olim ac ſacrae litterae. (*r*). Confer LVD. ELLIES DV PIN in methodo ſtudii theologici, Cap. II. §. XX. ſeqq. edit. latine a doctiſſimo Viro M. Io. MART. CHRISTELL. Quare etiam plures fuerunt, qui in illos commentarentur. (*s*) Primus illud egit ALEXANDER HALENSIS, qui alias adpellatus etiam eſt Haleſius, dictus Do-

(*q*) De hoc plagio vid. etiam OVDINVS Tom. II. de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 1218.

(*r*) Hanc Theologiam exponendi methodum tanti aeſtimatam, ANSHELMVM introduxiſſe Io. MABILLONIVS de *Studiis Monaſticis* Part. II. Cap. VII. adſerit; quod aliqua ratione concedendum eſſe videtur, quoniam ABAELARDVS ab Anſhelmo edoctus fuit, & haud raro ea excoluntur a diſcipulis, quae traduntur a praeceptoribus.

(*s*) Omnes fere verbi diuini miniſtri explicabant eos & voce & ſcriptis, teſte VITO WINSHEMIO *in Orat. funebr. Phil. Mel.* LVTHERO Tom. I. Oper. German. edit. Ien. fol. 248. a. PHILIPPO MELANCHTHONE in *Erotematibus dialecticis* paſſim. Lutherus quidem quam maxime inquinatam illam Theologiam pariter ac philoſophiam repurgare ſtuduit, ſed euentus haud reſpondit optatis. Vid. SECKENDORFIVS in *Hiſtoria Lutheraniſmi* Lib. I. Sect. VIII. n. 10. & Addit. VII. Sect. XIII. n. 2. 4.

Doctor irrefragabilis, cuius quaeſtiones in quatuor libros ſententiarum Lombardi prodierunt Lugduni 1515. inf. Hunc inſequutus eſt ALBERTVS, ab eruditione, vti plurium eſt opinio, MAGNVS dictus; in *Actis* quidem *Philoſophorum* Part. XVII. N. 6. pag. 757. ex aliquo LVD. VIVIS loco, qui ipſum *Albertum Grotum* vocat, colligitur, gentile hoc ipſi fuiſſe nomen, non vero titulum honoris cauſſa datum. (*t*). Hic, inquam, immenſis ſuis commentariis in omnes Ariſtotelis & Lombardi libros, hanc ſcholaſticam diſciplinam mirum quantum adauxit. Prodierunt eius Opera omnia, quotquot reperiri potuerunt, in XXI. Tomos diſtributa, cura Petri Lammii, *Lugduni* 1651. in f. Ab hoc noua aetas Scholaſticorum fuit orta, qui vulgo dicuntur Summiſtae, Quaeſtionarii. Hi enim, reiecta ſcripturae ſacrae auctoritate, Ariſtotelis metaphyſicam & omnem philoſophiam, terminorum ſubtilitate corruptam, habuerunt pro

(*t*) Vid. TRITHEMIVS de *Scriptoribus Eccleſiaſticis*, qui ita de eo pronunciat: *non ſurrexit poſt eum vir ſimilis ei, qui in omnibus litteris, ſcientiis & rebus tam doctus & expertus fuerit &c.* PASCHIVS in Inuentis Nouantiquis pag. 580. ſequ. Magiae accuſatus fuit, ſed defenſus a NAVDAEO in *Apologie des Grands Hommes accuſes de magie Cap. XVIII.*

pro principio demonſtrationum theologicarum. Adeo, vt Patrum horum ſcholaſticorum effata atque axiomata, prae Patrum eccleſiae dictis, immo ſcripturae ſacrae enunciatis, longe maioris auctoritatis habuerint. Vnde tot plauſtra commentatorum in Ariſtotelem & Lombardum, (*u*) tot ſubtiles quaeſtiones metaphyſicales, (*v*) de entitate, quidditate, haecceitate, indiuiduitate, & quae barbara alia. Aleſii atque Alberti diſcipulus erat THOMAS de AQVINO, Doctor Angelicus appellatus, (*w*) & Sera-

(*u*) ANT. POSSEVINVS *Bibl. Sel.* Tom. I. Lib. III. Cap. XIV. pag. 242. ingentem iſtius furſuris commentatorum numerum recenſet.

(*v*) Vid. IOANNIS ZWINGERI Oratio *de Barbarie ſuperiorum aliquot ſeculorum, Baſileae* impreſſa 1661. IAC. THOMASIVS de *Origine Hiſtor. Philoſ. & Eccleſ.* pag. 12. ſqq. I. P. de CROSA in *tentamine metaphyſico* Groningae 1725. 8. edito. §. XLVII. ſqq. CHRISTIANI BREITHAVPTII diſp. de *naeuis ſcholaſticorum in Metaphyſica, Helmſtadii* 1726. 4.

[*w*] Inter ſanctos relatus quoque fuit. Vita eius legitur in *Actis Sanctorum* Tomo I. ad d. VII. Martii, pag. 655. Infinita eſt biographorum huius viri cohors, prodeant in medium THOMAS CANTIPRATENSIS de *Apibus* Lib. I. Cap. XX. GERARDVS de FRADICTO in vitis fratrum Ordinis Praedicatorum. Ne dicam de iis, quos BRVCKERVS ſupra laudatus

raphicus, cuius metaphyſicale acumen venerantur omnes, quotquot huic barbariei addicti. (*x*). Opera illius primum iuſſu & ſumtibus Pii V. prodierunt Romae 1570. in f. in XVII. Vol. quam emendatiſſimam cenſent editionem Labbeus, Altamura, & plerique alii, eo quod pontificia auctoritate munita fuerit. (*y*). Poſtea recuſa Venetiis 1594. iuxta exemplar Romanum, & cum commentariis partim Thomae de Vio Caietani, partim Franciſci Ferrarienſis, *Antwerpiae* 1612. in f. Tomis XVIII. per Cosmam Morelles, Doctorem & Profeſſorem Colonienſem. Completiſſima vero & emendatiſſima eſt editio Pariſienſis, quae ſub hoc titulo prodiit: *Sancti Thomae Aquinatis, ex Ordine Praedicatorum, Quinti eccleſiae Doctoris Angelici, Opera omnia, ad fi-*

tus collegit, Tom. V. hiſtoriae philoſophicae, pag. 195. Addimus tantum *Memoires de Trevoux* an. 1725. Tom. I. pag. 82.

[*x*] Sectatores *Thomiſtae* ἀριστοτελικώτατοι vocati ſunt; hi omnis in doctrina corruptelae auctores exſtitere, id quod THOMAS FREIGIVS, in Oratione de *Vnitate Dei*, dilucide probauit, & *Apologia Auguſtanae Confeſſionis* fol. 13. b. edit. I.

[*y*] Corrupta tamen Thomae Aquinatis placita ſunt a ſectatoribus. WILHELMVS de MAVNFELD, Anglicus frater Praedicator, ſcripſit acriter contra deprauationes eiusmodi, teſte BARTONO BVRIENSI, cuius MS. codicem, adſeruatum in Bibliotheca Regia, Londini vidi.

*dem vetuſtiſſimorum Codicum MStorum & editorum emendata, aucta, & cum exemplaribus Romano, Veneto, & Antwerpienſi, accurate collata. Nunc primum in Galliis prodeunt, partim a Reuerendo Patre Ioanne Nicolai, a mendis expurgata & notis marginalibus illuſtrata, partim ab aliis patribus eiusdem Ordinis emendata. Pariſiis apud Societatem Bibliopolarum* 1660. in f. (z). Inter haec autem *ſummam* eiusdem *Theologicam*, in quam tot exſtant commentationes, (*a*) Aquinati abiu-

[z] Inter omnia THOMAE AQVINATIS opera *Summa Theologiae* quam maxime eſt memorabilis, ob ſingularem enim illi tributam praeſtantiam, in Graecorum, Arabum & Chinenſium idioma translata fuit; licet tam principia illius quam concluſiones lubrico ſint ſuperſtructa fundamento, atque elumbes tam reſponſiones quam quaeſtiones ſpinoſae bene multae fuerint in ea propoſitae. Apte igitur ſumme Venerandus REIMANNVS in *Bibliotheca Reimanniana* pag. 345. *Fruſtra proinde Summa appellatum*, inquit, *quod non conſummatum eſt, & cui aliquid deeſt, ſi accurate computes calculum.*

[a] Adeo exſtat codex inſcriptus סומאם מאקוינו THOMAS AQVINAS, ſeu *ſumma*, ebraice ex parte a IOSEPHO CIANTES conuerſa, de qua vid. MANDESII *Biblioth. Romana*, Centur. III. num. 86. BASNAGII *Hiſtoria Judaeorum* Tom. IX. pag. 710. & ſummi viri Io. CHRISTOPH. WOLFII Bibliothecae Ebreae Volumen III. pag. 278. & pag. 419. Num. MLIX. 1.) hoc teſte edit. fuit

iudicauit LAVNOIVS, (*b*) mire exinde exagitatus ab omni Monachorum ordine, cum in Vincentii Bellouacenſis, Aquinate anterioris, Speculo Morali eadem iisdem reperiantur verbis. Proximus eſt IOANNES BONAVENTVRA, a parentibus *Fidantius* dictus, cuius *opera* excuſa ſunt *Coloniae* 1486. *in f. Romae* 1588. *in f.* 1598. *in f.* VII. Tomis, & *Lugduni* 1668. *in f.* VII. Tomis (*c*). Hunc excipit GVILIELMVS DV-

THOMAE Summa contra gentes, Romae 1657. in f.

[*b*] Launoius quidem profitetur, ſe in omni libro de varia Ariſtotelis in academia Pariſienſi fortuna, de quo ſupra diximus, hiſtorici fide digni acturum partes, non vero iudicis; ſed tamen conſtat, aequiorem eum Antariſtotelicis, quam Ariſtoteli huiusque ſectatoribus fuiſſe; quo affectu occupatus, vereor, ne aduerſus Ariſtotelem, adeoque Aquinatem, grauius quaedam, quam neceſſe erat, ſit interpretatus. Prodeſt tamen in eo, quod diligentiſſime collegit, quae fuerint de Ariſtotele diſcipulisque eius iudicia Patrum, aliorumque auctoritate conſpicuorum virorum. Subinde quoque nonnulla ex MS. litterarum monimentis nondum editis protulit. Vid. I. THOMASIVS in Notit. Auctor. MS. & I. F. FELLERI *Specimen noui Eponymologici critici*, ſiue iudicia varia, aliaque obſeruatu digna de claris quibusdam ſcriptoribus ſeculi XVI. & XVII. tam ex libris bonae notae, quam ex ſchedis manuſcriptis collecta, in *monimentis variis ineditis* Trimeſtr. VII. N. XL. pag. 419.

[*c*] Lombardi veſtigia preſſit vnice, totumque ad mentem

DVRANDVS. (*d*) Seculo autem decimo quarto noua ſecta ſcholaſticorum per IOANNEM DVNS SCOTVM erecta fuit, cuius quaeſtiones in Metaphyſicam, quodlibeta & commentaria in quatuor libros ſententiarum atque ſimilia, exſtant. Omnia vero eius opera collegit, eademque in XII. Tomos diſtributa edidit Lucas Waddingus, Lugduni 1639. in f. Ceterum Scotum τὸν σκοτεινὸν adcurate deſcriptum lege in libro h. t. *Reſolutio doctrinae Scoticae, in qua, quid doctor ſubtilis circa ſingulas, quas exagitat, quaeſtiones ſentiat, &, ſi oppoſitum alii opinentur, breuibus oſtenditur in ſubtilium ſtudioſorum gratiam, a Fratre* ELEVTHERIO ALBERGONO, *Mediolanenſi, rel. collecta* Lugduni 1643.

tem eius ſe compoſuit BONAVENTVRA. An vero auctor ſit omnium librorum, quibus nomen ſuum praefixum eſt, alia ſane eſt quaeſtio. Conf. MARTINVS CHEMNITIVS in *Examine Concilii Tridentini* Part. III. pag. 338. MOLINAEVS de *Nouitate Papiſmi* Part. I. Lib. VII. Cap. XIV. pag. 587.

[*d*] GVILIELMVS DVRANDVS cum aliis homonymis plerumque confunditur, vid. WHARTON in Appendice ad CAVEI *Hiſtor. Litter. Scriptorum Eccleſiaſticorum.* MOLLERVS in *Homonymoſcop.* Part. II. Cap. VI. §. XXXIII. pag. 556. ſqq.

1643. in 8. (e) Eiusdem ſeculi fuere GVILIELMVS OCCAMVS, (f) MICHAEL CAE-

[e] Quanta olim de Homeri, tanta de IOANNIS DVNS SCOTI patria lis fuit, ab aliis Britannis, ab aliis Hibernis adſcribitur. Id quidem exploratum habemus, ingenium eius ad miraculum ſubtile atque acutum adpellatum eſſe, tam ab Anglis quam Gallis, in quorum finibus ſummam laudis & gloriae dignitatem aſſecutus eſt; id quod ex epitaphio ſubtilis doctoris elucet, cuius verba haec ſunt:

> Quod nulli ante hominum accidit, Viator,
> Hic *Scotus* iacet ſemel ſepultus,
> Et bis mortuus, omnibus Sophiſtis
> Argutus magis atque captioſus.

Quae verba facile poſſunt intelligi, ſi reſpicimus hiſtoriarum monimenta, ex quibus patet, Scotum apoplexia correptum & nimis feſtinato funere elatum, cum redeunte vita ſero morbi impetum natura diſcuteret, fruſtra miſerabili clamore opem petiiſſe, diu ſepulchri lapidem pulſaſſe, ſed feſſam denique in ipſo ſepulchro animam eliſiſſe; de veritate facti huius diſpiciendi locus non eſt, vid. NATALIS ALEXANDER in H. E. Sec. XIV. Cap. V. Artic. I. §. XI. col. 150. ſqq.

(f) Occamus, Duns Scoti diſcipulus, a placitis praeceptoris receſſit multis in rebus, hinc ſectam *nominalium* reſuſcitauit, repugnantium *realium* familiae. Nominales vniuerſalium & abſtractarum idearum repudiantes realitatem, cetera omnia praeter ſingulares ſubſtantias nuda eſſe nomina autumarunt. Id quod reales negarunt, quippe qui Platonis ideas innatas reſtaurare videbantur. Nominalium auctor primus RVCELINVS dicitur. Conf. BVDDEI Ele-

CAESENAS, (*g*) IOANNES DE PARISIIS, THOMAS BRATWARDINVS, (*h*) ROBERTVS HOLCOTH, (*i*) THOMAS DRICOTH, atque alii, qui dicti fuerunt Do-

Elementa Philoſ. Inſtrumentalis. Cap. V. pag. 70. edit. Halae 1725. Scripta Occami LVCAS WADDINGVS de ſcriptoribus Ordinis Minoritarum recenſet. Prae ceteris noti ſunt libri eius, pro defendendis iuribus imperatoris contra pontificem Romanorum ſummum, recuſi in GOLDASTI *monarchia ſacri Romani imperii* Tomo II.

(*g*) MICHAEL CAESENAS, Franciſcanorum defenſor ſtrenuus, libro, cui titulus eſt: Contra varios errores & haereſes Ioannis XXII. papae, praecipue vero de vtili dominio eccleſiaſticorum, & abdicatione rerum temporalium in perfectione ſtatus monachorum & clericorum; praecipue inclaruit, qui exhibetur a GOLDASTO Tom. II. monarchiae ſancti Romani imperii.

(*h*) Tres libros ſcripſit *de cauſſa Dei & de veritate cauſſarum contra Pelagianos* acerrime diſputauit, plura de eo perhibet GERARDVS IOANNES VOSSIVS in Hiſtor. Pelag. Lib. III. Part. II. pag. 664. ſqq. In RICHARDI MONTACVTII Adparatu ad origines eccleſiaſt. pag. 43. ſqq. illius quoque exſtat memoria, vti reliquorum, qui non ſatis prouide de libertate & gratia pronunciarunt.

(*i*) Robertus Holcoth, familiae Dominicanorum addictus, commentarios in quatuor libros Magiſtri ſententiarum conſcripſit, vt & *Lectiuram in cantica canticorum* ſeptemque priora capita Eccleſiaſtici. Natione fuit Anglus, vid. BELLARMINVS de ſcriptoribus eccleſiaſticis, ad ann. 1349. pag. 274.

Doctores Cherubici, Solennes, Solidi, Fundatiſſimi, Illuſtratiſſimi, Acuti, Subtiles, Singulares, Facundi, Reſolutiſſimi, Ordinatiſſimi, quorum Quodlibeta, Determinationes, Formalitates, Specula, Quaeſtiones ſolennes, Quaeſtiones ſuper quaeſtiones Praedicamentorum, Acroamaticorum, Metaphyſicalium ſubtilitates, paſſim in bibliothecis cum blattis atque tineis pugnant. Conf. TRIBBECHOVIVS (*k*) *de Doctoribus Scholaſticis*, Cap. VI. §. IV. pag. 324. MOLLERI Homonymoſcop. P. III. Cap. V. §. X. ſeqq. pag. 878. ſequ. & illuſtris MENCKENII Charletaneria Eruditorum, pag. 19. (*l*).

§. V.

(*k*) HERVMANNI noſtri, de omni re litteraria meritiſſimi, ad hunc librum praefatio de origine, adpellatione, natura atque ἀσκησει Theologiae & Philoſophiae Scholaſticae, legi omnino meretur.

(*l*) GISBERTVS VOETIVS in Bibliotheca Studioſi theologiae plenius de Scholaſticis egit, & CAVEVS in *Hiſtoria Litteraria Script. Eccleſ.* in ſeculo Scholaſtico. Excitati auctores veterum Scholaſticorum, qui ante reformata ſacra vixere, dederunt hiſtoriam, qua de re CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS in *introductione in hiſtoriam Theologiae Litterariam* Lib. II. §. II. pag. 198. nemo hactenus exſtitit, inquit, qui nouiorum Scholaſticorum, qui inde a ducentis annis in Italia, Hiſpania, Gallia, Belgio, Germania, Polonia &c. ſcripſere, indicem exhibuerit, variasque ipſorum

ſo-

## §. V.

Magna quidem decrementa cepit philoſophia Scholaſtica per Reformationem, nec tamen plane deſiit cum ſeculo decimo quinto. Claruit illo THOMAS de VIO CAIETANVS, qui in *primam*, *ſecundam* & *tertiam partem* AQVINATIS commentatus fuit, *Venetiis* 1580. f. Exſtant eiusdem quoque *opuſcula aurea de curioſiſſimis materiis ſpeculatiuis & practicis*, *Pariſiis* 1511. (*m*). Plures fuerunt, qui Cardinalis huius famigeratiſſimi vitam, res geſtas, doctrinam atque ſcripta diligenter ſatis recenſuerunt, a magnifico D. CHRIST. FRIED. BOERNERO in doctiſſ. diſſert. *de colloquio Lutheri cum Caietano Auguſtae*

ſectas, varia ſyſtemata enarrauerit, id quod Theologiae Polemicae Anti-Pontificiae maxime lucem adfunderet. Sed qui huic operi par eſſe voluerit, is peragrare quasuis academias pontificias, in regionibus laudatis omnibus, data opera debet. Poſſet tamen & abſque hoc hactenus horum Doctorum recentiorum catalogus condi, ex variis iſtis auctoribus, qui ſcriptores Ordinum pontificiorum enarrauere.

(*m*) Hic Ordinis Praedicatorum Prior generalis, ac poſtea Cardinalis Preſbyter, ſua aetate ingenii monimentis clarus, in omnem ſacram ſcripturam commentatus quoque eſt. Neque minus Summam caſuum conſcientiae ad poſteros transmiſit. vid. ROBERTVS CARDINALIS BELLARMINVS de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 306. edit. Coloniae 1657. De MSS. libris eius vid. LABBEI *Catal. Bibl.* MSS. pag. 236.

*guſtae habito*, Lipſiae 1722. §. V. (a) pag. 11. commendati, quibus auctoribus ſtrictim ibidem atque in compendio traduntur, quae ad noſcendam CAIETANI perſonam faciunt. Huc quoque referuntur GABRIEL VAZQVEZ *Commentarii ac diſputationes in S. Thomam*, *Antwerpiae* 1621. f. 3. Vol. (*n*) DOMINICI BANNEZ *Commentarius in primam & ſecundam partem Thomae*, *Lugduni* 1588. & *Duaci* 1614. f. 3. Vol. (*o*) DIDACI RVIZ DE MONTOYA *commentarii ac diſputationes ad quaeſtionem* XXIII. *& bonam partem quaeſtionis* XXIV. *ex prima parte S. Thomae*, *Lugduni* 1631. f. (*p*). Praecipuus inter Pontificios habetur FRANCISCVS SVAREZ, cuius *opera omnia* prodierunt *Moguntiae* 1614. f. 4. Vol. atque ob acumen Metaphyſicale ſuos habent aeſtimatores. (*q*) Recentiores ſunt GEORGII de RHODES *diſ-*

(*n*) GABRIELIS VAZQVEZII Hiſpani *diſputationes metaphyſicae* haud praetermittendae ſunt, Antwerpiae 1618. 8. emiſſae in lucem.

(*o*) BANNEZIO debemus quoque *ſummulam dialecticam*, quae ad Bibliothecam noſtram philoſophicam prae ceteris ſpectat.

(*p*) *Clauis Theologiae* eodem auctore 1633. 4. prodiit; nec non *Theologia Scholaſtica* itidem Coloniae 1630 in 4.

(*q*) Tam eius diſputationes metaphyſicae, quam in *Thomae ſummam* commentarii, adrident harum rerum aeſtimatoribus. Opera omnia Lugduni 1655. fol.

*diſputationes Theologiae Scholaſticae, ad primam & vtramque ſecundam partem ſummae Thomae directae* atque editae *Lugduni* 1671. f. in quibus explicatur Deus, Angelus & Homo. DOMINICVS SOTO *in quartum ſententiarum* fuit commentatus, *Duaci* 1613. f. 2. Tomis. IOANNIS CAPREOLI *quaeſtiones* exſtant *in libros ſententiarum*, cum caſtigationibus & adnotationibus per Aquarium, *Venetiis* 1588. f. Vtrique mediam fere viam tenent inter THOMAM & SCOTVM. Haec autem Scholaſticorum principia hodie adhuc valent apud Pontificios. In *actis philoſ.* Part. VIII. pag. 290. & Part. XIII. pag. 49--70. recentis cuiusdam SCHMIRII *ſyſtematis philoſophiae ſcholaſticae* idea exhibetur. (*r*). Dominicani Scoto, Franciſcani Thomae fauent, Ieſuitae vtrique. Apud Hiſpanos SCOTI philoſophia plurimum exculta atque apud Bohemos. Inter noſtrates SCHEI-

in fol. impreſſa ſunt. Scripta reliqua pariter atque vitam expoſuit ALEGAMBIVS in Bibliotheca Patrum Societatis Ieſu.

(*r*) Titulus eſt: Philoſophiae quadripartitae Tractatus primus Dialectica Regulata, ſiue inſtitutiones Summuliſticae, in Vniuerſitate Salisburgenſi publica diſputatione ventilata, auctore & praeſide P. BENEDICTO SCHMIER, Salisburgi 1716. 4. Quisquiliae ſane & ſordes ſcholaſticorum reperiuntur in eo vnice.

SCHEIBLERVS, (*s*) STAHLIVS, (*t*) EBELIVS (*v*) & IACOBVS MARTINI, (*x*) eandem ſunt amplexi. (*y*).

## §. VI.

(*s*) CHRISTOPHORI SCHEIBLERI *opus Logicum*, quatuor partibus vniuerſum huius artis ſyſtema comprehendens, ſaepius recuſum; editio noua ab auctore reuiſa, a plurimis erratis repurgata & hinc inde aucta, Marpurgi Cattorum 1634. 4. prodiit. Eiusdem *opus Metaphyſicum* duobus libris omnem huius ſcientiae complexum exhibens, tum alibi, tum Marpurgi recuſum 1637. 4.

(*t*) DANIELIS STAHLII Compendium Metaphyſices in XXIV. tabulas redactum, prae ceteris laudatur, laudem ſi meretur id genus doctrinae.

(*v*) EBELIVS Hermetem Logicum, & Metaphyſicam duabus partibus comprehenſam elaborauit.

(*x*) Huc ſpectant illius Exercitationes Metaphyſicae, Inſtitutiones Logicae, Praelectiones extemporaneae in Bartholomaei Keckermanni ſyſtema logicum, Collegium Phyſicum, Theorematum Phyſicalium Exercitationes X. Quaeſtionum illuſtrium philoſophicarum Centuriae X. Politica atque alia ſcripta. Vid. D. PAVLI FREHERI theatrum virorum eruditione clarorum Part. I. Sect. III. pag. 547.

(*y*) Singularem ſpirat eruditionem libellus inſcriptus: *Philoſophiae veteris ac nouae concordia & vtilitas*, ſub auſpiciis R. C. IOANNIS GASTONIS Primi M. E. D. illuſtrata ac publice propugnata a PHILIPPO GONDI, Patritio Florentino. Florentiae 1725. f. vid. Tom. XXXVIII. *Giornale de' Letterati d'Italia*, Art. XII. in quo plures laudantur. Io. PAVLI HEBENSTREITII Philoſophia prima ad mentem veterum ſapientum in modum ſcientiae vere demonſtratiuae concinnata, harum litterarum cultoribus commendatur iure veluti meritoque, impreſſa Ienae 1720. 8.

## §. VI.

Inter recentiores philoſophiae Ariſtotelicae ſectatores plures ſunt, quos adlegare omnes nimium foret. BARTHOLOMAEVS KECKERMANNVS (z) primus erat, qui philoſophiam Ariſtotelicam per Scholaſticorum barbariem magis corruptam, (a) aliqua ratione reſtituit *ſyſtemate* ſuo *philoſophiae vniuerſalis*, quod *Hanouiae* prodiit 1613. f.

(z) Keckermannus ab Ariſtotele reliquisque ſapientiae magiſtris auctoritate pollentibus minime abduxit iuuentutem, ſed multo magis ad eosdem deduxit. Scripta eius philoſophica ſunt: Praecognitorum Logicorum tractatus tres; Syſtema logicae maius; Syſtema Logicae minus; Compendioſum Logicae ſyſtema; Syſtema Ethicae; Syſtema Politicae; Synopſis Oeconomica; Syſtema Phyſicae ſeptem libris comprehenſum; Contemplatio Phyſica de loco & terrae motu; Syſtematis Logici plenioris pars altera; Gymnaſium Logicum; Curſus Philoſophici diſputationes theoreticae; Curſus Philoſophici diſputationes practicae; Scientiae Metaphyſicae compendioſum ſyſtema; Praecognitorum Philoſophicorum Lib. II. &c. Plura inedita adhuc latent, erat enim πολυγραφώτατος, vid. MELCHIORIS ADAMI Vitas Germanorum Philoſophorum pag. 501.

(a) Vid. *Recueil de diuerſes piéces ſur la philoſophie, les Mathematiques, l'Hiſtoire par Mr. de* LEIBNITZ, avec II. lettres, où il eſt traité de la philoſophie & de la Miſſion Chinoiſe, envoyées a Mr. de LEIBNITZ par le P. BOVVET Ieſuite a Pekin, publiées avec des Remarques

SVR

f. Alii, ex pontificiis praeſertim, curſus philoſophicos ediderunt. Quo facit RODERICI de ARRIAGA *curſus philoſophicus Antwerpiae* 1638. f. & *Pariſiis* 1647. f. FRANCISCI de OVIEDO *curſus philoſophicus, Lugduni* 1645. & 1651. f. IO. HENR. ALSTEDII (reformati theologi) *encyclopaedia, Herbornae* 1630. f. & ſimiles. Huc facit etiam *Collegium Conimbricenſe in Ariſtotelis Logicam, Coloniae Agrippinae* 1611. 4. *in phyſicam, Coloniae* 1625. 4. *in eiusdem meteora*, ibid. 1617. 4. *in libros de generatione & corruptione, Coloniae* 1615. 4. Quae ſingula tribus voluminibus conſtant. *Collegii Complutenſis diſputationes in Ariſtotelem, Lugduni* 1632. 4. *duobus Tomis. Philoſophia vetus & noua ad vſum ſcholae accommodata, Pariſiis* 1671. 4. *Philoſophia Altdorfina* a profeſſoribus Academiae Altdorfinae adornata ad mentem Ariſtotelis, quae hodie quoque multum aeſtimatur. Auctores eius potiſſimum fuerunt PHIL. SCHERBIVS, (*b*) ERNESTVS

SVR LA CORRECTION DE LA PHILOSOPHIE SCHOLASTIQVE *ſelon les principes de Mr.* LEIBNITZ, edit. a CHRISTIANO KORTHOLTO, facultatis Philoſophicae in academia Lipſienſi aſſeſſore meritiſſimo, *Lipſiae* 1734. 8.

(*b*) Ariſtotelis laudes meritorumque multitudinem in *diſ-*

NESTVS SONERVS,(c) & MICH. PICCARTVS,(cc) quorum in philoſophiam Ariſtotelis ſcripta in compendium redegit, & *Philoſophiae Altorfinae* titulo inſigniuit, atque *Norimbergae* 1644. 4. edi curauit IO. PAVLLVS FELLWINGERVS, Logicae & Metaphyſices Profeſſor Altorfinus.

## §. VII.

Epicurea philoſophia paucos olim habuit ſectatores, eo, quod homo litteris non adeo imbutus eſſet (d) EPICVRVS. Hinc & ei eruditionem abiudicauit THOMAS BVR-

*diſputatione pro philoſophia peripatetica aduerſus Ramiſtas* ſtrenue vindicauit. De libris *Acroamaticis & Exotericis Ariſtotelis*, pererudite eſt commentatus, quod ſcriptum primum tenet locum in Scherbii diſſertationibus, Helmſtadii 1659. 4. iunctim editis: Nec ſine ſtili elegantia ſcripta ſua concinnauit vir doctiſſimus.

(c) In Philoſophia Altdorfina exſtant eius diſputationes binae de *Materia prima*; *de motu*; *de iride caeleſti*. Commentarius, quem in Metaphyſicam Ariſtotelis conſcripſit, inter praecipuos haud referri meretur.

(cc) Inter felicia ſeculi ſui ingenia exſplenduit Piccartus. Eius *idea hominis*; & Commentarius in *Libros Ariſtotelis Politicos*, pariter atque *Obſeruationes Hiſtorico Politicae*, cum praeſtantiſſimis ſcriptis huius generis ſunt contendendi.

(d) Hoc pauci concedent lectores, etenim & acuti & exercitati fuit ingenii EPICVRVS, & patrem ingenuas docentem litteras adiuuit praeſtoque

BVRNETIVS in *archaeologia philoſ.* Cap. XIII. pag. 246. & pag. 252. edit. Londin. 1733. (*e*) quocum ſagaciſſimus BROCKHVSIVS conſentit ad *Propertii* Lib. III. Eleg. XX. verſ. 26. Praeter hanc cauſſam negatio diuinae prouidentiae hoc effecit, vid. ill. THOMASIVS *cautelar. circa praecognit.* Cap. VI. §. LXVIII. forſan & deperdita voluptas. Sed vero vtriusque criminis vacuum ſolidiſſime demonſtrauerunt viri doctiſſimi, & *Epicurum* quidem *creationis & prouidentiae diuinae adſertorem* defendit V. c. Io. HENR. KROMAYERVS eleganti diſſ. *Jenae* 1713. *Praeiudicia* vero, *quae ipſum foedae voluptatis reum incruſtarunt*, ſchediaſmate Academico *Re-*

fuit, vid. LAERTIVS Lib. X. Segm. IV. adeo annum agens decimum quartum initiatus fuit philoſophiae ſublimioribus diſciplinis, & mirificos fecit progreſſus, vid. GASSENDVS *de vita & moribus Epicuri*, edit. Lugd. 1647. 4. Lib. I. Cap. V. Non multos autem Epicuri philoſophiam eſſe ſectatos non miramur, quia eius aetate Rhetorica, Poëſis & aliae artes maioris erant pretii, quam ipſae ſcientiae philoſophicae, & graues inter ZENONEM, EPICVRVM & alios controuerſiae agitabantur, hinc ipſa philoſophia in contemtum abibat, vid. GASSENDVS Lib. VIII. Cap. VI. & alii.

(*e*) Per rationes fluctuantes, quae animum minus adſtringunt nec ad adſenſum impellunt, Epicurum propoſuiſſe omnia, Burnetius perhibet, nos vero lectorem φιλαπτιχυρον remittimus ad veterum ſcriptorum monimenta.

*Regiom.* 1718. vulgato expoſuit atque refellit M. GVIL. HENR. BECKHERVS. Ab vtroque autem eundem ſcelere egregie abſoluit V. cel. Io. CONR. SCHWARZIVS in *iudicio de recondita theologia Epicuri* duabus diſſ. ſcholaſticis. *Coburg.* 1718. 4. expoſito. Epicuri quoque defenſores a BECKHERO nominantur. Clarus ſcilicet eſt inter veteres TITVS LVCRETIVS CARVS, (*f*) qui Epicurum atque Empedoclem ſequi-

(*f*) PAMELIVS in annotationibus in opera Tertulliani pag. 6. 16. & 86. memoratu digna de eo conſignauit litteris. Ipſe Tertullianus in apologetico contra gentes mortem violentam eius deſcripſit. RAPINVS in *Reflections ſur la Philoſophie* XXIX. pag. 361. edit. citatae, rarum naturae miraculum Epicurum ſiſtit, & in *Reflex. ſur la morale* pag. 394. ſcribit: *Epicure parloit tantoſt en Philoſophe, d'un air graue, en declamant contre la volupté; tantoſt il parloit d'un ton radoucy, & en ſage debauché. C'eſtoit un voluptueux politique, qui vouloit plaire aux delicats, ſans ſcandaliſer les ſeveres.* In hunc fere modum CICERO de eo pronunciauit, e. g. Lib. II. de FINIBVS, *Epicurei viri optimi*, inquit, *nullum genus eſt minus malitioſum*: atque ibidem: *dulces voluptates Epicurus interdum ſic extenuat, vt, quid praeterea ſit bonum, neget ſe poſſe ſuſpicari.* FRIDERICVS RAPPOLTVS in commentario ſuo in Horatii poemata, pereruditas obſeruationes, ad Epicuri ſyſtema ſpectantes, protulit in medium, quo nomine nec laus illi a nobis denegari poteſt.

quitur. Editiones eius variae ſunt; elenchum illarum dedit FABRICIVS *bibl. lat.* pag. 44. ſequ. (*g*) & Tom. II. pag. 54. Laudanda eſt illa, quam DAVID PARAEVS edidit cum notis, & lexico elegantiarum Lucretianarum, *Francofurti* 1631. 8. Alia prodiit recognita per DIONYSIVM LAMBINVM, cum emendationibus ADRIANI TVRNEBI, *Pariſiis* 1565. 8. Melior eſt, quae cum coniecturis atque emendationibus TANAQVILLI FABRI prodiit *Salmurii* 1662. 4. qui & textum emendauit, & multas notas criticas adiecit. (*h*) IOANNIS NARDI vero editio *Florentiae* 1674. 4. impreſſa apud eru-

(*g*) Incredibili, vti conſueuit diligentia conquiſiuit & in ſchedis MSS. reliquit, quae ad Epicurum illuſtrandum faciunt multa, Fabricius. Teſte HERM. SAM. REIMARO in *Commentario de vita & ſcriptis* I. A. FABRICII, p. 210. n. 16. Ceterum non praetereundus hic eſt IACOBVS RONDELLVS de *vita & moribus Epicuri.* Amſtel. 1694. in 12. editio recentiſſima prodiit prioribus auctior.

(*h*) Huic tamen praeferendam eſſe putamus eam, quam THOMAS CREECH Oxonii 1698. 8. cum eruditis adornauit obſeruationibus, cuius mors aeque infelix ac violenta fuit ac Lucretii, vid. *Nouuelles de la Republique des Lettres*, A. 1700. pag. 331. & An. 1701. pag. 267. Editionem Lucretii Londini 1712. in 4. editam IOANNES CLERICVS in *Bibl. choiſie* Tom. XXVI. p. 150. percenſet, ſplendidiſſimis tabulis aeneis illa eſt conſpicua, pariter atque ſingulari fide & cura im-

eruditos non adeo aeſtimatur. Recentiſſima eſt SIGEB. HAVERCAMPII, quae *Lugd. Bat.* 1725. 4. prodiit. ALEXANDRI MARCHETTI, Prof. Piſani, *verſio Lucretii Italica*, quod in Italia non liceret, Londini excuſa eſt a. 1717. 8. cura P. ANT. RVLLI, cuius elegantiſſima adiecta eſt praefatio, vid. *Bibl. Angloiſe* Tom. I. Part. II. Art. VII. pag. 333.--338. Io. BARBEYRACII conſilium de paranda noua huius poetae editione, legitur in *Bibl. Choiſie* Tom. XVII. pag. 242. ſqq. Alter, qui Epicurum ſeeutus, eſt T. PETRONIVS ARBITER, (*i*) qui cum prolixis & vniuerſalibus notis Io-

impreſſa & collata cum MSS. ex bibliotheca reuerendiſſimi Epiſcopi *Ely* deſumptis. Summe venerandus CANNON fragmenta Gottorpiana & variantes trium MSS. lectiones cum correctionibus Iſaaci Voſſii editori quoque ſuppeditauit.

(*i*) PETRONIVS ARBITER inter ſcriptores philoſophiae moralis numeratur, quia vitia ridiculo expoſuit modo, in Gallorum idioma translatus ſ. t. *Hiſtoire ſecrete de Neron, ou le feſtin de Trimalcion, traduit de Petrone, avec des notes hiſtoriques* par Mr. LAVAVR, *Pariſiis* 1726. in 12. Remittimus lectorem ad IOANNIS BVRCHARDI MENCKENII, ſagaciſſimi illius ingeniorum cenſoris, diſſertationem *de vetuſtiſſimo & apud omnium aetatum gentes recepto ſatyrarum vſu*, quae eſt XXV. diſſertationum litterariarum, a filio FRIDERICO OTTONE MENCKENIO, in orbe litterario ſummis corufcante laudibus, edit. Lipſiae 1734. in 8. pag. 255.

IOANNIS PETRI LOTICHII, aliorumque, quas addidit, prodiit *Francof.* 1629. 4. Vindicare tamen ab Epicureiſmi obiectione PETRONIVM voluit MICH. HADRIANIDES in praef. nouae huius ſatyrici editione *Amſtelod.* a. 1669. 8. a ſe curatae, praemiſſa. Optima Petronii eſt editio IOSEPHI ANTONII GONSALI de SALAS, *Francofurti* 1644. 4. qui in ſpurciſſimum alias auctorem doctiſſimas notas, in quibus multas explicauit antiquitates, atque indicem accuratiſſimum confecit. Iam vero principem locum tenet illa, quae P. BVRMANNI curis a. 1709. *Vltraiecti* 4. habitu ſplendidiſſimo prodiit; confer tamen *Catalecta Petrulliana, ſ. Poemata ſelecta, Amſtel. ex officina Menandri* 1710. in 8. quatuor plag. quae ſatyra eſt A. VOOTII in hunc litteratorem mordaciſſima; eiusdemque curas *Petronio* vulgando impenſas acerbiſſime perſtringit. Fragmentum eius, Tragurii apud Dalmatas repertum, prodiit cum CHRISTOPHORI ARNOLDI & variis eruditorum epiſtolis de hoc fragmento, *Noriberg.* 1667. 8. Reperto demum codice Albae Graecae, integer prodiit *Roterodami* 1693. 8. (*k*) Superiori ſeculo Epicuream hanc

(*k*) HVETIVS in *Huetianis* pag. 213. ita pronunciat de

hanc philoſophiam, relicta Ramea, reſtauravit ex parte PETRVS GASSENDVS. Primum quidem *vitam Epicuri & mores* ſingulari ſcripto expoſuit, quod prodiit *Lugduni* 1646. 4. recuſum poſt haec auctius atque emendatius *Hagae Comit.* 1656. 4. & multa ex hoc libro in ſuam transtulit *hiſtor. philoſ.* STANLEIVS. Sequebantur ſtatim *animaduerſionum Tomi tres in Diogenem Laërtium de vita & philoſophia Epicuri*, *Lugduni* 1649. 4. (*l*). Prodiit poſtea *philoſophiae Epicuri Syntagma*, in quo vera principia philoſophiae Epicureae atomiſtica exponit, iterum prodiit *Hagae Comit.* 1659. & ſaepius alibi (*m*). *Omnia* eiusdem *opera* prodierunt *Lugduni* 1658. f. 6. Volum.

## §. VIII.

de Petronio: *il etoit la meilleure partie de ſa reputation à ſes obſcenitéz; & il auroit eté moins lû, & moins eſtimé, s'il avoit eté plus modeſte.*

(*l*) ISAACVS CASAVBONVS quidem, Gaſſendum loca ſuppoſititia auctorum pro veris venditaſſe ſaepius, perhibet, id quod TH. IANS. ALMELOVEN in vita Iſaaci Caſauboni adſerit; ſed id ipſum probatum nondum eſt luculenter.

(*m*) Et noſtra aetate a Pontificiis inprimis Epicuri placita aeſtimantur magni, ita vt reſtauratores huius philoſophiae dici queant. LEON. COZZANDVS de *Magiſt. Philoſ. antiqu.* Lib. VI. & *Acta Philoſopherum* vol. II. p. 637. catalogum ſcriptorum omnis gregis Epicureorum exhibuerunt.

## §. VIII.

Ad ſcepticam philoſophiam (*n*) ex antiquioribus facit SEXTVS EMPIRICVS, qui *aduerſus Mathematicos*, ſiue eos, qui profitentur diſciplinas, ſcripſit libros ſex, & *Pyrrhoniarum hypotypoſeon* libros tres. Eius *opera* graece & latine exſtant cum notis HENRICI STEPHANI *Genevae* 1621. f. Poſt Antwerpienſem atque Pariſienſem aliam Empirici editionem noſtro ſeculo vir ſum-

(*n*) Vid. IANI DRVSII diſputatio *de dubitatione* edit. *Hafniae* 1735. Hiſtoria Scepticiſmi, quatenus componenda eſt ex antiquis ſcriptoribus, reperitur in libro, cuius index: *Hiſtoire dogmatique de la Religion ſous la Loi naturelle, avec l'Apologie de la Raiſon & de la Foi, contre les Pyrrhoniens & les incredules, dediée à nôtre Saint Pere le Pape, par* M. JEAN CLAVDE SOMMIER, Protonotaire Apoſtolique, Predicateur ordinaire de S. A. R. Monſeigneur le Duc de Lorraine & Curé de Champs. *Pariſiis* 1710. 2. Volumin. in 4. eſt initium operis amplioris. Scepticos impugnat in diſſertatione praeliminari, quae conſtat in II. Partibus, in prima eſt apologia pro ratione, in ſecunda apologia pro fide; in I. parte etiam ſcepticiſmi hiſtoria antiqua continetur. SCHOCKIVS de Scepticiſmo. PASCHIVS in *Introductione in rem litterariam moral. veter.* Cap. VI. §. VI. ſeqq. inſerta operi: *de variis modis moralia tradendi.* VERVLAMIVS *de augmentis ſcientiarum* Lib. V. Cap. II. FRIDERICVS GVILIELMVS BIERLINGIVS in *commentatione de Pyrrhoni-*

ſummus Io. ALB. FABRICIVS dedit *Lipſ.* 1718. fol. praeter dedicationem elegantiſſimam ad *Philippum Aureliae ducem*, Galliam tunc regentem, praefatione eruditiſſima exornatam, & catalogo omnium illius editionum, quae partim prodierunt, partim vero a doctiſſimis viris PHIL. IAC. MAVSSACO, CASP. BARLAEO, AEGID. MENAGIO, CASP. BARTHIO & G. G. LEIBNITIO fuerunt promiſſae, inſtructam. (o) In-

*niſmo hiſtorico*, Lipſiae 1724. edito, Cap. I. pererudite expendunt Scepticismum.

(o) Regum ſapientiſſimus SALOMON ipſe ad farraginem Scepticorum a nonnullis refertur, ob verba *Eccleſiaſt.* Cap. VII. v. 28. Cap. VIII. v. 16. 17. Sed defenſum Salomonem videmus a clariſſimo BORCKMANNO in binis diſputationibus de *Salomoneo: Scepticiſmo* nec non ab HENRICO ROLLIO in *Salomone non Sceptico*, add. *Vnſchuldige Nachrichten* A. MDCCVI. pag. 187. *Socratem* quoque Scepticorum placitis fauiſſe autumant quidam, ſed ſcientiam diſſimulando ſimulatam ab eo tantum eſſe, dudum obſeruatum fuit hiſtoriae philoſophicae ſcriptoribus ſagaciſſimis. Sed e media academia plures hic atro carbone notari poſſent philoſophi, de quibus DIOGENES LAERTIVS & STANLEIVS ſunt commentati. Diſcrimen ſecundae & tertiae academiae VOSSIVS de ſectis Philoſ. Cap. XIII. pag. 78. ita expediuit. Differt academia noua a media duplici ratione: primum, quia Arceſilas etiam a rebus tolleret verum; Carneades fateretur, aliquid verum eſſe aut falſum: ſed negaret, eſſe

Inter recentiores fundamenta ſcepticiſmi continentur in tractatu FRANCISCI SANCHEZ, *de multum nobili & prima vniuerſali ſcientia, quod nihil ſcitur, Lugduni* 1581. 12. Aliam editionem in forma quarti ordinis exſcriptam allegat CHRIST. THOMASIVS *Orat. Academ.* pag. 28. qui & pag. ſequ. SANCHEZII ſcepticiſmum aduerſus LEIBNITIVM defendit. Hunc SANCHEZII tractatum poſtea DANIEL HARTNACCIVS ſub titulo: *Sanchez aliquid ſciens*, denuo edidit *Stettini* 1665. 12. vbi in notis demonſtrauit, ipſum Sanchez in dubiis ſuis magnam prae ſe ferre eruditionem. FRANCISCI DE LA MOTHE LE VAYER *dubia ſceptica, doutes ſceptiques, Pariſiis* prodierunt 1667. 12. qui Scepticiſmum, magnam etiam vtilitatem in ſacris habere, contendit. Id quod etiam demonſtrare voluit IOSEPHVS GLANVILLE, *in ſcepſi ſua ſcientifica, Londini* 1695. 8. & in alio libro, quem inſcripſit *Philoſophia pia*, qui editus eſt *Londini* 1671.

eſſe in notis criterium, ſiue artem iudicandi verumque a falſo diſcernendi: alterum eſt, quod Carneades quidem aſſenſum cohiberet ob rei incertitudinem, non tamen negaret, aliquid probabile eſſe, aut contra: quale nihil Arceſilas. Vid. etiam GELLII *Noct. Att. Lib.* XI. Cap. V. pag. 265. LAERTIVS Lib. IX. Sect. LXI. academicos a ſcepticis non differre adſerit.

1671. 8. v. STOLLIVM l. c. pag. 399. qui &, poſtquam alios adhuc Pyrrhonios adlegaſſet, MAR. MERSENNI librum aduerſus Scepticiſmum *la Verité des Sciences contre les ſceptiques* à Paris 1625. commendat. Scepticorum noſtri ſeculi princeps fere habitus eſt PETRVS DANIEL HVETIVS, poſtquam illius *de la foibleſſe de l'Eſprit humain* libellus poſthumus *Amſtelodami* primum a. 1723. 8. in lucem prodiiſſet, (*p*) Co-

(*p*) Quod ad HVETII librum *de imbecillitate intellectus humani* pertinet, clariſſimus Ieſuita TOVRNEMINE ipſe mihi declarauit, HVETIVM eſſe verum auctorem, nec eſt cur dubitemus, cum MS. in bibliotheca *domus*, ita dictae, *profeſſionis* cum reliquis Huetii ſcriptis adſeruetur, vt Pariſiis plures mihi adfirmarunt, licet TOVRNEMINIVS, praefectus bibliothecae, illud mihi monſtrare recuſauerit. Refellit autem epiſcopum Abrincenſem M. FRIDERICVS PHILIPPVS SCHLOSSERVS in diſſ. erudita: *ſcepticiſmus fidei euerſor & fucatum religionis ſyſtema*, Wittebergae 1725. 4. vt & anonymus, qui Huetii dictum librum in vernaculam Germanorum tranſtulit, in notis, quae excellens auctoris ſpirant iudicium, edit. Francofurti ad Moenum 1721. 8. Ipſe HVETII liber ab Italis etiam translatus prodiit *Paduae* 1731. Scepticiſmum vero generatim tam antiquiorum quam recentiorum confutare ſtuduit PETRVS de CROVSAZ in vaſto opere inſcripto: *Examen du Pyrrhoniſme, ancien & moderne.* Hagae Comit. 1733. fol. Sed acu rem non ſemper tetigiſſe Crouſazium, inter

Conati equidem ſunt *Ephemeridum Trevoltienſium* auctores, Iun. 1725. Artic. XLVII. euincere, quod immerito opus hoc Abricenſium epiſcopo tribuatur; ſed lege *la bibliotheque Françoiſe* Septembre 1726. pag. 73. ſequ. vbi publica ſuper hac re Academiae Galliae (de l'Academie Françoiſe) teſtimonia exhibentur (*q*).

§. IX.

ter omnes conſtat. *Gelehrte Zeitungen* Anni 1733. pag. 718. agunt de hoc opere pluribus, vt & *Teutſche Acta Eruditorum* Parte CLXXVI. Num. I. iam olim in Logica, quam in quatuor voluminibus publicauit, refutauit antiquos & nouos ſceptícos, ſed aduerſo ſaepius marte.

[*q*] Abbas HIERONYMVS ab HIRNHEIM in libro inſcripto: *typho generis humani*, his adſcribendus videtur. vid. *Obſeruationum ſelect. Halenſ.* Tom. VII. Obſeru. VIII. pag. 206. ſequ. confer noſtra *elementa Logicae probabilium* Sect. I. Cap. II. §. CV. *** pag. 89. PETRVS BAILE hoc nomine etiam male audit, defenditur quidem in *Lettres ſerieuſes & badines ſur les Ouvrages des ſavans & ſur d'autres matieres* Volumine IV. Partis IIdae Num. XXI. edit. Hagae Comitum 1731. Sed ſumme venerabilis C. M. PFAFFIVS diſſertationes anti-Baelianas tres concinnauit, in quibus Petrus Baelius, qui in dictionario hiſtorico & critico, eo titulo, qui Pyrrhonem exhibet, ſumta Abbatis ſceptici larua, dogmata chriſtiana de S. S. Trinitate, de incarnatione Chriſti, deque praeſentia reali corporis Chriſti in euchariſtia, de origine mali & imputatione peccati adamitici, adortus fuerat, refellitur & confutatur. Tubingae 1719. in 4. anno ſe-

ſequenti hae diſputationes ibidem recuſae ſunt. EVREMONTII tamen de eo effatum ſeſe probabit multis maxima ex parte:

*Qu'on admire le grand ſavoir*
*L'erudition infinie,*
*Ou l'on ne voit ſens, ni genie;*
*Je ne ſaurois le concevoir:*
*Mais je trouve Bayle admirable,*
*Qui profond autant qu'agreable*
*Me met en état de choiſir*
*L'inſtruction, ou le plaiſir.*

In libro cui titulus eſt: *Lettres ſur les Anglois & les François & ſur Voyages*, edit. Coloniae 1725. grauiter quidem carpitur Baelius, ſed ab auctore vehementiori animi impetu abrepto. Neque minus acriter in eum increpat ſuperſtitione imbutus auctor libri, cui index eſt: *Cenſura temporum; The good or ill Tendencies of Books, Sermons, Pamphlets*, edit. Londini 1700. Vol. I. pag. 228. ſqq. Sunt quoque, qui THOMAM BROWN in hunc cenſum referunt, ob *Pſeudodoxiam Epidemicam* Anglico ſermone conſcriptam & translatam in Gallicum ſ. t. *Eſſai ſur les erreurs populaires, ou examen de pluſieurs opinions, reçües comme vrayes, qui ſont fauſſes ou douteuſes*, Paris 1733. Syſtema ceterum Scepticorum expoſitum eſt in libro: *Les hipotipoſes ou inſtitutions Pirrhoniennes de* SEXTVS EMPIRICVS *traduites du Grec*, in tribus libris cum notis, quae textum illuſtrant, fine loco impreſſionis & auctoris nomine, quem CLERICVM fuiſſe exiſtimant plurimi, prodiit 1725. 12. Hic liber potius paraphraſis eſt quam verſio, vtilis tamen ob diſtinctam totius ſyſtematis ſceptici expoſitionem. Scepticis denique accenſendi ſunt omnes ii, qui rationis rectum vsum contemnunt eum in finem, vt eo maior concilietur ſacro codici auctoritas; aliqua

## §. IX.

Stoicae philoſophiae compendium exhibuit EPICTETVS, (*r*) cuius *enchiridion* cum Simplicii & Arriani commentariis prodiit cura CLAVDII SALMASII, *Lugduni* 1649. 8. Poſt haec prodiit cum CEBETIS Thebani *tabula* graece & latine, ex recenſione ABRAHAMI BERKELII, cum eiusdem animaduerſionibus & notis: accedunt notae Wolphii, Caſauboni, Caſelii & aliorum cum Graeca paraphraſi, *Lugduni Batauorum* 1671 8. Recentiſſima eſt, quam curis ADRIANI RELANDI debemus, qui illam typis

aliqua defendere quidem eos ratione BVDDEVS videtur in *Analect. Hiſtor. Philoſ.* pag. 213. conf. HVETIVS de *concordia rat. & fid.* Lib. I. Cap. IV. §. VII. pag. 49.

(*r*) CICERO Lib. IV. Academ. Quaeſt. vere & grauiter Zenonis Eleatis placita ita exponit: Vereor, ne ille plus fiſtat virtuti, quam natura patiatur. Idem in Laelio, *Stoici*, inquit, *eam ſapientiam interpretantur, quam adhuc nemo mortalium eſt conſequutus.* Scripta litteris ab iis conſignata perierunt fere omnia; LAERTIVS recenſet Sphaeri, Chryſippi & Zenonis libros, qui ſi ad poſteritatem eſſent tranſmiſſi, ſane plura de iis in Bibliotheca philoſophica eſſent explananda. Antipatri, Poſidonii, Archedemi Boethi, aliorum ſectae huic addictorum, fato, ſi non Stoico, tamen duriori, perierunt. APOLLONIVS TYRIVS hiſtoriam Stoicae Philoſophiae eſt perſequutus, quam adhuc in bibliothecis latere putat BVRNETIVS in Archaeologia Cap. XII. pag. 239.

pis nitidiſſimis excudi curauit *Vltraiecti* 1711. 4. (s) vid. *Act. erud.* h. a. pag. 373. Non immerito hoc enchiridion dicitur Stoicae moralis diſciplinae veluti anima. vide de *Epicteto* FABRICII *Bibl. graec.* Lib. IV. Cap. VII. pag. 265. & *Acta philoſ.* Part. IV. Num. VII. pag. 734. ſequ. CHRISTIANI HENRICI RITTMEIERI diſſertationem de philoſophia Epicteti, Helmſtadii 1703. 4. Ceterum notari heic poſſunt L. I. SCHLICHTII *obſeruationes ſelectae in Epicteti enchiridion & Cebetis tabulam*, *Halae* 1712. 12. M. Io. DAVID SCHWERTNERI *idea philoſophiae Epicteticae ex Enchiridio delineata*, Lipſ. 1681. 4. C. A. HEVMANNI diſſ. *de philoſophia Epicteti*, Ien. 1703. 4. I. A. FABRICII oratio Hamb. *de eloquentia Epicteti* 1699. MICH. ROSSALII *Epictetus non Chriſtianus*, Groningae 1708. 8. & LVD. CHRIST. CRELLII diſſ. duae *de ὑπερσόφοις καὶ ἀσόφοις Epicteti in doctrina de*

(s) Epicteti manuale & ſententiae, quibus accedunt tabula Cebetis & alia affinis argumenti, in latinam linguam conuerſa a Marco Meibomio, notis eiusdem & emendationibus Claudii Salmaſii in Epictetum, aliusque viri docti in diſſertationes Epicteti ab Arriano digeſtas, variantibus lectionibus MSS. codicum interſperſis, Adrianus Relandus iuris fecit publici, vid. *Bibliotheque Choiſie* Tom. XXII. pag. 393.

*de Deo, & officiis erga ſe ipſum* Lipſ. 1711. & 1716. (*t*). Eandem ſectatus fuit SENECA, (*u*) cuius operum editio eſt optima, quae cum notis Lipſii & variorum, cura Io. Friderici Gronouii, prodiit *Amſtelodami*, apud Danielem Elzeuirium 1672. 8. 3. vol. Emant vero, qui argento haud pollent, illam, quam ex vltima LIPSII emendatione Amſt. 1634. 12. edidit GVIL. BLAEV, vel *Th. Fritſchii* Lipſ. 1702. 2. vol. 8. Enarrat praeter FABRICIVM *Senecae* varias editiones B. Io. ANDR. SCHMIDIVS in diſſ. *de Senecae Theologia* Ien. 1683. 4. Sect. I. II. qui & §. IX. IOAN. SCHILDII diſſert. X. *ad Taciti Annal.* XV. 60-62. commendat, *Lugd. Bat.* 1645. 4. editas, vbi extre-

(*t*) Vid. prae ceteris. Entretien de M. PASCAL & de M. de SACY, *ſur la Lecture* D'EPICTETE *& de* MONTAIGNE in Tom. XIII. *Biblioth. Françoiſe* Num. IV. ibi PASCAL oſtendit, Epictetum viribus intellectus humani tribuere omnia, de MONTAIGNE autem plane repugnare Epicteto. Legi autem poteſt BEAVMARCHAIS clariſſimus, de virtutibus Paganorum, addita huius diſſertatio libro dicto: *Heros Chretien* ex Anglico STEELESII ſcripto translato, edit. Amſtelaedami 1729.

(*u*) Seneca in Philoſophia parum diligens, ſed morum inſectator ſtrenuus fuit. v. QVINTILIANVS Lib. X. Cap. II. licet diſciplinae Stoicorum, cui ſe dederat, redoleant ſaepe dogmata eius craſſos errores, verba tamen ad virtutem fouendam vim ſingularem ſpirare videntur.

trema SENECAE deſcribuntur. conf. & *Acta philoſ.* Part. IV. Num. VII. §. II. p. 733. ſequ. Ceterum exſtitiſſe inter eruditos haud vnum, qui SENECAM Chriſtianorum albo inſereret, nemo neſcit, & AEG. STRAVCHIVS in diſſ. *de Senecae Chriſtianismo*, Vitemb. 1668. (*v*) illorum nomina exhibuit. Eminent inter hos Io. BAPTISTA SCHELLEMBERCHIVS, IOSEPHVS HALLVS & IVSTVS SIBERVS, qui Dresdae 1675. *Senecam diuinis oraculis conſonantem* ſcripſit, PETRVS itidem HVNTERVS, qui eundem *ab atheiſmi crimine defenſatum* Ratisb. 1651. dedit. Sectatores plures habuit, quorum tamen perpauci ſcriptis aliquid reliquerunt. Faciunt tamen huc M. AVRELII ANTONINI libri XII. τῶν εἰς ἑαυτὸν, *adſe ipſum*, ita enim reddendum eſt cum cel. HEVMANNO *Poecil.* Tom. II. Lib. I. Epiſt. I. pag. 11. quos ex Stoicorum principiis (*vv*) compoſuit. Scriptum hoc ex

(*v*) Vid. WILHELMI STVISERI *idea theologiae Stoicorum* edit. Lugduni Batauorum 1726. 4. Acta Erudit. Germ. Vol. XI. pag. 326. ſqq. Io. PHILIPPI APINI diſſertatio de religione Senecae *Wittebergae* 1692. 4. Io. NICOLAI HARTSCHMIDII diſſ. de Senecae notitia Dei naturali, Argentorati edita.

(*vv*) Conf. BVDDEI Diſſertationes quatuor *de erroribus Stoicorum in philoſophia morali*, comprehenſae in *a-*

ex bibliotheca Palatina primus in lucem emiſit CONRADVS GESNERVS, cum GVIL. XYLANDRI interpretatione & notis, *Tiguri* 1550. 8. Hanc translationem poſtea emendauit MERICVS CASAVBONVS, *Londini* 1643. 8. qui etiam eruditas notas atque emendationes adiecit. Recenſuit poſtea ac perpetuo commentario illuſtrauit

*natectis hiſtoriae philoſophicae.* SCHELHORNIVS in Epiſtola erudita de fato Stoicorum, in Amoenitatibus Litterariis Tom. VIII. p. 453. Omnium rerum immobilis & immutabilis ordo tamquam principium omnis doctrinae Stoicae conſiderandus eſt. Secundum eos omnia reſoluuntur in Deum, a Deo ordiuntur mundum, & in eundem completo temporis orbe, omnia refundunt, vid. STOBAEVS Serm. I. pag. 7. Conf. THOMAE BVRNETII Archaeologia philoſophica Cap. XII. pag. 239. IOANNES ZIMMERMANNVS quidem in Muſeo Bremenſi Vol. I. Part. I. pag. 1. ſqq. probare conatur, Stoicos per fatum non intellexiſſe coecum & immutabilem Dei & naturae nexum; adeoque adſerit, prouidam Dei curam in gubernandis & conſeruandis rebus omnibus, conuenienter voluntati humanae, a Stoicis eſſe ſtabilitam; nihilominus infinita veterum ſcriptorum teſtimonia, contrariam adſumere ſententiam ſuadent; exhibentur haec in *Syllabo ſcriptorum de veritate religionis chriſtianae* IO. ALBERTI FABRICII pag. 400. Iacksonus celeberrimus mitius quoque, quam par eſt de fato Stoico ſenſit, quippe qui libertatem voluntatis eodem non tolli autumat, vid. *Neue Gelehrte Zeitungen* A. 1733. pag. 586.

ſtrauit THOMAS GATAKERVS, (*w*) *Cantabrigiae* 1652. 4. & *Londini* 1655. 4. Exſtat V. C. IOH. DAVID KOELERI diſſ. *de M. Aur. Antonini Aug. philoſophia in theoria & praxi*, Altorff. 1717. 4. in qua multa lux imperatoris praeſtantiſſimi dictis adfunditur; commendatam in eius praefatione legas D. IAC. SCHALLERI ſub praeſidio eiusdem fere tituli & argumenti exercitat. Argentor. 1666. ventilatam; auctorem vero *intra primi libri Marci terminos ſe continuiſſe*, ſimul monetur. (*x*) Recentiores, qui de philoſophia Stoica bene meruerunt, capite ſequenti §. XII. enarrabuntur.

§. X.

(*w*) Commentario perpetuo illuſtrati a Gatakero Antonini libri, dicti a Salmaſio vtile, ad vitae praecepta & ad imbuendos virtute illa forti & humanarum rerum contemtrice, ſcriptum. Praefatio ſatis ampla de Stoicorum ſcriptis & doctrina erudite diſputata continet. vid. plura in Actis Erudit. A. 1707. pag. 401. & 1710. pag. 94. FABRICIVS in hiſtoria Bibl. Fabr. Part. II. pag. 35.

(*x*) Vid. TILEMANNI SCHENKII, diſp. M. ANTONINI *philoſophia de philoſophia circa emendationem hominis per aduerſa*, Marburg 1723. 4. Ipſi M. A. ANTONINI libri XII. τῶν εἰς ἑαυτὸν nuper etiam Lipſiae 1729. 8. prodiere, ad modum edit. Oxonienſis, quae 1704. lucem adſpexit. Vitam Antonini recenſuit, criticiſque obſeruationibus ſimul illuſtrauit, qui ſummum in orbe litterario nomen meruit, CHRISTOPHORVS

## §. X.

Sunt praeterea aliae philoſophorum ſectae, quae origine antiquiores licet ſint hiſce, quas recenſuimus, nihil tamen fere ab ipſis ſcriptis fuit relictum, niſi vel certa quaedam lemmata vel ſymbola, ex quibus dein recentiores certa deduxerunt principia. *De ſymbolis Pythagorae* diſſertatione ſingulari egit M. DORNFELD, Lipſ. 1721. Exſtat etiam GEORG. LVDOVICI HAMBERGERI exercit. *de vita & ſymbolis Pythagorae*, Vitemb. 1676. 4. & M. D. OMEISII diſſ. *de ſymbolis Pythagoricis*, Altorf. 1702. (y) Pythagorica haec philoſophia Platonica adhuc eſt antiquior, cuius philoſophiae elementa pandunt *aurea carmina*, quae ſub PYTHAGORAE nomine circumferuntur, (z) licet ipſius non

WOLLE, Introductionem ad philoſophiam Stoicam ex mente M. ANTONINI praemiſit IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS.

(y) Conf. IAMBLICHVS Cap. XXXII. & XXXV. HIERONYMVS *contra Rufinum* Opp. Tom. II. pag. 166. PHILIPPVS BEROALDVS *in ſymbolis Pythagoricis*. Roſt. 1674. 12. Symbola haec non prouti debebant intellecta, impias ſuperſtitiones praecipue effeciſſe, ab OMEISIO l. c. prae ceteris fuit probatum; etſi eorum ſenſus explicari dilucide plane non poſſit. Vid. CLERICVS in *Bibliotheque Choiſie* Tom. X. pag. 198.

(z) De ſcriptis a PYTHAGORA ipſo compoſitis, vid. *Amoen.*

non ſint, ſed vel LYSIDIS TARENTINI, vel PHILOLAI, vel EMPEDOCLIS, quod exiſtimat eel. FABRICIVS *Bibl. Graec.* Lib. II. Cap. XI. & XII. pag. 461. & 884. (*a*) plerumque tamen in moralibus conſiſtunt, confer, quae Cap. ſequenti §. VIII. dicentur. Commentatus

*Amoen. litter.* Tom. VII. §. IV. pag. 193. vbi veterum teſtimonia infinita fere collecta ſunt.

(*a*) Sub inuolucris omnem philoſophiam propoſuit Pythagoras; inſuper myſteria tantum vendens diſcipulis ſuis; hinc obliuioni, quae ad enucleandum iſtum philoſophandi modum pertinent, tradita ſunt plurima. Perpauci itaque veterum inferi poſſunt catalogo ſcriptorum philoſophiae Pythagoricae: Mathematicis clauſtris obſerata praecipua ſunt dogmata, quoniam de numeris, figuris, harmonia, ſemper fere ſermonem inſtituebat Pythagoras. Suos mathematicos habere volebat, lingua hinc mere mathematica vtebatur. Hac quidem ratione inductus figuris geometricis, arithmeticis & muſicis, tamquam litteris hieroglyphicis, deſignabat placita. In phyſica v. c. aſſerebat, ex tetragono naſci cubum ſolidiſſimum & ſtabile corpus; Pyramidem & cubum ex eodem tetragono prodiiſſe, cuius idea ſit τετρακτύς; ſexcenta ſimilia omittimus. Metaphyſica & moralis philoſophia Pythagorae plane abdita non minus eſt, quam hiſtoriae philoſophicae ſcriptoribus detegendam, ſi diuinatione poteſt explicari, relinquimus. vid. Praefatio ARCHIMEDIS Operibus addita edit. Pariſiis 1615. fol. per DAVIDEM RIVALTVM A FLVRANTIA Coenomanum.

mentatus fuit in eadem HIEROCLES, (*b*) in libro ſuo *de prouidentia & fato*, qui cum interpretatione & notis IOANNIS CANTERI prodiit *Pariſiis* 1583. 8. poſt, cum notis IOANNIS PEARSONI, *Londini* 1654. 8. Praeſtantiſſima huius commentarii editio eſt, quam PETRVS NEEDHAM dedit *Cantabrigiae* 1709. 8. poſtea cel. Io. CHRISTOPH. WOLFIVS peculiari diſſ. epiſtolica Lipſiae 1710. 8. multa in *Hierocle* a *Needhamo* neglecta emendauit, illuſtrauit haud pauca, conf. diligentiſſimi VON SEELEN commentat. *de vita & ſcriptis Wolfii*, pag. 30. Ex recentioribus haec aurea carmina illuſtrarunt MICHAEL NEANDER, Lipſ. 1577. 8. & poſt eum THEODORVS MARCILIVS, *Lutetiae* 1585. 12. Commentatus in eadem quoque fuit PHILIPPVS BEROALDVS, *Baſileae* 1534. 4. & LILIVS GREGORIVS GYRALDVS, *Baſileae* 1580. f. De variis in aurea carmina commentationibus conſule PASCHIVM *de var. mod. moral.*

(*b*) Non confundendus cum infenſiſſimo rei Chriſtianae hoſte, HIEROCLE etiam dicto, Bithyniae quodam praefecto, qui impiam cum CHRISTO & APOLLONIO THYANENSI inſtituit comparationem, vti vere & recte obſeruauit IOANNES PEARSONIVS in *prolegomenis ad Hieroclis Commentarios in aurea carmina.*

*moral. tradendi* pag. 653. adde *Act. philoſ.* Part. II. Cap. VI. pag. 374. OLAI CELSI *obſeruationes in aurea Pythagorae carmina* prodierunt *Vpſal.* 1705. 8. Latinis eadem verſibus ab HENRICO SMETIO expreſſa exhibuit CONRADVS RITTERSHVSIVS in libello *ſententiarum Pythagoricarum* Altorf. 1610. 8. *Fragmenta Pythagorae* edidit Lipſiae 1603. 8. IOACHIMVS ZEHNERVS. BEROALDI commentarius exſtat etiam in ipſius opuſculis iunctim Baſileae 1515. 4. editis, pag. 100. ſeqq. confer cel. STOLLIVM l. c. Part. III. Cap. I. §. XXIV. pag. 588. & *in der Hiſtorie der Heydniſchen Moral*, pag. 228. Profert ſymbola Pythagorae addita explicatione PLVTARCHVS *de puerorum educatione*, (*c*). Faciunt huc etiam (*d*) FRANCISCI BERNII *arcana moralia ex Pythagorae*

(*c*) Vid. etiam PLVTARCHVS *in ſympoſ. quaeſtionibus* Lib. VIII. Cap. VII. VIII. LAERTIVS Lib. VIII. Cap. VII.

(*d*) Facit huc praecipue archiepiſcopus Armachanus IACOBVS VSSERIVS *in hiſtoria dogmatica de ſcripturis & ſacris vernaculis*, pag. 252. ſequ. edit. Lond. 1689. in 4. qui de myſteriis & occultandi ea ratione tum Pythagorae tum aliorum philoſophorum differit, vti ſolet, praeclare. NEOCORVS in *hiſtoria Critica Homeri*, pag. 58. ſequ. CAMPEGIVS VITRINGA *Obſeruat. ſacrar.* Lib. III. Cap. XX. pag. 728. ſequ. edit. Ienae 1723. 4. MVCIVS PANSA

*Pythagorae ſymbolis collecta, Ferrariae* 1669. 4. edita, quae poſtea notis atque coniecturis adauxit PAVLVS PATER, *Francof. ad Moen.* 1687. 8. Praeter haec diſcimus dogmata huius philoſophiae ex MALCHI ſiue PORPHYRII tractatu *de vita Pythagorae* (e) &

*de oſculo ethnicae & Chriſtianae Theologiae*, pag. 14. ſequ. R. P. MICHAEL MOVRGVES in plures huius philoſophiae occultos receſſus penetraturus, librum ſ. t. *Plan Theologique du Pythagoriſme* ſupra citatum edidit. Conf. *Bibl. Cheiſ.* Tom. XXVII. pag. 424. ANTONIVS GVNTHERVS HESHVSIVS in diſſ. de abſtinentia carnium dogmate Pythagorico, haud pauca illuſtrat edit. Lipſiae 1668. De *Tetractide Pythagorica* nuper diſputauit ſumme venerandus Io. GEORG. MICHAELIS in Obſeruationibus Sacris edit. Trai. ad Rhen. 1738. in 8. Num. VIII.

(e) PORPHYRII etiam in Ptolomaei Harmonica Commentarius MS. exſtat in Bibl. Magdalenenſi Oxonii, vbi eum perluſtrauimus; titulus eſt: Πορφυρι εις τα αρμονικα Πτολεμαιου υπομνημα. Sed Ptolemaei Harmonica MS. etiam vidimus ibidem in Bibliotheca Bodleiana, qui codex tribus libris conſtat, quorum primus XVI; ſecundus XV, tertius XVI. capita habet, quum tamen Porphyrii hi commentarii deſinant in capite VII. libri ſecundi; neque, an vlterius commentator proceſſerit, dicere poſſum. HOLSTENIVS in diſſertatione de vita & ſcriptis Porphyrii, libro eiusdem de Pythagorae vita addita, Cap. VI. Porphyrii commentarium in Harmonica adſeruari affirmat, tam in Bibliotheca Vaticana, quam in Gallorum regis mole litteraria; adſerit quoque, Porphyrium

& *ſententiis Pythagoricis*, (*f*) quem librum cum eruditiſſimis notis edidit CONRADVS RITTERSHVSIVS, *Altdorfi* 1610. 8. Inter MSS. bibliothecae Hamburgenſi a LVCA HOLSTENIO legata, exſtant IAMBLICHI Chalcidenſis Syri libri quatuor *de vita & doctrina Pythagorae*, ex codice Vaticano tranſcripti. Hos in latinam linguam transtulit anonymus quidam, (*g*) licet ineptam translationem iudicet Holſtenius. Exſtant quoque aliorum gnomae ex philoſophia Pythagorica deductae. Ita habemus DEMOPHILI gnomas Pythagoreas, SEXTI PYTHAGORAEI *ſententias* e graeco in latinum verſas a RVFFINO, quas inter opuſcula mythica

phyrium non in vniuerſum ἀμόριτον opus, ſed in IV. duntaxat prima capita ſcripſiſſe, ceteraque dein Pappum pertexuiſſe, id quod titulo MS. in Vaticana reconditi comprobat; ſed huius rei nec vllum veſtigium reperi, quum tamen tres codices MSS. quorum vnus in Bodleiana, alter in Barrouiana, tertius in Magdelanenſi adſeruatur, curate & diligenter manibus voluerim reuoluerimque.

(*f*) ARISTOXENVM Pythagorae vitam etiam tradidiſſe hic refert, conf. MEVRSIVS in notis ad Ariſtox. De aliis vid. SVIDAS in *Theano*, Tom. II. RITTERSHVSIVS ad MALCH. Num. I. pag. 5.

(*g*) Nempe IOANNES ARCERIVS, & edidit Baſileae 1598. 4. deinde recuſi auſpiciis & obſeruationibus KVSTERI, cum verſione curatiori

thica euulgauit THOMAS GALE, *Amſtelodami* 1688. 8. Habitus eſt huc vsque a plurimis, HIERONYMI (*gg*) teſtimonium ſequutis, SEXTVS vel XYSTVS aliquis, philoſophus paganus, harum *ſententiarum* ſaepius typis vulgatarum auctor, at vero SIXTO II. Pontifici Romano nuperus illarum ſub *Enchiridii* titulo editor VRBANVS GODOFREDVS SIBERVS, vir celeberrimus, denuo easdem doctiſſimis commentariis illuſtratas & Lipſiae 1724. 4. editas, vindicauit. (*h*) Vide tamen, quae moneat Ven. Abbas

longe VLRICI OBRECHTI, Amſtelodami 1704. in 4.

(*gg*) HIERONYMVS in ſcripto ad Cteſiphontem aduerſus Pelagianos de Ruffino ita ſcribit: Illam autem temeritatem, immo inſaniam eius, quis digne poſſit explicare ſermone, quod librum Xyſti Pythagorei hominis, absque Chriſto atque ethnicus, immutato nomine, Sixti martyris, & Romanae eccleſiae epiſcopi praenotauit: iuxta dogma Pythagoricorum, qui hominem inaequant Deo, & ſe eius dicunt ſubſtantiam, multa de perfectione dicuntur; vt, qui volumen philoſophi neſciunt, ſub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipſo volumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apoſtolorum, nulla Chriſti fit mentio, vt epiſcopum & martyrem ſine Chriſti fide fuiſſe contendat. Vnde & vos plurima contra eccleſiam vſurpatis teſtimonia.

(*h*) Reuerendiſſimus praeſul VASERIVS omnia fere ex antiquitatum

Abbas MOSHEMIVS in diſſ. *de turbata per Platonicos recentiores Eccleſia*, (Helmſt. 1725.) §. XXIX. ** pag. 64. (*i*) Alia fragmenta conſeruauit IOANNES STOBAEVS, quae cum verſione *Canteri* & *Spondani* edidit THEODORVS ZVINGERVS in Commentario in ARISTOTELIS libros Nicomachicos & politicos, quae etiam ISAACVS CASAVBONVS editioni ſuae Laertianae adiecit. Prodierunt fragmenta STOBAEI ex officina *Vecheliana* 1581. f. & alibi ſaepius, vid. STOLLII *hiſt. erud.* Part. III. Cap. I. §. XXII. pag. 585. Epiſtolae vero THEANIS, MYAE, MELISSAE ipſiusque PYTHAGORAE in editione IAMBLICHI *de vita Pythagorae* comparent. Inter ſectatores aeque refertur OCELLVS LVCANVS in opere *de natura vniuerſi*, quod praeter alios CAROLVS EMA-

antiquitatum eccleſiaſticarum monimentis collegit documenta, quae Sixti ſiue Xyſti illuſtrant perſonam, in MS. codice Bibliothecae Bodleianae, quae in eadem & legi & deinde deſcripſi, alio forſan tempore publici facienda iuris. In eodem codice ſingulari diligentia compoſitae criticae obſeruationes, ſcriptores eccleſiaſticos reſpicientes, reperiuntur.

(*i*) Haec ſupra omnem laudem poſita commentatio, qua nihil eruditius, nihil cultius, multo quam ante eſt edita locupletior & emendatior Ienae 1732. f. prodiit, adiecta RADVLPHI CVDWORTHI ſyſtemati intellectuali huius vniuerſi, de quo infra.

MANVEL VIZZANIVS edidit *Bononiae* 1646. 4. quae editio recusa est Amstelodami 1661. 4. licet hinc inde etiam a sententiis Pythagoreorum discrepet. Alias libri huius editiones curate enarrarunt FABRICIVS *bibl. graec.* Lib. II. Cap. XIII. pag. 497. & STOLLIVS l. c. Part. II. Cap. IV. §. XII. b) pag. 528. sequ. (*ii*). Ex recentioribus dogmata Pythagorae exposuit IOANNES SCHILTERVS in sua *de disciplina Pythagorica* diatribe, (*k*) quae eiusdem manuductioni ad philosophiam moralem adnexa est, editae *Jenae* 1676. in 8. prodiit vero haec dissertatio primum separatim *Lipsiae* 1660. 4. ad illustrandum GELLII *Noct. Att.* Lib. I. Cap. IX. con-

(*ii*) Aureorum Carminum Pythagorae versionem Arabicam IOANNES ELICHMANNVS praefatione addita latine reddidit. Quam Claudius Salmasius Simplicii in Epictetum commentariis adiecit Lugduni Batau. 1640.

(*k*) Conf. *Conringiana* pag. 46. *Observationes Halenses* Tom. II. Obs. X. pag. 199. THEOPHILI GALE philosophia generalis, in duas partes distributa, vna de ortu & progressu philosophiae eiusque traductione e sacris fontibus: in qua fusius tractatur de philosophia Platonica altera; altera 1) de minorum gentium Philosophis, 2) de nouem habitibus intellectualibus, 3) de philosophiae obiecto, subiecto, finibus, adiunctis, discrimine a Theologia, praestantia, effectis, corruptione, recto vsu, partibus, nec non philosophorum characteribus & officiis, edit. Londini 1676. pag. 155. sqq. pluribus.

conſcripta. Praeferendus tamen IOANNIS SCHEFFERI *de natura & conſtitutione philoſophiae Italicae, ſeu Pythagoricae, liber ſingularis*, qui, poſtquam *Vpſaliae* 1664. 8. antea excuſus fuiſſet, ex ſecunda editione cura C. S. SCHVRTZFLEISCHII prodiit *Wittebergae* 1701. 8. atque finem, fructum & dogmata eius philoſophiae plenius expoſuit. confer MOLLERVM ad MORHOFII *Polyhiſtor.* Tom. II. Lib. I. Cap. II. §. I. & THOMASII orationes Academ. pag. 384-389. *Ethicam Pythagoricam* erudite perſecutus fuit MAGNVS DANIEL OMEISIVS, *Altdorfi* 1693. 8. Exſtat de eodem argumento MARCI MAPPI diſſertatio Argentorati 1653. habita, de qua vide cel. HEVMANNI libell. *de Anonymis & Pſeudon.* Part. II. Cap. II. §. VI. pag. 104. ſequ. & *Acta philos.* Part. II. Diſſert. VI. pag. 374. ſequ. *De Pythagorica animarum tranſmigratione* (*l*) ſpeciatim erudite egit PAGANINVS GAVDENTIVS *Piſis* 1641. 4.

§. XI.

(*l*) *De tranſmigratione animarum* vid. PORPHYRIVS *in vita Pythagorae*, Num. XIX. IAMBLICHVS *in vita Pythagorae* Cap. XXIV. PLVTARCHVS *Sympoſ.* Lib. VIII. Cap. VIII. LVCIANVS in *Gallo* Tom. II. Opp. pag. 591. OVIDIVS *Metamorphoſ.* Lib. XV. verſ. 153. ſequ. LAERTIVS Lib. VIII. Cap. XIV.

XIV. HVMFREDVS HODY *de reſurrectione eiusdem corporis*, pag. 7. *Sunt*, qui exiſtimant, tranſmigrationem animarum ſymbolice eſſe intelligendam, & incitamentum ad virtutem ſictum fuiſſe, vt REVCHLINVS *de arte Cabbal.* Lib. II. conf. PASCHIVS in *introduct. in rem litterar. Mor. vet.* Cap. IV. §. X. pag. 668. DACIERVS *in vita Pythagorae* pag. 81. eos autem rem acu non tetigiſſe CLERICVS fuſius monſtrat in *Bibliotheque choiſie* Tom. X. pag. 185. & mirus veterum conſenſus. Confer quoque CLAVDIVS DELLE in libro *de antiquitate ſtatus animarum* Lib. IV. Cap. I. Part. I. WHITELOKE BVLSTRODE in tract. *quod Pythagorae doctrina de metempſychoſi defendi poſſit*, ROBERTVS PARKER *de deſcenſu Chriſti ad inferos* Lib. II. §. XLVII. pag. 76. PFAFFII *introductio ad hiſtoriam Theologiae litterariam* Part. I. pag. 325. Apud Iudaeos metempſychoſin cognitam fuiſſe doctrinam, probat PAVLVS SLEVOGTIVS in diſſ. *de metempſychoſi Iudaeorum*, in diſſertationibus academicis pag. 320. ſeqq. BVDDEVS in *introductione ad theologiam Ebraeorum* pag. 433. edit. ſecundae. Sed Iudaeorum ſententia aliquo modo a Pythagorica differt. Vide etiam *Memoirs and observations Topographical, Physical, Mathematical, Mechanical, Natural, Civil and Ecclesiastical, made in a late Journey through the Empire of China &c. translated from the Paris edition by* LOVIS LE COMTE *Jesuit*, Londini 1697. pag. 225. ſeqq. Pythagoram autem ab Aegyptiis eſt tradita haec doctrina, teſte SCHEFFERO *de natura & constitutione philoſophiae Italicae*, paſſim. Conf. WITSIVS *in Aegyptiacis* Lib. I. Cap. IV. atque alii. Miracula etiam PYTHAGORAE adſcribuntur, ſed vide IACOBI ZIMMERMANNI, Iuris Nat. & Hiſt. Eccleſ. Prof. Iuris *de miraculis*, quae Pytha-

## §. XI.

Antiquiora adhuc ſunt dogmata philoſophiae Ebraeorum, vbi primum venit philoſophia Moſaica. Facit ad eandem ROBERTI FLVDD de fluctibus *philoſophia Moſaica, Goudae* 1638. & IOANNIS AMERPOEL. *Carteſius Moſaizans*, ſiue hiſtoria diuina Geneſeos explicata & illuſtrata *Leouardiae* 1669. 12. (*m*) vide plures nominatos ex hoc grege a STOLLIO *hiſt. litt.* Tom. II. Cap. IV. §. XXIX. pag. 541. confer & cl. GENZKENII *hiſtor. philoſ.* P. III. Membr. II. Cap. IV. Num. III. pag. 243. Catalogum ſcriptorum *Fluddianorum* dedit M. CHRIST. GOTTL. PRAETORIVS in diſſ. I. *de variis variorum de philoſophia Fluddiana ſententiis, Vitemb.*

*Pythagorae, Apollonio Tyanenſi, Franciſco Aſſiſſio, aliis tribuuntur.* Tiguri 1734. 8. PAMELII annotationes in Tertulliani opera pag. 438. Io. SCHMIDII diſſertatio Theol. inaugur. de multiplici animarum reditu in corpora, auctori anonymo tract. *Seder Olam* oppoſita, Lipſiae 1699. refellit nempe HELMONTII libellum inſcriptum: *Seder Olam* ſeu ordo ſeculorum, edit. 1693. in quo reuolutionem animarum euincere ſtuduit.

(*m*) Huc ſpectant ſcriptores de philoſophia patriarcharum, prae ceteris excellentiſſimus HERVMANNVS noſter in *Actis philoſ.* Vol. I. pag. 755. add. M. KORTHOLTI diſput. *de philoſophia orientali.*

*Vitemb.* 1715. Theſ. II. pag. 5. (*n*) in altera

(*n*) Huc referendi ſunt: Io. ESPAGNET Enchiridion Phyſicae reſtitutae, edit. Pariſiis 1623. in 12. & alibi recuſum. Io. ARNOL. COMENII Phyſices ad lumen diuinum reformatae ſynopſis, cuius optima editio Amſtelodami 1663. in 12. de quo FABRICIVS in Hiſtor. Bibl. Fabr. Part. V. pag. 272. pluribus. EDMVNDI DICKINSON *Phyſica vetus & vera* Londini 1702. & Roterodami 1703. in 4. impreſſa Io. BAYERI *Oſtium vel Atrium naturae ichnographice delineatum*, Caſſouiae 1662. 8. impreſſum. Hi omnes, nihil veritati conueniens in philoſophia doceri poſſe, niſi quod e codice ſacro pateat, arbitrantur. Pedibus in eorum ſententiam eunt AEGIDIVS GVTHMANN in *Offenbahrung Göttlicher Maieſtaet* edit. Francof. 1675. qui liber quinque priores verſus primi Geneſeos capitis explicare debet, ſed tenebris cimmeriis eſt obſcurior. IACOBVS BOEHME in *myſterio magno*, ſeu interpretatione Geneſeos ſecundum tria diuinitatis principia adornata, edit. 1640. in 4. Amſtelodami, & cum omnibus operibus eius itidem Amſtel. 1682. 8. recuſum; de cuius ἐνθουσιασμῷ, ecſtaſes, quas ſibi obtigiſſe ipſe enarrat, probant luculenter. Conf. SAGITTARIVS in *introd.* in *Hiſtor.* Eccleſiaſt. Cap. XXXIII. Sect. XIX. pag. 899. Eiusdem notae eſt ABRAHAMI VON FRANCKENBERGS *Raphael* ſeu *Artzt Engel*, edit. Amſtelodami 1676. in 4. Ne dicam de QVIRINI KVHLMANNI ſomniis fatisque duris, de quibus BENTHEIMIVS in *Holländiſchen Kirchen und Schulen Staat* Part. IV. Cap. II. REIMANNVS in *Hiſtor. Litterar.* Vol. III. pag. 180. & WERNSDORFFIVS in diſp. hiſtorica de fanaticis Sileſiorum, & ſpeciatim QVIRINO KVHLMANNO Wittebergae 1713. in 4. fuſe; vt

ra vero eodem die defenſa in hypotheſes viri inquiſiuit. Multa quoque ad philoſophiam Ebraeorum ſpectantia inuenies in polyhiſtoris beati GVNDLINGII *hiſtor. philoſ. mor.* Cap. VII. & IONAE CONRADI SCHRAMMII Introductione in dialecticam Kabbaleorum, methodo Peripateticorum potiſſimum conformata. *Brunſuigae* 1703. 8, (o). Facit huc etiam prae ceteris IOANNIS CHRISTOPHORI STEEBII *caelum Sephiroticum Hebraeorum*, *Moguntiae* 1679. f. & CAESAR AEVOLVS *de diuinis attributis*, *quae Hebraeis Sephirot dictà*, *Venetiis* 1580. 4. &, qui haec principia Ebraeorum elegantiſſime explicauit, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, in *introductione ſua ad hiſtoriam phi-*

vt & D. PHIL: IAC. SPENERVS in Epiſt. ad Ahaſuer. Fritſchium, Francof. ad Moenum 1680. Cal. Nouembr. data, de qua FELLERVS in Specimine noui Eponymologici critici pag. 418. Monimentorum variorum ineditorum. FRANC. MERCVRIVS VAN HELMONT in praemeditatis & conſideratis cogitationibus ſupra quatuor priora capita libri primi Moyſis nominati; edit. *Amſtelod.* 1697. 8. placitorum illorum amore captus, miſere etiam ingenio ſuo indulget.

(o) Vid. quoque CAMPEGIVS VITRINGA *de ſynagoga vetere* Lib. III. Part. I. Cap. V. pag. 674. ſq. vt & continuator libri Voſſiani de philoſophis pag. 196.

*philoſophiae Ebraeorum*, *Halae* edita 1702. 8. iterum prodiit liber hic praeſtantiſſimus, inſignibus hinc inde acceſſionibus & diſſ. *de moderamine inculpatae tutelae in certaminibus Theologorum* adauctus, *Halae* 1720. 8. (*p*). Altera eſt philoſophia Rabbinica, quae pro fundamento habet ſcripta Rabbinorum, ad quae cognoſcenda praeter THEODORVM HACKSPANIVM *de vſu ſcriptorum Rabbinicorum*, (quae diſſertatio prodromi in vicem erat deſtinata ab auctore doctiſſimo *apologiae pro Chriſtianis aduerſus* R. LIPMANNI *Nizzachon*, & *Altorfii* 1644. 4. in lucem publicam emiſſa,) & IOANNIS CHRISTOPHORI WAGENSEILII praefationem *ad tela ignea*, facit potiſſimum dicta celeberrimi BVDDEI introductio. Praecipue vero ex opere Talmudico haec ſumenda erit. (*q*) Plures etiam ſunt ex Rabbinis, qui logicas, phyſicas, ethicas & metaphyſicas ad mentem Ariſtotelis compoſuerunt, quorum per-

(*p*) Vide de hoc libro Mr. LE CLERC in *Bibliotheque choiſie* Tom. VII. Artic. IX. pag. 360.

(*q*) Vid. ZACHARIAE GRAPII *hiſtor. litter. Talmudis Babylonici & Hieroſolymitani*, Roſtoch. 1696. 4. PFEIFFERI *Critica Sacra* pag. 309. ſequ. EISENMENGERVS *im entdeckten Judenthum* pag. 293. ſequ. & ſummus vir HERMANN VON DER HARDT *de fructu ex lectione librorum Iudaicorum capiendo*, Ienae 1683.

perplures videmus adlegatos in Buddei introductione §. XXXII. Ita quoque agnatus meus, IOANNES IVLIVS STRVVIVS, *rudimenta logicae Ebraeorum* ex Iudaeorum ſcriptis eruit, ad methodum Ariſtotelicam adplicauit, atque exemplis illuſtrauit; prodierunt *Ienae* 1607. 4. Plurima quoque Rabbinorum recenſent IVL. BARTOLOCCIVS (*r*) & IO. CHRISTOPH. WOLFIVS in *bibliothecis* ſuis paſſim. Princeps inter philoſophos Rabbinos eſt R. MOSES BEN MAIMON, qui ipſe de ſe in praefatione libri *Moreh nebuchim* inſcripti, gloriatus eſt, omnes ſe philoſophorum libros perlegiſſe. conf. RICH. SIMON *hiſtoire critique du vieux Teſtament*, Libr. III. Cap. IV. (*s*).

## §. XII.

Poſt philoſophiam Moſaicam dicendum eſt de Kabbaliſtica, quam ex Chriſtianis plures fuerunt ſecuti. Hiſtoriam Kabbalae praeter S. R. BVDDEVM in *hiſt. philoſ. Ebr.* BAS-

(*r*) *In Bibliotheca Rabbinica magna* Romae 1675. fol.
(*s*) IOANNIS LEONHARDI HEVBNERI diſſertationes *de academiis & ſocietatibus litterariis Ebraeorum*, Wittebergae 1703. RVDOLPHI MARTINI MEELFVHRERI *diatriba de meritis Ebraeorum in rem litterariam*, Wittebergae 1669. edit. conſuli hic poſſunt.

BASNAGIVM in *Hiſtoire des Iuifs*, pluresque adhuc alios, ſuccincte expoſuit cl. REIMANNVS in *der Hiſtorie der Iüdiſchen Theologie*, Part. I. Cap. XV. p. 333 - 459. edit. Magdeburgi & Lipſiae 1717. 8. vbi, quae ſingulis a Chriſto nato ſeculis ſtudii huius fuerint fata, quibusue illud ſcriptis fuerit excultum, diligenter tradidit. (*t*) Ibi quoque l. c. p. 457. Kabbalae defenſores inter Chriſtianos adlegauit, ſcripta vero eorundem atque oppugnatores recenſuit cel. WOLFIVS in *Bibl. Ebr.* Tom. II. p. 1243. ſeq. Adde & Io. GE. WACHTERI, V. C. dedicationem *Elucidario Kabbaliſtico* praemiſſam, pag. 3. (*u*) IOANNES PICVS MIRAN-

(*t*) Haud omittendus hic eſt V. L. a SECKENDORF in *hiſtoria Lutheraniſmi*, pag. 106. GODOFREDVS ARNOLDVS in *der Kirchen vnd Ketzer Hiſtorie*, P. III. pag. 16. hoc illuſtrare argumentum etiam fuit conatus, etſi ipſe non ſit immunis ab omnibus Kabbaliſtarum erroribus.

(*u*) *Elucidarius Kabbaliſticus* ſiue reconditae Ebraeorum Philoſophiae breuis & ſuccincta recenſio, epitomatore Wachtero, Romae, vti eſt in titulo, rectius *Roſtochii* eſt impreſſus. Idem auctor librum heic maxime memorabilem edidit, cui index: *Spinozismus im Jüdenthum, oder die von dem heutigen Jüdenthum und deſſen geheimen Kabbala vergötterte Welt, an* Moſe Germano, *ſonſt Johann Peter Specht von Wien gebürtig, befunden und widerlegt*, Amſtelodami 1699. in 8.

RANDVLANVS primus illius philoſophiae ſectator erat. Hic enim Romae ad diſputandum propoſuit nongentas concluſiones, e quibus LXVI. ſunt Kabbaliſticae, ſecundum opinionem propriam ex ipſis Ebraeorum ſapientum fundamentis; Chriſtianam religionem maxime confirmantes. Earum poſtea apologiam ſuſcipere coactus fuit, in qua mentem ſuam plenius expoſuit. Prodierunt omnia eius *opera Baſileae* 1573. & 1601. f. (*v*) apud Henricum Petri. Secutus huncce fuit IOANNES REVCHLINVS, dictus CAPNIO, hinc Capnodochium & fumiuendulum eum vocat per ironiam Buxtorfius in Synagoga Iudaica, cuius REVCHLINI *de arte Kabbaliſtica* exſtat tractatus, qui additus etiam eſt editioni PETRI GALATINI arcanorum Catholicae veritatis, edit. Francof. 1612. f. atque alius *de verbo mirifico*. Hoſce coniunctim cum aliis publicauit IOANNES PISTORIVS, in ſuo *de arte Kabbaliſtica* opere, quod prodiit *Baſileae* 1587. f. in quo etiam exſtant PAVLI RICII *de*

(*v*) His operibus vita principis Mirandulani auctore IOANNE FRANCISCO eſt praemiſſa; ex qua depromta ſunt, quae leguntur apud WHARTONVM ad CAVEI *Hiſtoriam Litterariam Script. Eccleſ.* pag. 135.

*de agricultura coeleſti libri* IV. (*w*) ARCHANGELI BVRGONOVENSIS (*x*) *interpretationes in ſelectiora obſcurioraque Kabbaliſtarum dogmata*, atque alii tractatus eiusdem argumenti. Conf. B. Io. HENRICI MAII vitam Io. Reuchlini, Durlaci 1687. 8. eleganter conſcriptam. Noſtra aetate eandem ſecutus fuit HENRICVS MORVS, qui tamen in Pythagoreorum, aliorumque philoſophorum gentilium, monumentis, priſcae Ebraeorum philoſophiae veſtigia ſcrutatus eſt, & Kabbaliſtarum effata liberius ad Chriſtianae religionis decreta adcommodauit. Hic primum doctrinae ſuae Kabbaliſticae ſpecimen, *coniecturam* ſcilicet *Kabbaliſticam*, edidit *Londini* 1653. quod tentamen coniecturale eſſe voluit interpretandi mentem Moſis, in tribus primis Geneſeos capitibus, ſecundum triplicem Kabbalam, litteralem, philo-

(*w*) Edit. Auguſtae Vindelicorum cum reliquis ſcriptis 1541. in fol. compoſuit idem *Iſagogen in Kabbaliſtarum eruditionem*, ſeu compendium R. GECATILIAE *Portae Lucis* dicta *Schaare Orah*, additum *Introductioni in Dialecticam Kabbalearum* IOANNIS CONRADI SCHRAMMII.

(*x*) Scribitur nomen plerumque ARCEANGELVS DE BVRGONOW, cuius liber ab illuſtri auctore citatus Venetiis 1569. in 8. prodiit, & excerptus eſt ex commentationibus Mirandulani illius principis.

loſophicam & myſticam, ſiue diuino-moralem. Eodem anno Kabbalae huius triplicis defenſionem edidit, in quo ea, quae breuius vel obſcurius dicta erant, plenius explanauit. Quum autem SAMVEL ANDREAE *examen generale Kabbalae philoſophicae Henrici Mori* publicae luci expoſuiſſet, quod prodiit Herbornae Naſſouiorum a. 1670. 4. reſpondet ipſi Morus in ſcholiis, huic defenſioni poſtea adiectis. Vid. Io. MICH. LANGII comment. theologicum de *genealogiis iudaicis* Norimb. 1696. 4. excuſum, §. XXXV. pag, 30. & §. LXXII. pag. 83. vbi egregiis Andreae hunc librum elogiis ornauit, & partim ab eruditionis praeſtantia, partim ab animi ingenuitate commendauit. Poſt interſtitium viginti fere annorum edidit Morus *Trium tabularum Kabbaliſticarum decem Sephirotas*(y) *ſiue Numerationes exhibentium deſcriptionem, ſcilicet tabu-*

(y) Vid. IOANNES STEPHANVS RITTANGELIVS ad librum *Ietzirah*. IOANNES SAVBERTVS in *palaeſtra diſſertationum* pag. 53. ſeq. ABRAHAMVS HINCKELMANNVS in *detectione fundamenti Bohemiani* pag. 20. CAESAR AEVOLVS *de attributis Dei ſiue Sephiroth*. Venetiis 1589. in 4. DETLEV CLVVERVS in hiſtoricis obſeruationibus germanice editis Hamburgi A, 1706. pag. 161. ſq.

*bulae Sephirotharum Kabbaliſticae & Iudaicae vulgaris, Tabulae Sephirotharum Knorrianae ac Lohrianae in ſublimioris Kabbalae clauem Zoariſticam deſtinatae, & denique Tabulae Sephirotarum Graecanicae ſiue Pythagoricae ab* H. M. *reſtitutae.* Praemiſſa etiam eſt epiſtola ad auctorem Kabbalae denudatae, *Chriſtianum Knorrium*, in qua de vſu decem Sephirotharum diſſerit. Sequuntur *quaeſtiones* eius & *conſiderationes paucae breuesque in tractatum primum libri Druſchim, ſiue introductionem genuinam metaphyſicam ad Kabbalam genuinam, cuius auctor eſt R. Iizchac Lorienſis*, quos recudi curauit cl. M. PHILIP. HAMMERERVS, & eruditae ſuae diſſert. *de fanaticiſmo philoſophico ex philoſophia Ebraeorum* (Kabbaliſtica ſcilicet) *illuſtrato*, Ienae 1726. appendicis loco addidit, in quibus euincit, ab hoc auctore & reliquis Kabbaliſtis recentioribus multa propoſita fuiſſe inepta, & a vera Kabbala aliena. (z) Inſecuta

(z) Aliena forſan omnia Kabbalae ſunt principia, quippe quae tam doctrinae quam vitae corruptrix multorum dici haud immerito poteſt. Spinoza quoque venenum vnice hauſit ex iſta, & minime ex Carteſii philoſophia, vti vulgo creditur, etenim Ebraeorum veterum teſtimonia ſemper adhibet, a ſe temere adſertis; ac mirifice in eo, quod caput rei, ſeu impiorum dogmatum eſt, cum Kabbaliſtis conuenit; in modo ſaltem & ordine ea propo-

cuta eſt eiusdem *viſionis Ezechielis ſiue Mercauae expoſitio ex principiis philoſophiae Pythagoricae, praecipuisque Theoſophiae Iudaicae reliquiis concinnata, miraque cum locis Scripturae Sacrae hactenus obſcuris luculentaque congruitate conſolidata.* Vltimum Mori ſcriptum eſt, *fundamenta philoſophiae ſiue Kabbalae Aeto padomeliſſeae, quae omnem creationem proprie dictam negat, eſſentiamque ſupponit diuinam, quaſi corpore ſpiritualem, mundumque materialem aliquo modo ſpiritum, cum breui ac luculenta fundamentorum dictorum confutatione.* Quae ſingula eius ſcripta primum anglice edita, poſt latinitate donata, cum aliis eiusdem philoſophicis prodierunt *Londini* 1670. f. Alter reſtaurator huius philoſophiae eſt CHRISTIANVS KNORRIVS a ROSENROTH, (*a*), vide illuſtr. GVNDLINGII *hiſtoriam philoſophiae moralis* Cap. VII. §. IIII. p) p. 93. & s) p. 96. cuius opus duos comprehendit tomos. Prioris titulus

ponendi ab iis differt. Ex apologia eius qua exceſſum e Synagoga Iudaica defendit, id pluribus elucet; ſed ſub finem huius capitis de Spinoza copioſius. Interim conf. REIMANNI *Verſuch einer Einleitung in die Hiſtorie der Theologie* &c. pag. 638. ſqq.

(*a*) Huius vitam vid. in nouis litterariis Lipſienſibus anno 1718. pag. 191. FABRICIVS in *Hiſtor. Bibl. Fabr.* Part. VI. pag. 526. quoque legatur.

tulus eſt: *Kabbala denudata*, (*b*) ſeu *doctrina Ebraeorum tranſcendentalis & Metaphyſica atque Theologica, opus antiquiſſimae philoſophiae Barbaricae variis ſpeciminibus refertiſſimum, in quo ante ipſam libri tranſlationem libri difficillimi atque in litteratura Ebraica ſummi, commentarii nempe in Pentateuchum & quaſi totum ſcripturarum V. T. Kabbaliſtici, cui nomen Sohar, tam veteris, quam recentis, eiusque Tikkunim ſeu ſupplementorum tam veterum, quam recentiorum praemittitur apparatus.* Alter tomus titulum praefert: *Liber Sohar reſtitutus* (*c*). Prior tomus prodiit *Solisbaci* 1677. 4. alter *Francofurti* 1684. 4. Antiquitatem libri *Sohar* peculiari diſſertatione *De* זהר *antiquo Iudaeorum monumento* erudite ſcripſit contra Io. MORINVM M. NICOLAVS LVTKENS, prodiit Lipſiae 1706. promiſit equidem auctor alias *de materia*

(*b*) Qui liber introductio in librum Sohar quoque vocari poteſt.

(*c*) In Tomo II. formas Kabbaliſtarum artificiales tres notae ſatis, *Gematria*, *Notaricon*, *Temura* exprimuntur, hinc vox זהר huius libri eſt ſignum; agit copioſe in eodem ſcripto de nomine Dei, de XXII. Ebraeorum litteris, vt & de vocalibus & accentibus. Conf. PAVLI BENGERI diſp. de Kabbaliſmo Judaico Chriſtiano. CLAVDIVS DVRET in *Hiſtoire des Langues de ces quatre* Cap. VII. pag. 51. ſq.

*teria, forma, fine, editione & adfectionibus quibusdam* huius libri diſquiſitiones, ſed lucem illae publicam numquam conſpexerunt. (*d*) Add. Io. CHRIST. ERNESTI diſp. de *Kabbala Iudaeorum*, Roſtochii edit. 1702. Tacemus iam alias ſpecies philoſophiae mythicae, Socraticae, aliasque, de quibus infra inter ſcriptores hiſtoriae philoſophicae erit dicendum.

## §. XIII.

Alia ex Kabbaliſtarum fundamentis cum ſacra Scriptura, Chymia & Platonicorum principiis commixtis orta eſt philoſophia, quae vulgo dicitur Paracelſica. (*e*) Auctorem

(*d*) Huc ſpectat THEODORI HACKSPANII *Kabbalae Iudaicae breuis expoſitio*, reperitur in eius *Miſcellaneis* Altdorf. 1668. 8. IOH. ANDREAE EISENMENGERI *entdecktes Judenthum*, Tom. I. pag. 35. 55. 817. ſequ. & alibi.

(*e*) Modum iſtum philoſophandi ab Hermete Triſmegiſto, & ſacerdotibus Aegyptiorum trahere originem, quem deinde Arabes ab Aegyptiis ſuſceptum coluerunt, & vna cum philoſophia Graecanica Europaeis communicarunt, multi ſunt auctores. Theophraſtus Paracelſus in hoc genere ad miraculum vſque excellens in *Spagiritica*, quandoquidem εν τω στειν και αχειρειν, hoc eſt in extrahendo, ſeparando, congregando, coagulando, poſita eſſent ex mente eius omnia, deſudauit miri-

rem illa habet PHILIPPVM AVREOLVM THEOPHRASTVM PARACELSVM BOMBASTVM ab HOHENHEIM. Confer *Acta Philoſophorum* Part. I. Diſſ. I. §. V. p. 7. & MORHOFIVM in Diſſ. *de tranſmutatione metallorum*, vbi longus Chymicorum catalogus texitur, & in *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. XV. §. XVI. & Lib. II. Cap. XVI. §. I. II. pag. 250. ſequ. Vitam eius (*f*) enarrauit COLBERGIVS in *Chriſtianiſmo Hermetico Platonico* Cap. IV. pag. 179. ſequ. & STOLLIVS *hiſt. erudit.* Tom. II. Cap. IV. §. XXVI. confer & cl. PETR. FRIED. ARPII *ferias aeſtiuales*, Part. II. p. 120. ſequ. vbi de quibusdam MStis codicibus, qui ſub Paracelſi nomine circumferuntur, dictum eſt. *Opera* PARACELSI coniunctim prodierunt, ex editione vltima *Geneuae* 1658. f. alias inter germanicas optima eſt, quae *Baſi-*

mirifice. Vid. *Cael. Rhodig.* Lib. VII. Cap. XI. Hanc artem Alchemiam dixit. Conf. MELCHIORIS ADAMI vitas Germanorum medicorum pag. 28. ſqq.

(*f*) *De vita* PARACELSI vid. ADAMI *vitas Medicorum*, pag. 28. ADAMVS REVSNERVS in *iconibus eruditorum*, pag. 99. MOLLERVS in *bonomymoſcopia*, pag. 782. REIMANNVS *hiſtor. litter.* Vol. VI. pag. 591. THOV & TEISSIER in *Eloges* Tom. I. pag. 476. Tom. III. pag. 265. GOETZII diſp. de *Nummis* pag. 225.

*Basileae* (g) 1589. 4. prodiit XII. Tomis. Homo erat magni ingenii, cuius historia de peritia singulari in arte medica & medelis morborum etiam insanabilium testatur. Sed, quod dolendum, vino & crapulae erat nimium deditus, ita vt vinoso ore famulo suo IOANNI OPORINO, *de cuius vita & obitu* ANDREAE IOCISCI exstat *Oratio* inter *vitas selectas* a CHRIST. GRYPHIO vno volumine editas p. 615. in calamum dictaret scripta ista, quae sub eius nomine postea fuerunt euulgata. Hinc, licet saniora saepe proponat in spirituum doctrina, circa meteora, physices principia, astrorum vsum & similia, confusum tamen scribendi est genus atque inordinatum. Quo fit, vt pauci eundem intelligant; illi tamen, qui fun-

(g) Opera PARACELSI prodierunt etiam Argentorati 1616. in fol. cura IOANNIS HVSERI. Variis in linguis volumina concinnauit Theophrastus. Valentinus de Rhetiis, & Adamus Bodenstein, eius discipuli, memorant, Paracelsum ducentos & triginta in Philosophia libros composuisse; in medicina vero quadraginta sex; septemque in mathesi; ne dicam de *Archidoxis* aliisque singularibus. Theologica quoque scripta variis in locis latent, nomine Paracelsi fulgentia. ADAMVS BODENSTEIN e vernacula nostra in latinam transtulit bene multa; vti CYPERINVS HAENVS Italice & Gallice ea vertit. BEBELVS RAMDIVS vero libros medicos ad vnum omnes in Graecorum idioma transmisit.

fundamentis alias ſolide ſunt inſtructi, ex eo haurient, quae in vſum ſuum ducant. Fuit tamen, qui in ordinem redigeret diſſolutas PARACELSI ſcopas, PETRVS SEVERINVS, quem *ideam Medicinae philoſophicae ſecundum doctrinam Paracelſicam, Hippocraticam & Galenicam Baſil.* 1571. 4. adornauiſſe, quemadmodum GERARDVS DORNAEVS *dictionarium vocum obſcuriorum Paracelſi, Francof.* 1584. 8. conſcripſerit, auctor eſt STOLLIVS l. c. Legi etiam poteſt Io. ERN. BVRGRAVII *introductio ad philoſophiam vitalem ad mentem Paracelſi. Francof.* 1623. 4. typis Herm. Valthenii. Secuti (*h*) hanc philoſophiam fuerunt VALENTINVS WEIGELIVS, (*i*) IACOBVS BOEHMIVS (*k*) & *fratres Ro-*

(*h*) MICHAEL TOXITES, IOANNES HVSERVS & OSWALDVS CROLLIVS inter ſectatores eius eminent: Crollii liber de ſignatura plantarum, additus Baſilicae Chemicae prodiit Francofurti. Vid. REIMANNVS *Hiſt. Litter.* Tom. III. pag. 480. & *Obſeru. Halenſes* Tom. VI. pag. 188.

(*i*) Vid. de WEIGELIO *Vnſchuldige Nachrichten* 1715. pag. 21. ſqq. *Bücher-Saal* Tom. IV. pag. 413. & ARNOLDVS in der *Kirchen-vnd Ketzer-Hiſtorie* Part. II. Lib. XVII. Cap. XVII. De Operum Weigelii editionibus conſule Jo. DIECMANNI *Deutſche Schrifften* pag. 201. ſqq. In confutando Weigelio plures quoque operam poſuerunt, nimirum GERHARDVS in diſputationibus de *gloria Dei per Weigelianos obſcurata*

*Roſeae Crucis*. BOEHMIVM quod attinet, ingens eſt auctorum, qui vitam fanatici huius famigeratiſſimi deſcribendam ſibi ſumſerunt, farrago, ex vtraque, adſeclarum ſcilicet aduerſariorumque, parte. Inter illos ABRAHAMVS primas tenet FRANCKENBERGIVS, cuius *vita Boehmii* operibus philoſophi Teutonici praefixa legitur; inter hos praecipui ſunt TIM. DAN. COLBERG in *Chriſt. Hermet. Platonico* Part. I. Cap. VIII. §. II. pag. 309. ſeqq. M. Io. ADAMVS CALO in *hiſtoria Boehmii* Vitemb. 1707. IVSTVS itidem WESSELVS RVMPAEVS *de Iacobo Boehmio Suſati* 1714. 4. ſingulari vterque diſſerta-

*rata*; THVMMIVS in *impietate Weigeliana* Tubingae 1622. 4. NICOLAVS HVNNIVS in *der chriſtlichen Betrachtung der neuen Paracelſiſchen vnd Weigelianiſchen Theologie* Wittebergae 1622. 8. IVSTI FEVERBORNII diſputationes anti-Weigelianae, in faſciculo diſputationum, quae exſtant in operibus Theologicis iunctim editis, huc quoque ſpectant; plures aduerſarios Weigelii percenſet magnificus Cancellarius CHRISTOPH. MATTHAEVS PFAFFIVS in *introductione in Hiſtoriam Theol. Litterar.* Parte II. pag. 363. Summe venerandus WALCHIVS vero in der *Hiſtoriſchen vnd Theologiſchen Einleitung in die Religions-Streitigkeiten der Euangeliſch-Lutheriſchen Kirche* Parte II. pag. 347. & 535. nonnulla Weigelii dogmata ſi non excuſat, tamen mitius de iis ſentit.

(*k*) Cuius *myſterium magnum* ſeu explicatio Geneſeos huc ſpectat, de quo ſupra ad §. XI. huius capitis.

ſertatione viri vitam, fata, ſcripta, hyperaſpiſtas atque aduerſarios, (*l*) curate enarrauerunt. HENRICI MORI de *Iac. Boehmio iudicium* publica diſquiſitione improbauit D. IO. WOLFGANGVS IAEGERVS *Tubingae* 1708. De *fratribus roſeae crucis* confer praeter lepidum de lepido hocce commento GABR. NAVDAEI librum *Inſtruction a la France ſur l'hiſtoire des Freres de la Roſe-Croix* inſcriptum, & *Pariſiis* 1623. 8. editum, M. CHRISTOPH. STEPHANI KAZAVERI diſſ. *de fratribus Roſaecrucianis*, *Vitembergae* habitam. (*m*) Immo, quae ſaniora ſunt, ex eadem philoſophia PARACELSI hauſit IOAN-

(*l*) Inter aduerſarios BOEHMII referendus eſt liber, cuius index eſt: *Anonymi Moſes vindicatus*, ſeu hiſtoriae creationis mundi aliorum, quae a Moſe enarrantur, veritas aduerſus THOMAM BVRNETVM *aliosque*. Amſtelodami 1694. in 12. Et ſane repudiandi ſunt ſpurci Boehmii errores, praecipue in interpretatione verborum Pauli ad Romanos XII. 36. & 1. Cor. VIII. 6. commiſſi, Deum enim materiam vniuerſi conſtituit praefractae frontis ſomniator, Spinozae ad exemplum, de quo infra. Et quem fugere poteſt, plures fanaticos inter gentes quasuis lambere eius generis ſordes ingenii horrendas. Erudite hac de re commentatus eſt HINCKELMANNVS in detectione fundamenti Boehmiani, Hamburgi in vernacula noſtra edit. 1693. in 4.

[*m*] Conf. quoque LIPENII *Bibliotheca Theologica* Part. II. fol. 684. ſq. & GOTTFR. ARNOLDI *Hiſt. Theol. Myſt.* paſſim.

IOANNES ARNDIVS, qui tamen ea non ad abuſum, ſed ad explicanda principia naturalia vtitur. IOANNES BAPTISTA HELMONTIVS in ſcriptis ſuis eandem philoſophiam in pleriſque emendauit. Scripta HELMONTII conlegit auctoris filius FRANCISCVS MERCVRIVS, & iunctim in lucem publicam emiſit; in Germanicam poſthaec ſingula linguam tranſtulit CHRIST. KNORRIVS A ROSENROTH, ſuisque paſſim notis illuſtrauit. Eſt inter haec philoſophi per ignem ſcripta, ſchediaſma, *ſtudia auctoris* inſcriptum, in quo multa vitae fatorumque ſuorum capita ipſe exponit, ſtudiorum ibidem & laborum rationem tradit; praecipua illius capita excerpſit I. A. SCHMIDIVS in diſſ. *de Helmontii in doctrina de ſtatu integritatis erroribus. Helmſt.* 1696. HELMONTIVM vero ſequitur *Panſophia enchiretica, ſeu philoſophia vniuerſalis experimentalis, in Academia Moſis primum per ſex prima capita libri primi Geneſeos tradita, demum per ignem examinata & probata, ſtante poſt tabulam* ARNOLDO BACHIMIO DENSTONIO *Coſmoſopho, auctore. Noribergae* 1682. 12. quae ob chemiam, in qua excellere videtur auctor, & modeſtiam magni aeſtimatur (*n*).

§. XIV.

(*n*) Huius furfuris philoſophi, Platonis placita magna ex

## §. XIV.

Inter recentiores prima eſt *philoſophia Ramea*, a PETRO RAMO ſic dicta, qui primus, ambitione quadam ductus, ARISTOTELIS dogmata conculcauit. Plures fuerunt inter eruditos, qui vitam (*o*) huius philoſophi diligenter conſcripſerunt. Primus illud fecit Io. THOM. FREIGIVS, cuius *vita Rami, orationibus* eiusdem atque AVDOMARI TALAEI, iunctim *Marburgi* 1599. & 1609. 8. editis, in fine addita conſpi-

parte etiam corruperunt. BVCHERVS in *Platone myſtico in pietiſta rediuiuo*, Dantiſci 1699. edito id probatum dedit terſe & copioſe. ZIEROLDVS quidem in *der Aufmunterung Lutheri, daſs man die Ariſtoteliſche Philoſophie ausſtoſſen ſolte*, vt & in *der Einleitung zur Kirchen-Hiſtorie*, cuius Pars I. 1700. & Pars II. 1703. publici fiebat iuris, Bucherum refellere adlaborabat, ſed quis a ſe impetrabit, vt adſentiat refutationi ſolidis deſtitutae rationibus. BVCHERVS potius in *Pietiſtiſchen Monaten*, 1704. 1705. & 1706. editis, Platonicae philoſophiae riuos irrigaſſe fanaticorum arua, fuſius demonſtrauit.

(*o*) De vita RAMI vid. etiam GASSENDVM in *Logica* Lib. I. Cap. IX. VERVLAMIVM *de dignitate & augmentis ſcientiarum* Lib. VI. Cap. II. FREHERVM *in theatro*, pag. 1467. THEOPHILVM BANOSIVM in *Biographia Rami* edit. Francof. 1579. WOLFIVM ad *Caſaub.* pag. 226. WERENFELSIVM de *logomachiis eruditorum* pag. 57. BAYLE in *Di-*

ſpicitur. Porro NIC. NANCELIVS Biographiam Rami concinnauit, *epiſtoliſque* ſuis *Paris* 1603. 8. duobus tomis exſcriptis adiecit. Tacemus iam Io. IAC. BOISSARDVM in *vitis illuſtrium virorum* Tom. II. pag. 36. edit. *Francof.* 1630. 4. SCAEVOL. SAMMARTHANVM in *Elogiis Gallorum* Lib. II. El. XXI. pag. 100. ſeq. edit. *Heumannian.* ANT. TEISSIERIVM in *Eloges des hommes Sauans*, Tom. I. pag. 370. ſeq. (*p*) illudque ſaltim notamus, quae fuſe ab his dicta fuerunt, praeter BAELIVM, in compendium fudiſſe CHRISTIANVM BREITHAVPTIVM in diſſ. *de tribus Logicae inſtauratoribus Ramo, Verulamio atque Carteſio, Ien.* 1712. & CHRIST. FRIED. LENZIVM in *hiſtoria Rami Profeſſ. regii, Vitemberg.* 1713. exercitat. Acad. expoſita. Edidit quippe RAMVS *Ariſtotelicas animaduerſiones*, (*q*) *Pariſiis* 1558. 8. & *inſtitutiones Dialecticas*

*Dictionaire Hiſt. & Crit.* voce *Ramus*, pag. 2424.

(*p*) Tomo quoque III. pag. 215.

[*q*] Edidit primo 1543. recuſae etiam ſunt Baſileae 1575. Virulenter exprobrat Ariſtoteli paganiſmum huiusque furſuris alia, vt & vitia, quibus nunquam indulſit Ariſtoteles. Quid vero indignius, quam exagitare hominem, quod ad gratiam non eſt vocatus, tu, cum aeque ac forte magis indignus eſſes, gratioſe ſis inuitatus. Lubens praetermitto

*cas*, (*r*) Paris 1554. 4. Quibus addendus eſt liber, quem *ſcholae in artes liberales* inſcripſit. *Baſil.* 1559. fol. & *Orationes apologeticae* (*s*) Pariſ. 1551. 8. (*t*) Sed licet illo tempore ob nouitatem varios reperiret ſectatores, etiam in Haſſiae Academiis apud Germanos, hodie tamen rarius reperiuntur, qui illam ſiue defenderent ſiue refellerent. Exſtant interim IACOBI MARTINI *Ramiſticarum diſcuſſionum libri duo*, Vitembergae 1623. Eiusdem *Logicorum Commentariorum libri*

plura, de quibus vid. KECKERMANNVM in Praecognitorum Logicorum Tractatu II. Cap. III. pag. 23. ſqq. edit. Hanou. 1613. Tom. I.

[*r*] Quam molitus eſt mutationem Philoſophiae Ramus, ea multis diſplicuit iure eoque ſummo. ἀμεθοδία enim huius viri eſt incredibilis; principiis plane nullis nituntur eius placita, miſereque philoſophiam rationalem cum arte rhetorica & poeſi confundit. Hinc mera ἀταξία Rami τάξις dici meretur, licet id, quod pueri in faba, re inueniſſe videatur.

[*s*] Magna oris & ſermonis dignitate conſpicuus fuit orator Ramus, philoſophiam vero minus apte & conſiderate, vti modo adſeruimus, propoſuit. De dicendi illa vi Rami prae ceteris GIBERT in *Jugement des Sav.* Tom. II. pag. 299. ſqq. eſt commentatus.

[*t*] Edidit quoque Ramus Geometriam; Arithmeticam; Grammaticam Graecam & Latinam; librum de Caeſaris militia; Commentationem de religione Chriſtiana; Diſſ. de moribus veterum Germanorum.

*libri V. aduerſus Ramiſtas*, PHILIPPI SCHERBII *diſſertatio aduerſus Ramiſtas pro philoſophia peripatetica*, *Gieſſae* 1610. 8. & praecipue IOANNIS PROSCH *apologia pro Ariſtotele & Euclide, contra Petrum Ramum & alios*, Dantiſci 1652. 4. (*u*) Plura tam de ſectatoribus, quam aduerſariis RAMI ſuggerent BARTHOL. KECKERMANNVS in diſſ. *de controuerſiis inter philoſophos peripateticos & Rameos*, *Hanouiae* 1606. 8. IO. LAVNOIVS *de varia Ariſt. fortuna*, Cap. XIII. & XIV. pag. 245-261. edit. *Elswich.* ipſe b. ELSWICHIVS in diſſ. huic editioni praemiſſa *de fortuna Ariſtot. apud proteſtantes* §. XXI. pag. 54. ſequ. STOLLIVS *hiſt. erudit.* Part. II. Cap. II. §. XXI. pag. 437. ſeq. omnes denique ſcriptores hiſtoriae Logicae, &, qui inter hos iam princeps eſt, cel. WALCHIVS *hiſt. Logic.* Libr. II. Cap. I. Sect. III. §. III - VIII. pag. 609-625. *Parergor. Academicorum.* (*v*)

§. XV.

[u] Vid. queque excellentiſſimi IOANNIS CYPRIANI programma *de philoſophiae Rameae fatis.* add. HENNINGIVS RENNEMANNVS, ICtus Erfurtenſis, qui *apologiam pro Rami philoſophia* edidit Francofurti 1598. 8. BVLAEVS in *hiſtoria Acad. Pariſienſ.* pag. 387. Inter aduerſarios Rami inclaruerunt etiam ANTONIVS GOVEANVS, IOACHIMVS PERIONIVS, PETRVS GALANDIVS & CORNELIVS MARTINI.

[v] Praeter laudatos ab auctoribus excitatis, WILHELMVS

## §. XV.

Recentior eſt *philoſophia Carteſiana*, eademque ob experimenta mathematica, quibus nititur, multis aeſtumatiſſima. RENATVS CARTESIVS (*w*) auctor eſt, cuius *opera* prodierunt *Amſtelodami* 1651. 4. & ſparſim fuerunt recuſa. (*x*) Lege cl. GEORG. PAMVS TIMPELLVS Anglus nominandus eſt, quippe in cuius epiſtola ad IOANNEM PISCATOREM, quae cum huius reſponſione de philoſophia Petri Rami, prodiit Francof. 1590. 8. varia eaque digna lectu reperiuntur.

[*w*] De vita Cartefii vid. ADRIANI BAILLETI, latitantis ſub nomine DE LA NEVVILLE, *la vie de Mr. des Cartes*, Paris 1691. 4. in 2. Tomis, conf. *Acta erudit. Lipſ.* anno 1692. pag. 28. ſqq. & 1693. pag. 130. Ad hanc illuſtrandam conſule Obſ. Halenſ. Tom. III. pag. 230. & pag. 250. PERRAVLT c. l. Tom. I. pag. 123. SAGITTARIVS in *introd. ad Hiſtoriam Eccleſ.* Tom. I. pag. 904.

[*x*] e. g. Francofurti 1692. 4. Sed latent adhuc in Bibliothecis nonnulla MSt. ab editis libris diuerſa; ita illuſtris LEIBNITIVS in Epiſtola ad Ilo. ALBERTVM FABRICIVM, Epiſtolarum ad diuerſos, iunctim editarum Lipſiae 1734. 8. Num. CLX. §. II. ſcribit, ſe poſſidere MSc. tractatum de methodo, ab edito plane diſtinguendum, de quo IOACH. FRIDERICVS FELLERVS in praefatione otio Hannouerano praemiſſa fuſius egit. Add. Clariſſimus Kortholtus in notis, ad dictam Leibnitii epiſtolam.

PASCHII *de inuentis nouantiquis* libellum, Lipſ. 1700. 4. ſecundum editum, Cap. III. quod *de nouae ſectae conditore Carteſio* is inſcripſit, pag. 143-164. Sectatores habuit varios,(y) inter quos praecipuus eſt ANTONIVS le GRAND, cuius *philoſophia veterum e mente Renati des Cartes more ſcholaſtico breuiter digeſta* prodiit *Londini* 1671. 12. Eiusdem *inſtitutio philoſophiae* ſecundum principia RENATI des CARTES noua methodo adornata & explicata ad vſum iuuentutis academicae, *Londini* 1672. & 1683. 8. tertium recuſa eſt *Norimb.* 1695. 4. (z). Exſtat quo-

[y] Fulgidiſſimum illud Gallorum lumen obſcurare obſcuri doctores, vti ſolent, conabantur. MARTINVS SCHOOCKIVS atheiſmi infamem notam inurere Cartefio infelici ſtuduit ſucceſſu; quippe qui coram magiſtratu palinodiam cantare cogebatur, meritas malitiae luens poenas. Conf. PETRVS BAELIVS in *Dict. Hiſt. & Crit.* ſub voce *Andreas* (Tobias). Auctor libri: *admiranda methodus nouae philoſophiae Renati des Cartes* inſcripti, & GISBERTI VOETII auſpiciis compoſiti, itidem atheorum ordini peſtilenti inſerere eum adlaborat; ſed ab ipſo Carteſio vecors ſcriptor confutatus quam ſolidiſſime, Operum Carteſii pag. 374. Alii inter Scepticos Carteſium retulerunt temere; quoniam ſobriam dubitationem ſeu rationalem commendauit vnice, philoſophis omnibus dignam. Vid. Io. FRANCISCVS BVDDEVS *de atheiſmo & ſuperſtitione* Cap. I. pag. 135. edit. German. Ienae 1717.

[z] Carteſianorum magnum nomen ANTONIVS LE

quoque eiusdem *vindicatio pro philoſophia Carteſiana contra Sam. Parkerum, Lond.* 1682. 8. Alter eſt IOANNES CLAVBERGIVS, (*a*) cuius *opera omnia philoſophica*, cura Ioannis Theodori Schalbruchii, prodierunt *Amſtelod.* 1691. 4. Huc facit etiam *Initiatio philoſophi*, ſeu *dubitatio Carteſiana ad indubiam philoſophiam viam monſtrans, iuxta mentem Renati des Cartes ex MSto incerti auctoris, Mulhuſae* 1687. 12. Breuiſſime in eadem demonſtratur, qua ratione ex dubitatione veritas elici poſſit. Iungendus eſt etiam LVDOVICI de la FORGE tractatus *de mente humana*, qui primum gallice prodiit *Pariſiis*

GRAND Logicam, Theologiam Naturalem, Daemonologiam, Phyſicam, Anthropologiam & philoſophiam moralem illuſtrauit, & fidelem ſe praebuit adſeclam magiſtri.

[*a*] CLAVBERGIVS Ontologiam, Logicam veterem & nouam, Tractatum de cognitione Dei & noſtri, non ſine iudicii acrimonia concinnauit. In Etymologia Germanorum ingenium quoque exercuit; diſſertationem de hac in Leibnitii Etymologicis collectaneis reperimus. De qua Claubergii arte Etymologica Teutonum, e philoſophiae fontibus deriuata & Duiſburgi 1663. in 8. impreſſa, vid. politiſſimi WEICHMANNI *Poeſie der Niederſachſen*, ſtatim in limine Partis III. quae Hamburgi prodiit 1726. Nos quidem Claubergium optimum Carteſii commentatorem eſſe exiſtimamus. Suo loco de ſcriptis eius pluribus.

*fiis* 1664. 4. (*b*) poſt in latinam linguam fuit translatus, confer, quae dicentur infra. Pertinet huc etiam FRANCISCVS BAYLE, Medicus Toloſanus, cuius *ſyſteme general de la philoſophie, a Toulouſe* 1669. fol. totum Carteſianum videtur, (*c*) & ADRIAN HEEREBORDVS, cuius *philoſophia naturalis & rationalis Lugd. Bat.* 1654. 4. prodiit, itidem ad principia huius philoſophi plane compoſita eſt (*d*).

§. XVI.

[*b*] Gallice typis exſcriptus hic liber *de l'eſprit de l'homme* etiam fuit 1666. itidem Lutetiae Pariſiorum; editio latina Amſtelodami 1669. prodiit. ſ. t. *Ludouici de la Forge* tr. de mente humana & eius facultatibus, nec non de eiusdem vnione cum corpore, ſecundum principia Renati des Cartes.

[*c*] Apta & connexa in Baylii ſcriptis ſunt omnia, & vel hoc nomine commendanda; in Bibliotheca phyſica de eo & aliis ſectatoribus Carteſii dicturi ſumus reliqua.

[*d*] Tanta adhuc eſt Carteſii tam apud Gallos, quam exteras gentes exiſtimatio, vt calculum multi forſan addant iudicio de ſcriptis eius ab auctore libri, cui index: *Lettres Iuives* Tom. I. Epiſtola XVI. pag. 174. lato, quod ita ſeſe habet: *Un Philoſophe* [Carteſius] *renferma dans deux petits Volumes beaucoup plus de Secrets de la Nature, & d'Experiences Phyſiques, que mille Ans, & un Ramas immenſe d'enormes Volumes, ne nous en avoient apris.* Obiter notamus, citato loco typothetarum incuria, hoc iudicium eſſe adſcriptum Rohaultio, diſcipulo Carteſii ſatis claro.

## §. XVI.

Superiori ſeculo noua ſpecies Philoſophiae orta fuit, quae vulgo dicitur eclectica, quia non certae tantum ſectae innititur, ſed optima quaeque ſeligit. Lege ſis de hoc argumento praeſtantiſſimo Io. CHRISTOPH. STVRMII diſſ. *de philoſophia eclectica, Altdorf.* 1679. habitam, & inter iunctim *Altdorf.* 1698. 4. editas Tom. I. Num. I. recuſam. ARNOLDI WESENFELDII Diſſ. IV. *de philoſophia ſectaria & electiua*, (*e*) ROMANI TELLERI & cel. GODFRID. OLEARII de eodem capite eruditas exercitationes; prior *Lipſiae* 1674. publice defenſa eſt, poſterior *Stanleio* latino addita conſpicitur. Iunge IOANNIS HENRICI ZOPFFII diſſ. *de origine philoſophiae eclecticae* Ienae 1715. & IOANNIS FRIEDEMANNI SCHNEIDERI diſſ. *de philoſophia eclectica ciuilem vitae conuerſationem non impediente, ſed adiuuante*, Halae 1717. 4. (*f*). Inter Anglos hac in parte excellunt ſcripta

[*e*] Prodierunt *Francof. ad Oderam.* 1694. 4.

(*f*) Eclecticam ſemper prae ſe tulerunt multi philoſophiam, vid. Anonymus in notis ad Huetii librum de imbecillitate intellectus humani, germanice translatum, Lib. II. Cap. X. CHRISTIANVS THOMASIVS in cautelis circa praecognita iurispr. Cap. VI. & IACOBVS THOMASIVS in programmatibus Num. XLI. pag. 469. ALSTRINI diſp. de praeſtantia philoſophiae eclecticae, Vpſaliae 1732. in 4.

ſcripta FRANCISCI BACONIS de VERVLAMIO, cuius (g) *opera* coniunctim prodierunt *Francofurti* 1666. f. inter quae praecipua ſunt, quae in phyſicis atque moralibus edidit. Recuſa ſunt *Lipſiae* 1694. fol. & *Amſtelod.* 1684. 12. VI. Tomis. (h). Pertinet huc eiusdem praeſertim *de dignitate & augmentis ſcientiarum* liber praeſtantiſſimus, ſaepius ſeparatim editus, vid. PASCHIVM l. c. Cap. II. §. I. pag. 7. ſeq. (i) HENRICVS MORVS veſtigia philoſophiae Kabbaliſticae, Pythagoreae, aliorumque ſequitur, & certa philoſophiae principia magno ſtudio atque contentione perſequitur. Prodierunt eius *opera philo-*

(g) Baconis placita meditationi lectorum ſuccurrunt quidem, ſed principiorum ſolidorum raro admodum ſuſtinent naturam. Multa enim propoſuit ſine ordinis, ſineque probationis vlla habita ratione. Hinc non ſaepe in interiora veritatis adyta penetrauit. Ingenii tamen acumen, quod in eo reſplenduit, & incitauit plures, & ſuppeditauit diiudicanda explanatius. De vita eius vid. CRASSVS P. I. *de gl'Elogii d'huomini letter* pag. 223. KLEFKER in Bibl. Erud. Praecoc. pag. 8. *Bücher-Saal* Tom. III. pag. 430.

(h) Longe praeſtantior *operum* BACONIS editio *Londini* 1729. in IV. Volumin. in fol. prodiit, in qua varia continentur ſcripta in Francofurtenſi non comprehenſa. Vita auctoris quoque eſt praemiſſa, & omnia fere cum MStis collata a reverendiſſimo epiſcopo SANCROTIO.

(i) Clariſſimus PETRVS SHAW, M. D. *compendium*

*losophica Londini* 1679. II. Tomis fol. (*k*) Inter Belgas excellit IOANNES CLERICVS, cuius *opera philosophica* prodierunt *Amstelodami* 1698. 8. Ingenium huius viri admirantur omnes eruditi, eundemque in pleriſque ſequuntur, (*l*) confer *vitam Clerici* pag. 61. ſeq. (*m*).

## §. XVII.

Inter *Germanos* in academia Ienenſi olim philo-

*um* ſeu *introductionem Philoſophiae Baconis* edidit Londini 1732.

(*k*) Auſpiciis & impenſis Io. COCKSHVK, prodiit quoque Lond. 1712. fol. ſ. t. *Collection of ſeueral philoſophical writings of Henry More.* Sub examen prae ceteris reuocauit philoſophiam Carteſii, in quo grauiter dicta continentur bene multa. Vid. eius Epiſtola, quae apologiam complectitur pro Carteſio, quaeque introductionis loco eſt ad vniuerſam Philoſophiam Carteſianam. Operum Philoſophicorum Tom. I. pag. 107.

(*l*) Tertiam editionem operum philoſophicorum ipſe Clericus recenſet, in *Bibliotheque Choiſie* Tom. IV. Artic. III. pag. 140. Editio quarta Amſtelodami 1710. prodiit, de qua in eadem Bibliotheca ſelecta conf. Tom. XXI. pag. 216. Fuit quidem Clericus doctrinae admirandae vir, ſed haud polluit ingenio ad philoſophiam euecto, id quod dudum pluribus fuit obſeruatum.

(*m*) Conf. GOTTL. FRID. IENICHEN praefatio in Clerici opera philoſophica A. 1710. Lipſiae impreſſa, & *Parrhaſiana* pag. 341. *Bücher Saal* Tom. II. pag. 142. ſqq. & Tom. IV. pag. 238.

philoſophiam ſuam propalauit IOANNES ANDREAS SCHMIDIVS, cuius partes coniunctim prodierunt *Ienae* 1689. 8. vt apud Halenſes IOANNIS FRANCISCI BVDDEI (n) *Inſtitutionum philoſophiae eclecticae tomi tres*, *Halae* 1703. 8. Recuſae ſunt *Helmſtadii* 1704. & 1717. 8. & deinde ſaepius. Primus tomus comprehendit elementa philoſophiae inſtrumentalis, cui praemiſſa quoque eſt hiſtoriae philoſophicae ſuccincta delineatio: alter elementa theoretica: tertius elementa philoſophiae practicae. Breuiter complectitur celeberrimus auctor ſumma philoſophiae capita, ita quidem, vt ſe potiſſimum accommodauerit ad auditorium ſuum, multa priuatis diſcurſibus reſeruans, nihilominus tamen multo aeque vſui eſſe poſſunt aliis, eo quod recentiora ſaniorum philoſophorum principia contineant, eademque iuſto ordine explanata. Terminorum quoque, qui vſu recepti, explicationem habet, ita tamen, vt pauciſſimis de metaphyſica agat. Nota quoque eſt philoſophia THOMASIANA, de qua vero, quum non omnes philo-

(n) Vid. MVLLERVS in *der Academiſchen Klugheit*, Part. I. pag. 24. qui nonnulla carpit. Obſeruationes in celeberrimi BVDDEI philoſophiam edere coepit Io. IACOBVS LEHMANNVS, ſed vltra Tom. I. Lipſ. 1724. 4. nihil adhuc prodiit.

philoſophiae partes complectatur, infra ſuis locis dicemus pluribus. Haud quisquam illuſtriorem & ſe, & philoſophiam omnem reddidit CHRISTIANO WOLFFIO, (o) cuius

(o) Vid. librum inſcriptum: *Ausführlicher Entwurff einer vollſtändigen Hiſtorie der Wolffiſchen Philoſophie, zum Gebrauch ſeiner Zuhörer herausgegeben von* CARL GVNTHER LVDOVICI, Philoſophiae P. P. O. in academia Lipſienſi; cuius editio ſecunda auctior & emendatior prodiit Lipſiae 1737. 8. Idem vir excellentiſſimus edidit: *Ausführlichen Entwurff der Leibnitziſchen Philoſophie, zum Gebrauch ſeiner Zuhörer* 1737. 8. Lipſiae, atque addidit Tomum II. eodem anno impreſſum. GEORGIVS VOLCMARVS HARTMANNVS, Phil. & Medic. Doctor & Pract. Erfurt. in eadem re ſingulari induſtria poſita, Francofurti & Lipſiae 1737. in 8. imprimi curauit: *Anleitung zur Hiſtorie der Leibnitziſch-Wolffiſchen Philoſophie, vnd der darinnen von Hr. Prof. Langen erregten Controuers, nebſt einer hiſtoriſchen Nachricht vom Streite vnd Vbereinſtimmung der Vernunfft mit dem Glauben, oder Nutzen der Philoſophie in der Theologie, vnd denen drei Syſtematibus der Gemeinſchafft zwiſchen Seele vnd Leib, nach ihrem natürlichen Zuſammenhang deutlich vnd gründlich fürgetragen, mit Anmerckungen erleutert, vnd aus Liebe zur Wahrheit herausgegeben.* Conf. prae ceteris CHRISTIANI WOLFFII *Nachricht von ſeinen eigenen Schrifften*, edit. Francofurti ad Moenum 1726. in 8. IO. SCHMIDIVS, M. A Stockholmia Suecus, hiſtoriam Philoſophiae Wolffianae compoſuit quoque, quam iam anno huius ſeculi trigeſimo quinto ad finem perductam, manuſcriptam cum amicis communicauit. Vid. eius-

ius ſcripta philoſophica pariter ac mathematica, in omnium verſantur manibus. Nullam philoſophiae partem intactam reliquit vir ſummus, hinc de ſingulis acturis, ſaepe numero nominandus nobis erit Wolffius, laudandus vero nunquam, ſuper omnes laudes dudum poſitus. Afficit animos doctrina tanti viri, quod a primis, quibus tamquam fundamentis veluti ſuperſtructa ſunt omnia, facit initium, eoque procedit ordine apto connexoque, quo, quae aliis demonſtrandis ſeruiunt, continuo praemittuntur. Vere & grauiter de ea Io. HENRICVS WINCKLERVS in praefat. ad Inſtitut. Philoſ. Wolffii: „Rerum vocabula ita explicat, vt res ſingulae „a ſingulis nunquam non diſcerni queant. „Inquirit in rerum naturas & proprietates. „Cunctas, in quas vniuerſa philoſophia diſtri„buitur, ſcientias ita coniungit, vt vna nitan„tur, a ſcholaſticis nacta nomen, Ontologia,“ ſed eadem repurgata & methodo mathematica

eiusdem *commentationis critico litterariae de ſtimulis ſapientiae* penſum primum, quod in diſſertatione epiſtolica Triumuiris gentis Suethicae litteratiſſimis, ſtemmatis atque famae gloria nobiliſſimis, celeberrimis, ampliſſimisque, Guſtauo Benzelſtierna, Erico Iulio Bioetner, & Olauo Dalin obtulit; de his vid. *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen* A. 1738. N. XCIX. pag. 884.

tica adornata. Breuibus porro rem expediamus; ceteris μεθοδικωτερος omnibus est. Sed de eo,& sectatoribus eius deinde explanatius. ANDREAS RVDIGERVS,(p) NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS, (q) FRANCISCVS ALBERTVS AEPINVS, (r) SYRBIVS, (s) LEH-

(p) Rudigeri *sensus veri & falsi* siue Logica huc spectat. Editio secunda perpetuis scholiis aucta Lipsiae 1722. 4. prodiit. *Institutiones eruditionis*, seu philosophiae syntheticae, tribus libris de Sapientia, iustitia, & prudentia,methodo mathematicae aemula, breuiter & succincte comprehensa, Halae 1707. in 8. & 1711. in 8, ita adornatae sunt, vt ingenium a praeiudicio auctoritatis vacuum, sed methodi mathematicae regulis haud satis instructum, prodant. Philosophia eius pragmatica Lipsiae 1723, typis exscripta, maiori industria elaborata est.

(q) Logicae, Ethicae & Iuris Naturalis ac Gentium perspicua tradidit praecepta, quae sub prelo etiam saepius sudarunt; sectatores tamen haud consecutus est, licet a multis probata fuerit illius philosophiam edocendi ratio.

(r) In sex partes distributam philosophiam, nimirum in Logicam, Metaphysicam, Physicam, Theologiam Naturalem, Ethicam & Politicam, edidit Rost. 1714. 8. qui quidem multis in placitis, receptis olim scholasticorum sententiis fauet, nouatoris nomen euitaturus. Ceterum in vsum auditorum,praecipue diuinarum litterarum cultorum, adcommodata sunt plurima.

(s) Syrbio Ienensium professore, auctore *Institutiones philosophiae primae* nouae & eclecticae, quarum pars prima seu Architectonica, praeter Theologiam Philosophicam, omnis eruditionis fundamenta

LEHMANNVS (*t*) atque alii, (*u*) inſtitutionibus philoſophicis quoque inclaruerunt.

§. XVIII.

menta, principia & methodum, ex ipſius hominis conſideratione deriuata, altera vero, ſeu metaphyſica, Philoſophiam occultam, tertia denique, ſeu Ontologia, notionum philoſophicarum vulgo vſitatiorum explicationem continet, prodierunt Ienae 1723. 8. qui quidem liber obſcuritate quadam multis laborare videtur. Eidem debemus: *Kurtze Anweiſung zur Weisheit, vnd allen dahin vnmittelbahr zugehörigen vernünfftigen Wiſſenſchafften*, edit. itidem 1723. in 8. Vitam huius philoſophi vid. in *Ienaiſchen monathlichen Nachrichten* 1726. menſe April. pag. 350.

(*t*) Io. IAC. LEHMANNI, in acad. Ienenſi Moral. Prof. Publ. Ord. inſtitutiones philoſophiae vniuerſae, a re ipſa, vero & vnico philoſophiae fonte, repetitae, viaque plane naturali, & ſerie, qua omnes inter ſe doctrinae aptae connexaeque ſunt, Ienae in lucem emiſſae 1730. 8. Celeberrimus vir linguae latinae elegantiae praeſertim habuit rationem, in proponendis doctrinis philoſophicis.

(*u*) Huc ſpectant FRANC. WOKENII Elementa Philoſophiae principalis theoreticae & practicae; ex obligatione intellectus & voluntatis deductae, Lipſiae 1725. 8. Eodem anno FRIDERICVS GENTZKENIVS, Kilonienſium Profeſſor meritiſſimus, ſyſtema philoſophiae Hamburgi in 8. typographo commiſit, in quo, praemiſſa generatim de ſapientia, prudentia & virtute, diſſertatione, omnes ſub philoſophiae ambitu comprehenſae doctrinae iuſta methodo ſuccincte exponuntur, atque ex ſolidis fundamentis demonſtrantur. Summe venerandus theologus IOANNES GEORGIVS WALCHIVS libro; *Einleitung in die Philoſophie*

*phie* dicto, tam vniuerſam Philoſophiam, quam hiſtoriam eiusdem, in vſum lexici philoſophici, non ſine ſingulari induſtria Lipſiae 1727. in 8. compoſuit. In latinam linguam illa introductio, a multis comprobata, translata itidem Lipſiae 1730. in 8. recuſa fuit. Prima editio percenſetur in Actis Erudit. Germ. Vol. XI. pag. 568. ſqq. vbi de ea pluribus. AVGVSTVS FRIDERICVS MVLLERVS, Organi Ariſtotelici Profeſſor Publicus Ordinarius, quoque in *Einleitung in die Philoſophiſchen Wiſſenſchafften*, tribus tomis, ea ſolertia digeſſit ſcientias noſtras philoſophicas, vt, quae ſecundum Rudigerum ſtatuenda ſint, facile cernere liceat, haud raro tamen a ſententia praeceptoris receſſit vir celeberrimus. Editio ſecunda auctior & emendatior Lipſiae 1733. in 8. emiſſa fuit in lucem. Praecipue vero Summe Venerabilis noſtri IACOBI WILHELMI FEVERLINI *Curſus Philoſophiae Eclecticae*, h. e. hiſtoria Philoſophica, Arithmetica, Geometria, Phyſica, Pneumatica, Theologia Naturalis, Ontologia, Logica, Critica, Dialectica, Ethica, Iurisprudentia Naturalis, Prudentia publica & priuata, XXXVII. tabulis vſque paulo plenioribus, & II. tabulis figurarum aenearum in vſum auditorum delineatae Altdorffi ſumtibus auctoris 1727. in fol. excuſae legi merentur. Nulli vnquam labori pepercit vir magnificus in euoluendis ſcriptoribus vel antiquioribus vel recentioribus, vnde Philoſophiam lucem capere poſſe arbitraretur. Nec minus illuſtris Io. GOTTL. HEINECCIVS Elementorum Philoſophiae, ex principiis admodum euidentibus iuſto ordine ordinatorum, exhibuit ſyſtema, Logicam & Philoſophiam moralem comprehendens. Acceſſere Hiſtoria philoſophica & index locupletiſſimus. Editio noua & emendatior Amſtelodami 1733. prodiit in 8. nec ſine voluptate legi poterit, partim ob cogitationum rectitudinem, partim ob dictionis purae, concinnae

&

## §. XVIII.

Qui philoſophiae diſciplinas ad mentem WOLFII explanauere, haud pauci commemorandi ſunt. Primus hac in re deſudauit (v) M. F. C. B. in opere inſcripto: *Erſte vnd vornehmſte Gründe der Weltweiſsheit, wie ſo wohl die Studirende Iugend vor denen Academiſchen Iahren, als auch ein den Studien ergebenes Frauenzimmer gedachte Gründe auf eine leichte Art faſsen vnd erlernen kan*; edit. 1724. in 12. locus impreſſionis vero eſt omiſſus. Per reſponſiones & quaeſtiones propoſita ſunt omnia, cumque principiis Wolfii

& caſtigatae venuſtatem mirificam. Deinde Ius Naturae ac Gentium addidit, de quo infra erit agendi locus. Addimus PHILIPPI FRIDERICI HANE, viri doctiſſimi, *Tentamina Philoſophiae Eclecticae*, in quibus tum recta philoſophiam addiſcendi via panditur, tum etiam aliorum philoſophorum placita, qua par eſt, modeſtia expenduntur. Roſtochii & Lipſiae 1729. in 8.

(v) Iam anno ſeculi huius XVII. LVCAS GEIGERVS relationibus eruditorum publicis Lipſienſibus inſeri curauit, ſe complexum Scientiarum Philoſophicarum, ex praelectionibus, vſui recitationum paedagogicarum in tabulas compendiarias redacturum; neſcimus vero, quo fato interruptum fuerit opus inchoatum. Vid. Excellentiſſimi Ludouici *Ausführlicher Entwurff einer vollſtändigen Hiſtorie der Wolffiſchen Philoſophie* Cap. XI. pag. 143.

fii prorſus conueniunt, licet rationalis tantum philoſophia ſit ſuccincte adornata pariter atque enucleata. Secundum locum tenet LVDOVICVS PHILIPPVS THVMMIG acerrimi iudicii philoſophus, τον εν τοις αγιοις, qui anno 1725. *Inſtitutiones philoſophiae Wolfianae* in vſus Academicos adornatas, duobus Tomis in 8. ex officina Rengeriana prodire iuſſit. Tomus primus theoreticam philoſophiam omnem, Logicam nempe, Metaphyſicam & Phyſicam experimentalem pariter ac philoſophiam naturalem, ſolide, dilucide, apte explanat. Tomus ſecundus Inſtitutiones philoſophiae practicae vniuerſalis; Inſtitutiones Iuris naturalis, tam ethici quam politici; philoſophiae moralis ſeu ethicae; philoſophiae ciuilis partis oeconomicae & partis politicae, exhibet. Tanta cogitationum rationumque ſubtilitate Wolfii mentem explicauit, vt omnibus ſapientiae myſtis non poſſit eſſe non ſummopere gratiſſimus labor ab eo ſuſceptus. (w) Deinde NICOLAVS ENGELHARDVS Inſtitutiones Philoſophiae Theoreticae Groningae 1732.

(w) Vid. *Kurtze Hiſtorie der vormahligen vnd gegenwärtigen Gelahrtheit derer Heſſen* Trimeſtri III. Anni 1725. pag. 394. ſqq. & in Trimeſtri I. Anni 1726. pag. 115. ſqq. *Acta Eruditorum* An. 1725. pag. 230. ſqq. & A. 1726. pag. 265. ſqq. Aliis etiam ſcriptis nominis celebritatem eſt conſecutus, de quibus alibi.

1732. in 8. iuris fecit publici. Tomus hic primus Logicam complectitur & Metaphyſicam. Inſtitutionum autem Philoſophiae Theoreticae tomus poſterior, philoſophiam naturalem ſiue phyſicam continens, cum tabulis aeneis Gröningae 1734. 8. impreſſus eſt. (*vv*) Prae ceteris Io. CHRISTOPH. GOTTSCHED P. P. O. vir laude florentiſſimus, perpetua ἐξηγήσει philoſophiae doctrinas, omnes prorſus, illuſtrauit in *Erſten Gründen der geſammten Welt-Weisheit, darinn alle philoſophiſche Wiſſenſchafften in ihrer natürlichen Verknüpffung abgehandelt werden, zum Gebrauch Academiſcher Lectionen entworffen* Lipſiae 1734. II. Tom. in 8. cum figuris aeneis. Tomus primus ibidem auctus & perpolitus recuſus eſt 1735. & ſecundus 1736. in 8. atque ita declarauit ſane Gottſchedius, ſe philoſophiam, non vanam illam, & quae ad oſtentationem pertinet, ſed cordatam & maſculam Wolfii doctrinam, penetraſſe altiſſime. Accedit dicendi vis & ſtili elegantia, quam variis probatam olim dedit documentis. IOANNES NICOLAVS

(*vv*) Laudem, quam adeptus eſt dudum vir grauiſſimus Engelhardus, augebit mirifice philoſophia practica, quae adhuc in deſideriis fuit eruditorum.

LAVS FROBESIVS, Helmſtadienſium profeſſor ordinarius, anno 1734. *breui ac dilucida ſyſtematis Philoſophiae Wolfianae delineatione*, ſuccinctis tabulis comprehenſa, luculentis obſeruationibus paſſim illuſtrata, & panſophiae vel ſapientiae humanae generatim ſpectatae delineatione locupletata, in 4. typis expreſſa, plauſum tulit praecipuum, vti reliqua viri huius doctiſſimi ſcripta cedro digniſſima. CHRISTOPHORVS ANDREAS BVTNERVS, geniis ſupra vulgus elatis, qui hoc tempore claruerunt, accenſendus, *Curſu Philoſophico*, omnes Philoſophiae partes complectente, Halae in II. Tom. in 8. edito, profitetur dogmata Wolfii. (x) IOANNES AVGVSTVS ERNESTI *Initia doctrinae ſolidioris* in duas partes diuiſa conſcripſit, prior 1734. 8. poſterior 1735. 8. typis exarata eſt. Prima mathematicarum & philoſophicarum nonnullarum diſciplinarum elementa, ordinis tamen Wolfiani non habita ratione, continet. Stilo compto concinnauit philoſophiam, vt Ciceronianis

(x) Interſperſae ſunt paſſim materiae, ab aliis philoſophis vix vnquam propoſitae. Huc referimus doctrinam de diabolo, ſpectris variisque ſpirituum ſpeciebus. Nimius videri poſſet hac in re, niſi ex zelo gloriae Dei & veritatis reuelatae oratio illius proficiſceretur. Conf. *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen* A. 1734. pag. 445. ſequ.

nianis arridere poſſit; dolemus modo vicem eorum, qui, ob linguae elegantiam huic libro adhibitam, interpretari conantur eum, quum tamen minime ſint inibuti iis litteris, quibus doctores philoſophiae eſſe tincti debent. Conf. *Bibliotheque Germanique* A. 1737. Tom. XXXVII. Art. IV. pag. 91. ſqq. Illorum ad exemplum M. Io. HENRICVS WINCKLERVS *inſtitutiones Philoſophiae Wolfianae* vtriusque contemplatiuae & actiuae, vſibus academicis accommodatas, typis exſcribi curauit Lipſiae 1735. in 8. (*y*). Exaſciati iudicii iuxta & puri ſtili, non tamen adfectati, egregium monimentum iisdem poſuit auctor doctiſſimus, quem dudum magni fecimus. Agmen claudit FRIDERICVS CHRISTIANVS BAVMEISTER, qui *philoſophiam definitiuam*, hoc eſt definitiones

(*y*) Rüdigeri rigidus olim ſatelles vir praeclariſſimus fuit; ſed cum animum ad philoſophiam docendam applicaret, a Rüdigero rogabatur, vt ſe Ienam conferret confutatum doctrinas Wolfii; hinc Wolfii ſcripta germanica ſumma cura noſter excutiens, quo obſequentior erat Rüdigero, in effatis Wolfianis examinandis, eo maior, disquiſitione continuata, difficultas enaſcebatur, illius conſilio ſe attemperandi. Adeoque demum Rüdigeri ſepoſita philoſophia, Wolfianam fuit profeſſus. vid. praefatio eius ad inſtitutiones Philoſ. Wolf. ſtatim ſub initium.

nes philoſophicas, ex ſyſtemate celeberrimi Wolfii in vnum collectas, ſuccinctis obſeruationibus, exemplisque perſpicuis illuſtratas, & a nonnullis exceptionibus vindicatas, Wittebergae 1735. in forma quadruplicata emiſit in lucem; hoc ſucci plenum opus tyronibusque vtile, haud vlla indiget commendatione. Excellentiſſimi SAMVELIS CHRISTIANI HOLLMANNI, fautoris & collegae noſtri maxime colendi, *inſtitutiones philoſophicae* in vſum auditorum conſcriptae, numerantur a plurimis ad eas quae Wolfiana ſapiunt dogmata. Sed ſatius eſt, tacere de libris amicorum, quos inter virum celeberrimum refero, quam dicere pauca. Nemo adeo inſanit, vt non ſentiat, varias notiones in Hollmanniano ſyſtemate contineri, quae Wolfii adſertis repugnent (z).

§. XIX.

(z) A. 1727. *Wittebergae* Tomus I. Logicam & Metaphyſicam complectens, in 8. prodiit; Tomus II. Phyſicam, Pneumaticam & Theologiam Naturalem continens, 1728. illum excepit. Tertium addere Tomum, in eoque pertractare vniuerſam philoſophiam practicam conſtituerat auctor celeberrimus, ſed quoniam de noua & vberiori in omnem philoſophiam introductione cogitare coeperat, tertius iſte Tomus non fuit compoſitus. Hinc nouum & a priori plane diuerſum opus meditans, tomum huius primum Wittebergae 1734. emiſit

## §. XIX.

Vltimo tandem loco memorandi etiam ſunt Scriptores *philoſophiae corruptae*, quorum principia ad Naturaliſmum potius inclinant. THOMAS HOBBESIVS in politicis maxime claret, nec tamen ab omni Naturaliſmi culpa eſt immunis. Prodierunt eius *opera* coniunctim *Amſtelodami* 1668, 4. inter quae *Leuiathan* (*a*) ſcriptum maxime eſt

emiſit in lucem ſub tit. *Paulo vberior in omnem Philoſophiam Introductio, ordine, quam maxime fieri potuit, concinno adornata.* Qui tomus Logicam & Metaphyſicam explanat. Secutus eſt hic Gottingae 1737. Tomus II. qui Philoſophiam Naturalem enucleat. Iam tertius ſub prelo ſudat eiusdem vberioris introductionis tomus, qui Pneumatologiam cum Theologia Naturali, tum & Philoſophiam moralem cum iure naturali explicabit, finemque operi imponet.

(*a*) Materialiſmi nomine male audit ob hunc librum, vid. *The true State of the Caſe about matter's thinking*, auctore HVMPHREY DITTON, quem libellum addidit: *The new Law of Fluids; or, a Diſcourſe concerning the Aſcent of Liquors, in exact geometrical Figures, between two nearly contiguous Surfaces.* edit. Londini 1731. 8. In hiſtoria & antiquitatibus vniuerſitatis Oxonienſis ANTONII A WOOD Lib. II. pag. 377. verba ita ſeſe habent: „ Quod a munere tempus habuit vacuum, conſumſit in ſcribendo librum monſtroſiſſimum, qui nunc non ſolum in Anglia, „ ſed in vicinis gentibus quoque publico damno notiſſi-

eſt noxium, in quo Naturaliſmi ſemina ſparguntur. Exſtat *vita Hobbeſii* a RICHARDO BLACKBVRN (*b*) conſcripta, & *Carolopoli apud Eleutherium Angelum ſub ſigno veritatis* 1681. 12. & 1681. 4. edita, a FRIED. quoque CASP. HAGENIO *memoriis philoſo-*

tiſſimus eſt, nomine *Leviathan.* „ Qui liber Londini 1651. angl. & Amſtelodami lat. 1668. prodiit, vt & appendix ad Leviathan, ibid. Reliqua ſcripta Hobbeſii, ad Bibl. ſpectantia philoſophicam, ſunt: Examinatio & emendatio Mathematicae hodiernae VI. Dialogis Londini 1660. Amſtelodami 1668. Dialogus Phyſicus, ſeu de Natura aeris Lond. 1661. Amſtel. 1668. Quaeſtiones de libertate, neceſſitate & caſu, contra Doctorem Bramhall, epiſcopum Derenſem Lond. 1656. De corpore politico, ſiue Elementa iuris Lond. 1650. Elementorum philoſophiae ſectio prima de corpore Part. IV. Londini 1655. ibid. 1656. & Amſtelodami 1668. De principiis & ratiocinatione Geometrarum, Amſtelod. 1668. Opera philoſophica, quae latine ſcripſit, omnia Amſtelodami 1668. in 4. II. Tom. prodierunt.

(*b*) Non BLACKBVRN nec BLACKBVRNIVS auctores ſunt biographiae Hobbeſianae, vti illuſtris STRVVIVS in *introductione ad hiſtoriam rei litterariae*, COLERVS & LOTTERVS aliique viri arbitrantur clariſſimi, ſed JOANNES AVBREY Londini degens; & BLACKBVRN eſt translator. Germanice eandem reddere vitae deſcriptionem promiſit quidam Hamburgenſis, ſed neſcio, an ſteterit promiſſis. vid. *Niederſächſiſche Neue Zeitungen von gelehrten Sachen auf das Jahr* MDCCXXIX. pag. 630. Lectu ſane digniſſima eſt, & praecipua quaedam hiſtoriae philoſophicae continet monimenta.

*ſophorum* inſerta pag. 69--125. (*c*) Iungendus illi eſt BENEDICTVS de SPINOZA, Chriſtianae doctrinae magnus hoſtis, ſicut ex libris ipſius *de libertate philoſophandi in Theologicis*, atque *libro ethico* adparet. (*d*) Celeberrimus tamen vir, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, demonſtrauit, Spinoziſmum

(*c*) De *vita & ſcriptis* HOBBESII conſulantur etiam *Memoires des hommes illuſtres* Tom. IV. pag. 66. Inter defenſores multorum placitorum huius philoſophi memorandus eſt IOANNES CHRISTIANVS BECMANNVS in *politicis parallelis*, quarum IV. diſſertatio refellit PVFENDORFFIVM. Add. venerandus noſter HEVMANNVS in *Actis Philoſophorum* Vol. I. pag. 27. & 445. NICOLAVS HIERONYMVS GVNDLINGIVS in diſſertatione de ſtatu naturali Hobbeſii in corpore iuris ciuilis defenſo & defendendo. Halae 1716. Aduerſarios eius exhibet auctor *Bibliothecae iuris imperantium quadripartitae*, ſiue commentationis de ſcriptoribus iurium, quibus ſummi imperantes vtuntur, Naturae & Gentium, publici, vniuerſalis & principum priuati edit. 1727. 4. Norimbergae.

(*d*) SPINOZAE *tractatus theologico-politicus* huc praecipue ſpectat, editus eſt ſub variis titulis, e. c. ſ. t. *La clef du Sanctuaire*, *Lugd. Batav.* 1678. 12. item ſ. t. *Traités des Ceremonies ſuperſtitieuſes des Juifs*. *Amſtelaedami* 1678. 12. Nec non ſub titulo: *Reflexions curieuſes d'un eſprit desintereſſé ſur les matieres les plus importantes au ſalut*. Latine prodiit *Hamburgi* 1670. 4. liber, cui index: *Philoſophia ſcripturae interpres exercitatio paradoxa*, in qua *veram philoſophiam infallibilem S. litteras*

ziſmum fuiſſe ante Spinozam, ſingulari diſſertatione, quae *Halae* prodiit 1701. 4. (*e*). Biographos Spinozae recenſuit cel. Io. FABRICIVS in Bibliothecae Part. IV. pag. 61. ſequ. Praeſtantiſſimus illorum eſt Io. COLERVS, qui edidit *la vie de Spinoza tirée des ecrits de ce fameux philoſophe, à la Haye* 1706. 12. (*f*) ex quo ſua decerpſit REIMANNVS in *hiſt. theol. Iudaicae* Lib. I. Cap. XVIII. §. XXXVI. ſeq. pag. 632. ſeq. Cur Iudaiſmum reliquerit, ex ore STVRMII lepidam hiſtoriam narrat cel. Io.

*teras interpretandi normam eſſe, apodictice demonſtratur, & diſcrepantes ab hac ſententiae expenduntur ac refelluntur.* Eleuthropoli 1666. impia continet multa, & plane conuenit cum Spinozae ſyſtemate omnis iſta tractatio.

(*e*) In *Analectis* pag. 308.

(*f*) A pluribus eſt refutatus Spinoza, nonnullorum inter eos ſcripta COLERI vitae Spinozae edit. Hagae Comitum 1731. in 12. addita ſunt. Conf. *Memoires de Trevoux* Ann. 1705. Tom. IX. pag. 358. & Ann. 1707. pag. 94. *Vnpartheyiſche Bibliothec.* KOCHIVS in *Obſerv. Miſcell.* Tom. I. pag. 343. *Bücher-Saal* Tom. IV. pag. 731. NICERON Tom. XIII. pag. 30. *Vnſchuldige Nachrichten* A. 1706. pag. 75. *Acta eruditorum Germanica* Part. CLXXIII. & paſſim. PETRVS BAELIVS in Epiſtolis, quas edidit excellentiſſimus DES MAIZEAVX. WOLFIVS in *Bibl. Ebr.* CHRIST. KORTHOLTVS de *tribus impoſtoribus magnis.* GOTTLIEB FRIDERICI IENICHEN *hiſtoria Spinoziſmi Leenhoffiani* edit. Lipſiae 1707. in 8.

Io. MICH. LANGIVS in diſſ. *de genealogiis Iudaicis* §. LXXVI. pag. m. 91. adde *les memoires de Mr.* ANCILLON Tom. II. pag. 154. collat. pag. 99. ſeq. & STOLLIVM (*g*) l. c. P. II. Cap. I. §. XCVIII. pag. 413. ſequ. Huc referenda etiam eſt IOSEPHI FRANCISCI BORRI philoſophia, (*h*) de qua tamen ſpeciatim dicendi occaſio erit, dum *de libris prohibitis* agemus. Conf. interea noſtra *introductio in rem litter.* Cap. IX. & adde *ſupplementa* pag. 147. ſeq. iunctis cel. COLERI *analectis* pag. 164. ſequ. BORRVM alii ſcribunt BVRRHVM; clar. H. A. GROSCHVFIVS ſuae *librorum rariorum conlectioni* Faſcic. I. pag. 243--282. inſeruerat ſchedam rariorem, *gentis Burrhorum notitia antiqua* inſcriptam, & varia in notis adſperſerat, ad noſcendum hunc hominem penitius facientia. Addidimus ad haec *pa-*

(*g*) Philoſophiam Carteſianam errorum Spinozae cauſam non eſſe, ſupra obſeruauimus. Add. WACHTERI *Spinoziſmus im Iudenthum* ibidem citatus.

(*h*) Adſcribuntur tamen corruptae philoſophiae haud pauci innocentes planę, quorum cauſam plures egerunt, quosque prae ceteris ſe defenſurum promiſit IOANNES IACOBVS ZIMMERMANNVS, Hiſtor. Eccleſ. vt & Iuris Nat. ac Gentium Prof. Publ. vid. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* 1737. Num. LXI. pag. 540. & SCHELHORNII *Amoenitates litter.* paſſim; ſpecimina quoque extant varia in *Muſaeo Bremenſi.*

*paralipomena* in *actis Litterariis noſtris* ex *MStis* Tom. II. Faſcic. I. pag. 19-31 & Faſcic. IV. pag. 377--380. alia communicauit cl. TILGNERVS. Quibuscum iam conferenda ſunt *Analecta* cl. *Schelhornii* in *Amoenitatibus litt.* Tom. V. num. VI. pag. 141--163. tradita. Nobis id ſaltim monuiſſe liceat, circa idem fere tempus, quo tomus hic quintus in lucem exiit, vulgatum eſſe *Berolini* 1726. 4. 3. plag. IOACH. ERNESTI BERGERI leue ſatis *de libris rariori-bus* ſchediaſma, cuius pag. 22. ſequ. eaedem HOLSTENII ad BOECLERVM *de Burrho* litterae exhibentur, (& primum quidem, quod gloriatur auctor, & ex *αυτογραφω*) quae a SCHELHORNIO pag. 149. ſeq. collocata ſunt. Ad catalogum philoſophorum exoſorum, de quibus ex philoſophia Graecorum veteri diſſeruit cel. GODFR. OLEARIVS *Lipſiae* 1692. referuntur etiam, praeter iam allegatos, (*i*) HIERONYMVS CAR-

(*i*) Ad *philoſophos exoſos* inter recentiores pertinet IORDANVS BRVNVS, qui libro de *immenſo & innumerabilibus* ſe inuiſum reddidit, hinc Romae anno 1600. damnatus, in flammas coniectus eſt, licet atheismi impia placita demonſtrari ex ſcriptis eius nequeant. Vid. *Memoirs of Litterature* Vol. II. pag. 243. Art. LII. De genere, loco & tempore mortis infelicis huius philoſophi conſulatur quoque

quoque *A Collection of ſeveral Pieces of* Mr. IOHN TOLAND edit. Londini 1726. 2. Vol. in 8. *Spaccio della Beſtia Trionfante, propoſto da Gioue, Effettuato dal Conſegh, Reuelato da Mercurio, Recitato du Sophia, Vdito da Saulino, Regiſtrato del Nolano. Diuiſo in tre Dialogi ſubdiuiſi in tre parti: Conſecrato & molto illuſtre & excellente Caualliero Sig. Philippo Sidneo, Stampato in Parigi* 1584. qui liber tamquam monſtrum horrendum ingens a multis deſcribitur, atheiſmum quoque continere debet ex eorum ſententia, licet vix vnquam id probari poſſit. Codex hic impreſſus inter rariſſimos numeratur; adſeruatur quoque exemplar illius in Bibliotheca Bodleiana, cui inſcripta ſunt ſequentia: *This Book was ſold for 27. L. in the Auction of Mr. Charles Bernardis Books in April 1711. Mr. Clauell of the Middle - Temple bought it.* PETRVS ARETINVS in eodem cenſu eſt, ob librum de tribus impoſtoribus vulgo illi adſcriptum, quum tamen liber iſte impius, quem legi perlegique in Bibliotheca illuſtriſſimi olim ablegati ad magnae Britanniae reges Georgium I. & Georgium II. liberi Baronis de Thoms, potius auctorem habeat Petrum de Vineis, vti inſcriptio huius MS. teſtatur; multis vero de cauſſis adductus, in ea ſum ſententia, recentiori aetate librum iſtum eſſe concinnatum; & ob lucri turpis cauſſam ab impoſtore pro antiquo impietatis monimento eſſe venditum. Hinc nec POGGIVS ſiue BRANDOLINVS hoc nomine anathemate eſt dignus, licet TOBIAS WAGNERVS in examine elenchtico atheiſmi ſpeculatiui Cap. IV. §. XXII. pag. 8. ſqq. tamquam reum & conuictum tam Poggium quam Aretinum auctorem libri de tribus impoſtoribus iudicet. Conf. tamen IVST. CHR. THOMASII vita Franciſci Poggii & merita. Wittebergae 1713. qui quidem meticuloſa & anilia multa de eo litteris con-

conſignauit. add. Epiſtola ſumme venerandi BALTHAZAR, Gryphiswaldenſium theologi, in *Recueil de Litterature, de Philoſophie & d'Hiſtoire* pag. 33. Plures eiusmodi maculae philoſophos IOANNES MVLLERVS in atheismo deuicto; Io. FRIDEMANNVS SCHNEIDERVS in *Icone Atheorum*; THEOPHILVS SPIZELIVS in *ſcrutinio atheismi hiſtorico-aethiologico* pag. 17. ſqq. Io. PETRVS GRÜNEBERGIVS *in Atheorum religione prudentum*; M. FVCHSIVS in diſſert. de mancipio phantaſiae, Lipſiae conſcripta, notant. Comes de PASSERAN bilem mouit multorum, qui in Italica lingua inſulſum condidit librum *de morte*, quem MORGAN in Anglicam tranſtulit linguam ſ. t. *A philoſophical Diſſertation vpon Death*, in qua craſſioris materialismi & Atheismi principia fallacia manifeſte exponuntur, ac pro veris venduntur; prodiit *Londini* 1733. & translator pariter atque auctor detecti in carceres coniecti ſunt. Corruptoris philoſophiae nomen mereri quoque conatus eſt DIPPELIVS, ſeu CHRISTIANVS DEMOCRITVS, ſed euentus non reſpondit optatis. Nota eſt huius *Analyſis Cramatis Harmonici Hyper-Metaphyſico-Logico-Mathematica*, &c. contra ſyſtemata CARTESII, SPINOZAE & LEIBNIZII, 1729. in 4. in indice libri ſe appellat Theologum, Medicum, Iuridicum, Mathematicum, Logicum, Metaphyſicum & Ontologum per ignem; omiſit autem notum illud: tantum ſcit in vno, quantum ſcit in altero. Editio ſecunda ſcripti illius 1734. in 4. impreſſa eſt, ſed ſtatim refutata in libello, cui titulus: *Fictiones recentiores* CHRISTIANI DEMOCRITI, *Ontologi per ignem*, & IOACHIMI LANGII, *D. & Pr. Th. P. aduerſus nonnulla Philoſ. Wolffianae capita, recenſitae & refutatae a* Philoſopho per lumen rationis. *Francofurti & Lipſiae* 1735. in 8. vid. etiam *Prodromum Analyſeos*

CARDANVS, cuius *opera* ſigillatim ſaepius, iunctim etiam *Lugduni* cura *Car. Sponii* 1663. X. Tom. fol. liber vero *de vita propria Pariſiis* 1643. in 8. & *Amſtelod.* 1654 in 12. prodierunt. (*k*) PETRVS POMPONATIVS va-

*lyſeos philoſophicae*, quâ viri, male celebris, CHRISTIANI DEMOCRITI, Analyſis Chymica trium ſyſtematum philoſophicorum, Carteſiani, Spinoziani & Leibnitio-Wolfiani, breuiter examinatur, Praeſide ANDREA RYDELIO, Prof. Publ. & Reſp. ANDREA NELANDRO, *Lund. Scand.* 1731. in 4.

(*k*) HIERONYMVS CARDANVS in arithmetica multa inuenit, & *Iudiciariae*, quam vocant, apud multos fidem adſtruxit, dum certiora per eam, quam ex arte potuerint, plerumque promeret. Verum extremae amentiae fuit, imo impiae audaciae, aſtrorum commentitiis legibus verum aſtrorum dominum velle ſubiicere. Quod ille tamen exarata Seruatoris noſtri genitura fecit. Vid. THOV & TEISSIER in Elogiis Tom. I. pag. 455. Tom. II. pag. 255. VOSSIVS de *idololatr.* Lib. III. Cap. LXXX. SAMVEL PARKER in Diſp. de Deo Diſp. I. Sect. XXV. qui eum non atheum, ſed fanaticum compellauit. Ego quidem in diſputatione Philoſophica de Diuinatione II. in academia Fridericiana A. 1734. habita, §. X. planetariis & erraticis ſophis pag. 20. illam adſcripſi, ibique ob oculos poſui eius generis fraudes varias. Si omnia euentu eſſent comprobata, quae Cardanus praedixit; illi profecto virtus ſingularis tribuenda eſſet diuinandi, quum mirabilia prorſus ſint, quae de ſe ipſo tradidit poſteris, de *rerum varietate* Lib. VIII. Cap. XLIII. ſed repugnantia illis ineſſe, & mendaciorum ingen-

variis ſcriptis clarus, de quibus conſuli poteſt Io. BOVRDELOTIVS in *Nomenclatore operum Pomponatii euulgatorum & MStorum, Pariſiis* 1633. 8. &M. Io. GOTTL. OLEARIVS in diſſert. *de Pomponatio, Ienae* 1709. (*l*). IVLIVS CAESAR VANINVS, (*m*) de cuius *vita, fatis* & ſcriptis, idem OLEARIVS *Ienae* 1708. duabus egit diſſertationibus. Legendus eſt etiam Io. MAVRITII SCHRAMMII de illo tractatus ſingularis, *Cu-*

tem multitudinem, probarunt NAVDAEVS in *Apologie pour les grands hommes* &c. Cap. XIV. pag. 348. SCALIGER in *Prolegom. ad Manilium*, GASSENDVS *Phyſicae* Sect. II. Lib. VI. Tom. I. opp. pag. 745. Alios in dicta noſtra diſputatione expoſuimus.

(*l*) Olearius Pomponatium omni animi contentione pariter atque argumentorum grauitate vindicat, liberatque ab horrendis, quorum eum coarguerunt Ariſtotelici nonnulli, criminibus; ſpeciatim atheiſmi macula infami. PAPADOPOLI hiſtoria Gymnaſii Patauini hanc in rem inprimis legi meretur. De editionibus diuerſis libri ipſius: *De immortalitate animae*, vid. *Hiſtoire d'un Voyage Litteraire* pag. 36. ſq. edit. Hagae Comitum 1735. in 12. Opera omnia philoſophica Pomponatii Venetiis 1525. in folio impreſſa ſunt.

(*m*) Caeſar atheorum Vaninus plerumque adpellatur. *Amphitheatrum prouidentiae diuinae* Lugduni 1615 II Vol. in 8. editum, eum damnare debet, ſed conf. *Entretiens ſur diuers ſuiets d'Hiſtoire, de Litterature, de Religion & de Critique*, add. REIMANNI Hiſtor. atheiſmi Sect. III. Cap. IV. §. XIII pag. 370. ſqq. In philoſophia vero plane non verſatum ſe eſſe declarauit,

*Cuſtrini* 1709. 8. editus, & *la vie & les ſentimens de Vanini, à Rotterdam* 1717. 8. qui liber DVRANDVM aliquem auctorem habet. *Apologiam Vanini Coſmopoli* (*n*) *typis Philaletheis* 1712. in 8. ανονυμως vulgauit PETR. FRIED. ARPIVS, quacum confer, quae ipſe in *Feriis aeſtiualibus* ſcripſit Part. I. §. XL. pag. 28. THOMAS CAMPANELLA huc denique pertinet, qui *de libris propriis & recta ratione ſtudendi* libellum compoſuit *Paris.* 1642. 8. excuſum. *De vita illius & philoſophia* commentarium ſingularem ſcripſit vir cl. ERNEST. SALOMO CYPRIANVS, *Amſtelod.* 1705. 8. & 1722. 12. ibidem repetitum, (*o*) conf. & cl. FELLERI *monimenta inedita* trimeſtri XII. pag. 636. plures iam tacemus. CA-

rauit, conf. *Recueil de Litterature* pag. 26. edit. HagaeComitum 1730.

(*n*) i. e. Roterodami vid. *Neue Bibliotheck* P. XXI. pag. 64. ſqq.

(*o*) Huius libri initium fuit programma Helmſtadii 1700. 4. editum. CAMPANELLAE vero *de libris propriis* ſcriptum modo laudatum reperitur etiam in collectione ſcriptorum de ſtudiis inſtituendis Elceuiriana, Amſtelodami 1645. 12. Num. XIII. pag. 368. ſequ. Vid. de eo etiam ERYTHRAEVS in *Pinacotheca* Vol. I. Num. XXI. & NICERON in *Memoires des hommes illuſtres* Tom. VII. p. 67. Quae IOANNES ALBERTVS FABRICIVS ad excuſandum Campanellam adtulit, digna ſunt, quae legantur in *Syllabo Scriptorum* de veritate religionis Chriſtianae pag. 341. Agitatus quoque fuit con-

trouerſiis de auxilio gratiae, & laceſſitus a multis grauiter vid. *Hiſtoriae Congregationum de auxiliis gratiae diuinae* ſub ſummis pontificibus Clemente VIII. & Paulo V. libros quatuor, auctore AVGVSTINO le BLANC, S. Theol. Doct. Louanii 1700. in fol. Lib. IV. Cap. XXII. col. 727. ibidem philoſophus, aſtrologus & medicus praeſtantiſſimus appellatur Campanella.

# CAPVT TERTIVM
## DE
# SCRIPTORIBVS
## QVI HISTORIAM PHILOSOPHICAM, METHODVM TRACTANDI, PAEDIAS, SYSTEMATA ET CONTROVERSIAS PHILOSOPHICAS,
## SCRIPSERVNT.

§. I. *De Scriptoribus hiſtoriae Philoſophicae in genere.* §. II. *De ſcriptoribus philoſophiae Barbaricae in genere.* §. III. *De ſcriptoribus philoſophiae Indorum, Perſarum & Sinenſium.* §. IV. *De ſcriptoribus philoſophiae Arabicae atque Turcicae.* §. V. *De ſcriptoribus philo-*

*loſophiae Ebraeorum.* §. VI. *De ſcriptoribus philoſophiae Aegyptiorum.* §. VII. *De ſcriptoribus philoſophiae Suecorum, Gallorum & Germanorum.* §. VIII. *De ſcriptoribus philoſophiae Graecorum mythicae.* §. IX. *De ſcriptoribus philoſophiae Pythagoreae.* §. X. *De ſcriptoribus philoſophiae Socraticae.* §. XI. *De ſcriptoribus philoſophiae Platonicae.* §. XII. *De ſcriptoribus philoſophiae Ariſtotelicae & ſcholaſticae.* §. XIII. *De ſcriptoribus philoſophiae Stoicae.* §. XIV. *De ſcriptoribus philoſophiae Epicureae & Scepticae.* §. XV. *De ſcriptoribus philoſophiae Rameae & Carteſianae.* §. XVI. *Scriptores polemici, qui vel conſenſum vel diſſenſum certae ſectae monſtrarunt.* §. XVII. *De ſcriptoribus, qui methodum ſtudii philoſophici inſtituendi ſcripſerunt generatim.* §. XVIII. *De ſcriptoribus, qui philoſophiam Wolfianam addiſcendi modum praeſcripſerunt, ſpeciatim.* §. XIX. *De iis, qui paediam philoſophicam & alia huic inſtituto inſeruientia ſcripta ediderunt.* §. XX. *De iis, qui ſyſtemata ſcripſerunt.*

## §. I.

Hiſtoriam philoſophicam ex veteribus explicauit PLVTARCHVS *de placitis philoſophorum*, qui liber inter alia eius opera graece & latine ex interpretatione HERMANNI & GVILIELMI XYLANDRI edita, prodiit *Francofurti*. 1620. f. (*a*) Huc etiam pertinet GALENI (ſiue AETII) liber περὶ φιλοσοφου ἱστοριας, quem IVLIVS MARTIANVS ROTA latine vertit. *Vnum idemque eſſe ſcriptum* cum PLVTARCHI allegato, *ſed neutrum integrum*, docet FABRICIVS *Bibl. graec.* Lib. IV. Cap. XI. Num. CVIII. Multa etiam tradit *compendium hiſtoriae philoſophicae antiquae*, ſiue φιλοσοφουμενα, quae ſub ORIGENIS nomine circumferuntur, edita primum ex codice bibliothecae Mediceae a IAC. GRONOVIO in *theſauro antiqu. graec.* Tom. X. iam vero recognita & notis doctiſſimis illuſtrata paſſimque correcta a Io. CHRIST. WOLFIO *Hamburgi* 1706. 8. Altera iam etiam των φι-

[*a*] DE LA MOTTE LE VAYER in *Problemes Sceptiques*, Plutarchi illum librum multis in locis enucleat atque explanat. Clariora longe videbuntur omnibus a Vayerio hanc in rem dicta, quam a Plutarcho ipſo; vti ille generatim lucem adfundit infinitis antiquitatis philoſophicae monimentis.

φιλοσοφημενων prodiit correctior, & plurimis notis atque praefatione auctior editio, qua contra cel. C. A. HEVMANNVM oſtenditur, DIDYMVM ALEXANDRINVM huius ſcripti auctorem non eſſe, *Hamburgi* 1716. Secuti ſunt PLVTARCHVM DIOGENES LAERTIVS (*b*), EVNAPIVS, HESYCHIVS, & PHILOSTRATVS, de quibus ſupra Cap. I. §. III. dictum eſt. Conferendus heic erit, quem iam l. c. commendauimus, Catalogus *Ionſianus*, immo integer ipſius liber *de ſcriptoribus hiſtoriae philoſophicae* in pertractando hoc argumento abſoluitur. Ceterum primam omnium THEANO, PYTHAGORAE ſiue vxorem, ſiue filiam, ſiue diſcipulam, *hiſtoriae philoſophicae ſpecimen* dediſſe, dum vitam huius ſapientis compilaret, obſeruatur in *actis phil.* Part. I. Cap. VII. §. VIII. IX. X. pag. 178. collat. Part. XII. Diſſ. I. §. I. Ex recentioribus huc faciunt IOANNES LVDOVICVS VIVES *de initio, laudibus & ſectis philoſophorum*, qui libellus exſtat in To-

[*b*] De Laertio paullo ante diximus; addere liceat, fidem eius dubiam declaraſſe auctorem libri inſcripti: *Reflections upon ancient and modern philoſophy and of the uſe that is to be made there of in Religion translated out of French by A. L.* in praefatione fol. 2. ſqq.

Tomo I. operum. (c) IEREMIAS PADVANVS *de auctoribus ſententiarum & libris eorum*, *Venetiis* 1505. 8. IOANNES ANTONIVS FLAMINIVS *de origine philoſophiae ac philoſophorum ſectis*, GVILIELMI MORELLII, (d) *Tiliani*, *tabula compendioſa de origine*, *ſucceſſione*, *aetate & doctrina veterum philoſophorum*, *Baſileae* 1580. 8. cui addita eſt ſeries philoſophorum & ſectae eorum praecipuae, a Thalete & Socrate inprimis vsque ad Ciceronem deductae a DAVIDE CHYTRAEO, cum Commentariis HIERONYMI WOLPHII. Recuſa eſt *tabula* MORELLII Tomo X. *Antiquitat. graecar.* GRONOVII pag. 346. Sciagraphiam eius cum επιχρισει exhibet cel. REIMANNVS in *Idea Syſtem. antiquit. litt.* pag. 25 ſequ. De DESIDERII IACOTII *Vandoperani* tractatu *de philoſophorum doctrina*, vid. REIMANNVM l. c. pag. 27. THOMAS FREIGIVS libellum hunc praeſtantiſſimum *Ciceroniano* ſuo, *Baſileae* 1586. 8. excuſo, adie-

[c] VIVIS opera publicata ſunt Baſileae 1555. 11. Vol. in fol. WHARTON in appendice ad Caueum pag. 129. de iis fuſe & copioſe differit, add. *Acta Eruditorum* A. 1703. pag. 256. THOV & TEISSIER Tom. III. pag. 69. in *Elog.*

[d] De MORELLIO vid. THOV & TEISSIER in *Eloges* Tom. I. pag. 246. & Tom. III. pag. 165.

iecit; GRONOVIVS etiam illum *theſauro* ſuo Tom. X. ſed inſignibus mendis deturpatum, inſeri paſſus eſt. Locum heic quoque merentur ALOYSII PISAVRII, (*e*) Patricii Veneti, *de priſcorum ſapientum placitis ac optimo philoſophandi genere ſententiae & theoremata varia ad ingenuas diſciplinas pertinentia. Patauii* 1567. 4. curatam libri huius rarioris recenſionem dedit doctiſſimus HEVMANNVS in *act. phil.* P. X. Diſſ. VIII. pag. 635. ſeq. SCIPIONIS AQVILIANI liber exſtat *de placitis phyſicis philoſophorum, qui ante Ariſtotelis tempora floruerunt, Venetiis* 1620. 4. vid. FABRICII *bibl. graec.* Lib. II. Cap. XXIII. pag. 756. ſ. Eruditiſſimus liber eſt PAGANINI GAVDENTII *de philoſophiae apud Romanos origine ac progreſſu, Piſis* 1643. 4. editus. Poſtquam ex hoc libro rariori excerpta quaedam data fuiſſent in *Obſeruat. Halenſ.* Tom. VII. Num. IX. & XIII. integer poſthaec a doctiſſimo compilatore *Collectionis nouae ſcriptor. rarior. quae Halae* 1717. 8. prodiit, Tom.

[*e*] Piſaurius Peripatèticorum cauſſae quam maxime fauet, en verba eius §. 344. huius libri: *Soli Peripatetici inter philoſophos corona digni cenſeri debent.* Nihilominus multis in rebus, quae reliquorum philoſophorum illuſtrant fata, fidei eſt probatae.

Tom. II. & III. huius Syntagmatis inſertus eſt, & in *actis philoſ.* P. XVI. diſſ. VI. pag. 631. ſeq. recenſitus. (*f*) Secutus hoſce fuit GEORGIVS HORNIVS, cuius *hiſtoriae philoſophicae libri VII.* (*g*) *Lugduni Batauorum* 1655. 4. prodierunt, quos, cum iuuenis adhuc ſcripſerit Hornius, nec ſatis accuratos, nec perfectos ſatis agnoſcunt eruditi, conſule de hoc opere duumuiros de hiſtoria philoſophica pridem optime meritos HEVMANNVM in *actis philoſ.* Part. VI. Diſſ. V. pag. 1042. ſequ. & STOLLIVM, *hiſt. erudit.* Part. II. Cap. I. §. VII. pag. 335. ſequ. Secutus illum IACOBVS THOMASIVS (*h*) in ſcriptis variis, *praefationibus* praeſertim, quae multum habent ad hiſtoriam philoſophicam argumenti. Elegantiſſimum eſt eiusdem *ſchediaſma hiſtoricum, quo, occaſione definitionis vetuſtae, qua philoſophia dicitur γνωσις των οντων*, varia diſcutiuntur, ad hiſtoriam tum philoſophicam tum

[*f*] CHRISTIANVS FALSTERVS in *quaeſt. Roman.* pag. 249. nonnulla etiam ex GAVDENTIO depromta enarrat.

[*g*] HORNIVS antiquiorum ſeculorum tantum hiſtoriam tranſmiſit ad poſteros; minime vero recentiorum temporum geſtas a Sophis res illuſtrauit.

[*h*] IACOBVS THOMASIVS hiſtoriae philoſophicae Coryphaeus a multis dictus eſt iure meritoque. LEIBNIZIVS Epiſtolarum ad diuerſos Ep. CLXX. pag. 270. calculum illis adiecit ſuum.

tum eccleſiaſticam pertinentia, inprimis autem inquiritur in vltimas origines philoſophiae gentilis & quatuor in ea ſectarum apud Graecos praecipuarum, haereſeos item Simonis Magi, Gnoſticorum, Maſſalianorum & Pelagianorum, denique Theologiae myſticae pariter & Scholaſticae, *Lipſiae* 1665. 4. Prodiit hoc ſcriptum poſtea ſub titulo: *origines hiſtoriae philoſophicae & eccleſiaſticae*, cura CHRISTIANI THOMASII, filii, *Halae* 1699. 8. acceſſit huic editioni index Meditationum IACOBI THOMASII MStarum. Secutus eſt ABRAHAMVS GRAVIVS, qui *hiſtoriam* ſuam *philoſophicam* edidit *Franeckerae* 1674. 8. vbi plerumque in dogmatibus enarrandis eſt occupatus. (*i*) Scripſit etiam *ſpecimen philoſophiae veteris*, ibid. 1673. 8. editum. GRAVII vitam conſcripſit IAC. PERIZONIVS, *Franeq.* 1663. f. Locum ſibi heic etiam vindicat THEOPHILVS GALE, Thomae, Angli doctiſſimi, pater. In *philoſophia* enim, quam ſcripſit, *generali Lond.* 1676. 8. *hiſtoriae philoſophicae compendium* quaſi quoddam is contexuit, cuius ſumma capita in *act. phil.* Part. XVII. Diſſ.

[*i*] Grauius mirifice delectatus veterum philoſophorum ſcriptis, recentioribus ea & praefert, & a calumniis, quibus iſtorum placita afficiuntur nonnunquam, ſtrenue liberat, partium ſtudio ſaepe abreptus.

Diſſ. XI. pag. 793. ſeq. recenſentur. Eadem parte Diſſ. VIII. de DAN. HEINSII *Peplo graecorum epigrammatum, in quo omnes celebriores Graeciae philoſophi, encomia eorum, vita & opiniones recenſentur aut exponuntur, Lugd. Bat.* 1613. 4. Diſſ. IX. de BARTHOLDI FEINDS *Schaubühne der berühmteſten Weltweiſen, Leipzig.* 1702. 8. & Diſſ. X. de HENNINGI WITTENII *hiſtoriae philoſophicae compendio, memoriis philoſophorum* praemiſſo, ſententia dicitur. (*k*) GERARDI IOANNIS VOSSII librum *de philoſophorum ſectis, Hagae Comitum* 1658. 4. (*l*) editum, qui etiam legitur inter opp. *Amſt.* 1707. fol. ed. Tom. III. continuauit atque ſupplementa adiecit IOANNES IACOBVS a RYSSEL, cuius editio *Lipſiae* prodiit 1690. 4. recuſa eſt *Ienae* 1705. 4. Neque tamen adhuc perfectus eſt liber, quin multa adhuc addi poſſint. Elegantiſſima eſt THOMAE STANLEII *hiſtoria philoſophica*, (*m*) quam an-

[*k*] De Wittenio ad Cap. I. §. IV. noſtrum expoſuimus iudicium.

[*l*] Non deſunt, qui Voſſii illum librum multiplicis lectionis & induſtriae ſingularis teſtem, vt par eſt, celebrent, memoriamque eius colant; attamen non ſemper auctoritatibus veterum munita ſunt a Voſſio prolata in medium; praeterea philologum potius, quam philoſophum ſe geſſit auctor.

[*m*] *The Hiſtory of Philoſophy, containing the Liues, Opinions*

anglico idiomate conſcriptam edidit ex editione ſecunda *Londini* 1687. f. in qua non ſolum ſectae, ſed etiam vitae, dogmata & reliqua momenta philoſophorum veterum eruditiſſime deſcribuntur. Prima editio in vulgus edita fuerat *Londini* 1655. fol. & tertium a. 1701 repetita. Sequenti anno *Belgica* SALOMONIS BORRII verſio publici iuris facta eſt, & anno demum 1711. *latina* GODFRIDI OLEARII *Lipſiae* 4. prodiit, doctiſſimis ab interprete celeberrimo diſſertationibus interſtincta atque exornata. (*n*) Lege *Acta philoſophor.* Tom. I. pag. 523. ſequ. Elogium STANLEII a GVIL. VOTTONO conſcriptum cel. HEVMANNVS recentiſſimae SAMMARTHANI *elogiorum* editioni *Iſenaci* 1722. 8. abs ſe curatae, coronidis praeſtantiſſimae loco addidit. *Hiſtoriam Orientalem* ex eadem decerpſit, atque in latinum ſermonem tranſtulit IOANNES CLERICVS Amſtelodami 1690. 8. Inſeri poſthaec illam iuſſit *operibus*

*nions, Actions and Diſcourſes, of the Philoſophers of every Sect.*

(*n*) Olearii editio latinitate donata praeferenda eſt Anglicae, ob notas additas eruditiſſimas, praecipue vero eam ob cauſſam; quod Olearius cum ſumma induſtria veterum ſcripta ſemper excitauit, qua in re parum diligens Stanleius fuit. Hinc CLERICVS in Bibliotheca Selecta Tom. XXIII. pag. 221. ſqq. maximis Olearium laudibus ornauit.

*ribus philoſophicis*, ſaepius & in Belgio & in Germania exſcriptis, ceterum confer, quae ipſe *in vita ſua* (*Amſtelod.* 1711. 8.) pag. 67. ſeq. dixit. PETRI SILVANI REGIS *diſcurſus Philoſophicus*, in quo hiſtoria philoſophiae antiquae & recentioris recenſetur, Gallice ſcriptus, & ſine mentione loci 1705. 12. excuſus, etiam heic locum meretur, & hunc minime poſtremum. Conf. *Acta Philoſ.* Part. VI. Num. VI. pag. 1063. ſqq. (*o*) Nouiter demum (*p*) ſuccinctam hiſtoriae philoſophicae delineationem philoſophiae ſuae inſtrumentali praemiſit venerabilis vir, IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, (*q*) quae

(*o*) Multis de cauſſis commendandus liber, licet nimia breuitate omnia expedire ſtuduerit auctor Carteſianam Philoſophiam maximi ceterum fecit. Haec de philoſophia tractatio, praemiſſa eſt Syſtemati philoſophico edito Pariſiis 1691. 4. Batavi recudi curarunt idem opus, de quo clariſſimus COSTE in praefatione pererudite diſputauit. Vitam Regis Vid. in *Memoires pour ſeruir à l'hiſtoire des Hommes Illuſtres* Tom. VI. pag. 402. ſqq.

(*p*) Nouiter demum publici iuris facta ſunt: *Elementa philoſophiae veteris & nouae*, ſeu libellus, quo breuis hiſtoria philoſophiae, & philoſophorum dicta factaque & opiniones, continentur, auctore ADRIANO LAMEZAN Iuliacenſi. Viennae 1730. in 8. tyronibus commendandus.

(*q*) Io. GOTTL. HEINECCIVS, omnis antiquitatis ac litteraturae apprime peritus, elementis philoſophiae rationalis & moralis, de quibus ſupra, hiſtoriam quoque philoſophicam adiecit.

quae breuis licet, accuratiſſima tamen eſt; quamque prolixo commentario illuſtrare inſtituit cel. Io. IACOB LEHMANNVS, cuius *prima pars Caſſellis* 1724. 4. prodiit. Deſudauit idem celeberrimus BVDDEVS in plèniori deſcriptione hiſtoriae Philoſophicae; philoſophia Ebraeorum, quae iam publicae luci eſt expoſita, quantae vires eius hac in re fuerint, declarat luculenter. Sed vero, quod dolent omnes boni, non licuit auctori ſumme reuerendo per grauiſſimi muneris Theologici occupationes, telam, tanto cum eruditorum plauſu coeptam, pertexere, quemadmodum etiam ipſius frater clariſſimus, quod dare conſtituerat litterato orbi, integrum *hiſtoriae philoſophicae ſyſtema*, morte praematura impeditus, perficere haud potuit. (r) Commemorandi adhuc ſunt Io.

(r) Hiſtoriam philosophicam illuſtrauit quoque ſingulari ſtudio atque induſtria IACOBVS BRVCKERVS in *Kurtzen Fragen aus der Philoſophiſchen Hiſtorie, vom Anfang der Welt bis auf vnſere Zeiten, mit ausführlichen Anmerckungen erläutert* VII. Volumin. in 12. quorum Tom. I. *Vlmae* 1731. lucem adſpexit, Tomus vero VII. ibidem 1736. & Supplementa operis illius vtiliſſimi Vlmae 1737. in 12. vti *Aufzug aus den Kurtzen Fragen aus der Philoſophiſchen Hiſtorie* Vlmae 1736. in 12. Reuerendus quoque P. EDVARDVS CORSINI Tomo I. *inſtitutionum philoſophicarum ac mathematicarum ad vſum ſcholarum piarum*, hiſtoriam per-

Io. GVILIELMVS ZIEROLDVS, qui ſcripſit *Eine Einleitung zur gründlichen Kirchen-Hiſtorie mit der hiſtoria philoſophica verknüpffet*, &c. *Lipſiae* 1700. 4. Hiſtoriam ſummamque huius libri, addita epicriſi, tradidit ill. CHRIST. THOMASIVS in *orat. Academ.* pag. 471. ſeqq. maxime pag. 478. IOACHIMVS LANGIVS, cuius *hiſtoria ſapientiae medica, medicinae mentis, Berolini* 1708. 8. praemiſſa. CHRIST. THOMASIVS, qui tam in *philoſophia aulica* Cap. I. quam in *praecognitis Iurispr.* Cap. VI. eándem rem ſuccincte ediſſeruit. CHRIST. IVNCKERVS, quem *tabulas συνοπτικας hiſtoriae phil. lineamentis eruditionis Altenb.* 1714. 4. praefixiſſe omnes norunt, copioſiores illa tabula, quam V. C. Io. IAC. SYRBIVS *inſtitutionibus philoſophiae primae, Ien.* 1720. 8. addidit. GOTTLIEB STOLLIVS, (s) cui

perſecutus eſt philoſophicam. *Florentiae* 1733. 8. Huc etiam ſpectat *Hiſtoire critique de la philoſophie, ou l'on traite de ſon origine, de ſes progres & des diuerſes Reuolutions, qui lui ſont arriuées iusqu'à nôtre tems, par* Mr. D. *** in III. Tomis in 12. Amſtelodami 1737. Sed auctor fontes ipſos non legit, nec ea, quae profert, teſtimoniis probauit neceſſariis.

(s) STOLLIVS, multis nominibus mihi ſuſpiciendus, edidit quoque *Zuſätze und Aufbeſſerungen der Hiſtorie der Philoſophiſchen Gelahrtheit* Ienae 1736. in 4.

In

cui ſecundam atque tertiam partem *hiſtoriae eruditionis*, operis praeſtantiſſimi, nuper tertium recuſi, deſcriptione luculentâ fatorum humanae ſapientiae abſoluere placuit. FRIED. GENZKENIVS, a quo *hiſtoriam philoſophiae* eleganter conſcriptam, atque ſaepius ſeparatim, iam vero cum *Inſtitutionibus integri ſyſtematis* editam fuiſſe, nemo facile ignorat. (*t*) LAVRENTIVS REINHARDVS, cuius *hiſtoriae philoſophicae compendium Lipſ.* 1724. 8. grata breuitas perſpicuitasque commendant. Et nuperrime denique Io. GEORG. WALCHIVS, qui, quum *Introductionem in philoſophiam Lipſ.* 1727. 8. traderet, ſimul & vniuerſae philoſophiae & ſingularum illius partium hiſtoriam ſtrictim expoſuit. Ceterum *de ſtudio hiſtoriae philoſophicae* (*u*) Diſſer-

In votis tantum habeo, vt vir excellentiſſimus nouis ſemper adnotationibus hoc ſtudiorum genus perpoliat, atque tantis, quibus dudum polluit, viribus adaugeat.

(*t*) Edita ſeparatim quoque eſt *Hiſtoria philoſophiae Hamburgi* 1731. 8.

(*u*) Huc potiſſimum collineat ſtudium hiſtoriae philoſophicae, 1.) vt ortum & progreſſum philoſophicorum placitorum perſpiciamus; 2.) vt praeconceptas de auctoritate aliorum opiniones euitemus; 3) vt ignorantiam turpem repellamus; 4.) vt codicis ſacri, Patrum eccleſiae, Iureconſultorum

Diſſertationem academicam edidit cl. EPHRAIM GERHARDVS, *Ien.* 1705. eandemque, poſtquam pauca, immo nihil fere, quod in praefatione fatetur, mutaſſet, ſex annis exactis ibidem typis iterum ſubiici curauit, videas illam recenſeri in *Actis philoſoph.* P. XII. Num. V. pag. 950--955. vbi & cl. Io. FRIED. BREITHAVPTII programma de nexu hiſtoriae philoſophicae cum diſciplinis ſuperioribus *Helmſtadii* 1719. publicatum, commendatur. Princeps eſt in hoc argumento cel. HEVMANNVS, cuius *de vtilitate hiſtoriae philoſophicae* diatribe primo loco *primae actorum philoſ. partis* legitur: (*v*) quocum conferri poſſunt, quae *de fide hiſtor. philoſ.* Part. III. pag. 38. ſeq. idem ille diſſeruit. Digna eſt etiam, quae heic laudetur M. Io. NICOL. SINNHOL-

DI

rum & Medicorum ſcripta intelligamus eo rectius; 5) denique, vt ex fontibus eius hauriamus vel nouas veritates plane, vel a nobis inuentas cum illis confirmemus, coniungamus, illuſtremus.

(*v*) Per vniuerſum ſcientiarum ambitum philoſophiae hiſtoriam lucem ſuam diffundere, demonſtrauit quoque Io. FRANCISCVS BVDDEVS in *Iſagoge Hiſtorico-Theologica* Lib. I. Cap. IV. §. XXII. pag. 195. edit. ſecundae. Addantur generatim MORHOFIVS in *polyhiſtor. Litt.* Lib. I. Cap. II. REIMANNVS in *Verſuch einer Einleitung in die Hiſtor. Litter. insgemein* Part. I. Lib. I. Sect. II.

DI comment. litter. *de vſu hiſt. phil. in demonſtranda religionis Chriſtianae veritate*, *Erfurti* 1723. 4. exſcripta. Et denique, quantum hoc ſtudium in Hermeneutica ſacra praeſtet commodum, duabus eruditis diſſertat. *de interpretatione N. Teſt. ex hiſtor. philoſ.* Ienae 1723. habitis expoſuit cel. I. G. WALCHIVS, quarum argumenta potiora in *Obſeruationum in noui foederis libros Ienae* 1727. 8. emiſſarum partem primam tranſtulit. Quae denique adhuc in *hiſtoria philoſophica* iure deſiderentur, (*w*) ſtrictim adnotauit auctor *hiſtoriae philoſophiae Sinenſis noua methodo traditae* anonymus, qui quum nundinis nuperis *Brunſuigae* illam in 4. vulgaret, breue ipſi aliquod *de hiſtor. philoſ. lacunis monitum* praemiſit.

## §. II.

Patitur tamen hiſtoria philoſophica varias diſtinctiones pro gentium varietate. Com-

(*w*) Ad deſideria referimus eorum, qui hiſtoriam philoſophiae aeſtimant, iudicium limatum, hoc eſt ſcriptorem genuinis & ſolidis philoſophiae ſcitis imbutum. Conf. IOANNES CLERICVS in *Bibliotheca Selecta* Tom. XVIII. pag. 14. WOLFIVS in *opere maiori Philoſophiae Rationalis ſeu Logicae* §. 784. 785. & §. 1169. 1170.

Communiter diuidi ſolet in Barbaricam (*x*) & Graecam; lege *Acta philoſ.* Part. VIII. Diſſ. II. praeſertim §. X. pag. 222. ſequ. & adde Part. I. Diſſ. I. §. XVIII. pag. 35. ſequ. quibus tamen iungimus alias ſpecies, vtpote Ebraeorum, quam alias ſub Barbarica comprehendunt, Germanorum, Gallorum & gentium ſeptentrionalium. *Barbaricae philoſophiae antiquitates* deſcripſit OTTO HEVRNIVS (*y*) in libello, quem dupli-

(*x*) CLEMENS ALEXANDRINVS *Strom.* Lib. I. & CYRILLVS ALEX. *contra Iulian.* Lib. IV. perhibent, primos philoſophiae auctores fuiſſe barbaros. Φιλοσοφια τοινυν πολυωφελες τι χρημα· παλαι μεν ηκμασε παρα βαρβαροις κατα τα εθνη διαλαμψασα. Antiquiſſimis vero temporibus, philoſophiae nomine inſignitam eſſe religionem, quilibet facile conceſſerit; apud barbaros igitur floruiſſe cultus diuini genus quoddam peruetuſtum, ex dictis patet, etſi inde probari nequeat, diuinarum humanarumque rerum ſcientiam per cauſſas, rationis vſu vnice acquiſitam, quae tamen philoſophiam proprio ſenſu abſoluit, ab iis fuiſſe receptam.

(*y*) Prodiit hic liber etiam *Heidelbergae* 1600. ſed rudem indigeſtamque molem hoc opus vocare liceat. Hic nominare quoque debemus librum inſcriptum: *Archaeologiae philoſophicae, ſiue Doctrina antiqua de rerum originibus, libri duo, auctore* THOMA BVRNETO, S. T. P. *Londini* 1692. 8. & ibid. 1733. 8. Acceſſere *epiſtolae duae* ad hanc editionem, circa editum de Archaeologiis philoſophicis libellum ad virum clariſſimum

duplicem proponit, prout fuerit apud Chaldaeos, vel Indos, prodiit *Lugduni Batauorum* 1602. 12. Acceſſit CHRISTIANI BRVNINGII *breuiarium philoſophiae Barbaricae*, rariſſimus liber, ſed viliſſimus etiam, vide GVNDLINGII *hiſtor. philoſ. mor.* Cap. I. §. VIII. k) pag. 15. & *Act. philoſ.* Part. VIII. Diſſ. I. pag. 175. ſequ. Idem de Io. IAC. MVLLERI diſſ. priori, quam poſterior non ſecuta eſt, *de virtutibus & vitiis philoſophorum orientalium Ienae* 1709. ſtatuendum eſt. IAC. MEIERI oratio *de ſapientia populorum orientalium* prodiit *Bremae* 1704. 4. Prolixior vero & ad plures gentes accommodatus eſt CHRISTIANI KORTHOLTI tractatus *de origine, progreſſu & antiquitate philoſophiae Barbaricae, Ienae* 1660. 4. Politicae tantum philoſophiae Barbaricae ſpecimen edidit BARTEMIVS HOLYDAY *Oxonii* 1633. 4. quem ſecutus eſt ADAMVS TRIBBECHOVIVS, qui *de philoſophia morum inter barbaros orientales, Sabios* ſcilicet, *Chal-*

mum A. B. in quibus barbaricae philoſophiae varia ſtrictim enarrantur fata, ſed etiam ſcommata, quibus illiberaliter auctor illudit ſanctiſſimae Moſis hiſtoriae. Vid. THOMAE CREECH praefatio ad Lucretium Carum pag. 13. edit. ſecundae.

*Chaldaeos*, *Perſas*, *Indos*, (z) *Sinenſes*, *Iaponenſes*, *Peguanos* & *Siamenſes*, elegantem atque vtilem edidit diſſertationem, Prodromus haec erat integri operis moralis hiſtorico-dogmatici, quod ſcribere deſtinauerat TRIBBECHOVIVS, ſed haec optime deſtinata potentior fortuna diſcuſſit. *De philoſophia Canadenſium* populi Americae ſeptentrionalis balbutiente, programma ſcripſit ION. CONRAD. SCHRAMMIVS *Helmſt.* 1707. 4. Addimus etiam FRANCISCI PATRICII *oracula Zoroaſtris*, *Hermetis Triſmegiſti* & aliorum, graece & latine, *Ferrariae* 1591. f. & IOANNEM HENRICVM VRSINVM *de Zoroaſtre*, *Hermete* & *Sanchoniathone*, (a) *Norimbergae* 1664. 8. conf. cl.

(z) Fragmenta philoſophiae Indorum produnt PLVTARCHVS in vita Alexandri, ARRIANVS de expeditione Alexandri Lib. VII. STRABO Lib. XV.

(a) Vid: *de Sanchoniathone* ANTONII VAN DALE diſſertatio annexa ſchediaſmati ipſius ſuper *Ariſtaea*, *Amſtel.* 1705. 4. LAVRENTII FRIDERICI PERINGERII diſſertatio de eodem, quae prodiit *Vpſaliae* 1686. 8. & IACOBI RHINFERDI *periculum Phoenicium*, ſeu *de antiqua litteratura Phoenicum*. *Franecker.* 1706. 4. GROTIVS de *veritate religionis Chriſtianae* Lib. I. §. XVI. in notis. *Memoires de Trevoux*, *Ian.* 1714. pag. 68. PETRI IVRIEV *hiſt. crit. dogm.* Part. III. Tract. I. Cap. V. pag. 430. ſqq.

cl. DORNII *Bibliothecam theologico-criticam* Lib. III. Cap. IV. §. I. pag. 350. THOM. HYDE *de religione veterum Perſarum, Oxon.* 1700. 4. Capite XXIV. (*b*) *the Hiſtory of the Iews by Mr. Prideaux Londini.* 1716. & adde *la bibliotheque Angloiſe* Tom. I. Part. I. Art. I. pag. 15. ſequ. (*c*) *De Hermete Triſmegiſto ſeu Mercurio litterarum inuentore* exſtant GEORG. CASP. KIRCHMAIERI poſitiones philoſophicae *Vitemb.* 1686. 4. Diſſertationem HENRICI DODWELLI (*d*) *de Sanchoniathone* Anglicam, *Lond.* 1680. 8. in latinam transferre linguam promiſit venerabilis Abbas MOSHEMIVS in diſſ. *de Platonicis recentioribus* §. 28. pag. 62. Lege & Io. DAVID. BAIERI diſſ. *de Phoenicibus, eorumque ſtudiis & inuentis. Ien.* 1709. (*e*). §. III.

(*b*) De philoſophia Armeniorum vid. *Memoirs of Literature* Vol. III. Art. XXXIX. pag. 189.

(*c*) *La Religion des Gaulois tirée des plus pures ſources de l'antiquité par le* R. P. Dom. *** (Martin.) edit. Pariſiis 1727. II. Vol. in 4. hic eſt memorabilis, quoniam barbaricae philoſophiae anecdota innumera continet.

(*d*) Dodwellus cum Vrſino, de Sanchoniathone a veteribus litteris conſignata, fabulis adſcribit in libello, cui titulus: *Appendix concerning Sanchoniath's Phoenic. hiſtory* Londini 1691. Vid. *Act. Erudit. Supplem.* Tom. II. pag. 512. Idem euincit RICHARDVS SIMON in *Hiſt. Crit.* Tom. I. Cap. IX.

(*e*) Phoenices bene multa haufiſſe e ſcriptis Moſis & ſapientia

## §. III.

Specimen ſapientiae Indorum veterum ex codice Holſteniano graeco exhibuit SEBASTIANVS GODOFREDVS STARCKIVS *Berolini* 1697. 8. in quo moralia potiſſimum atque politica videmus exhibita, multa tamen intermixta fabuloſa. Donauerat hunc codicem bibliothecae Iohanneae Hamburgenſi cum plurimis aliis LVCAS HOLSTENIVS, cuius vita vernaculo ſermone *Hamburgi* 1723. 8. prodiit. p. 45. Hiſtoriam huius libri vide in praefatione *Starckiana* expoſitam vberius, & adde auctores in *actis philoſ.* Part. VIII. Diſſ. I. pag. 188. ſequ. commendatos, iuncta ſimul *hiſt. erudit.* STOLLII Part. III. Cap. I. §. XIV. pag. 577. ſequ. ADAMVS EBERTI propoſuerat ſibi aliquando ex verſione Hiſpanica, quae ſub titulo: *Eſpeio morale y Politico Madriti* 1654. 4. interprete VINCENTIO BRATVTI prodierat, aliam latinam concinnare, *Berolinenſem* hanc *editionem quin-*

pientia Aegyptiorum, probare conatur clariſſ. LAVAVR in *Conference de la Fable avec l'hiſtoire ſainte, où l'on voit, que les grandes fables, le culte & les myſteres du Paganiſme ne ſont que des copies alterées des hiſtoires, des uſages & des traditions des Hebreux*, edit. *Pariſiis* 1730. II. Tom. in 12.

*quintuplo*, quod ait, *ſuperaturam*, id, num effectum dederit, ignoramus; lege interim *die gelehrten Zeitungen*, 1725. Num. XXXVII. pag. 365. PALLADII Galatae *de gentibus Indiae & Brachmanibus*, (*f*) AMBROSII *de moribus Brachmanum*, & alius *Anonymi* de iisdem tractatus iunctim editi ſunt cura EDVARDI BISSAEI, *Londini* 1668. 4. vide *Caſauboniana* pag. 219. & *acta philoſ.* P. VIII. Diſſ. I. pag. 187. *De Gymnoſophiſtis Indorum* erudita etiam exſtat cel. Io. SCHMIDII diſſertatio, *Lipſiae* 1683. Laudanda quoque eſt diſſ. cel. polyhiſtoris FABRICII *de Brach-*

(*f*) De Brachmanibus legendi ſunt TERTVLLIANVS Lib. I. adu. Marcionem. AVGVSTINVS Lib. IV. de *Ciuitate Dei* Cap. XVI. „ Per opacas In„ diae ſolitudines quum quidem nudi philoſo„ phentur, inde Gymnoſophiſtae nominantur, „ adhibent tamen genitalibus tegumenta, quibus „ per cetera membrorum carent. " In hunc locum LVD. VIVES concordes facit DIODORVM SICVLVM Lib. IV. PHILOSTRATVM *in Vita Apollonii*, HIERONYMVM in *Epiſt. ad Paulinum*, qui in Aethiopia Gymnoſophiſtas repertos ſcribunt, & PLINIVM, SOLINVM, STRABONEM ac PORPHYRIVM; Auguſtinus eos in India collocat, vt & Tertullianus in Apologetico adu. Gentes Cap. XLII. Origo eorum Indica quidem eſt, ſed cum reliquis accolis Indi fluminis in Aethiopiam poſtea commigrarunt, ibique iuxta Nilum domicilio fortunarum poſito, eam quoque regionem Indiam nuncuparunt.

*Braehmanibus philoſophis Indorum. Hamb.* 1708. Huc facit etiam PHILOSTRATVS in *vita Apollonii Tyanei*, quae *Venetiis* prodiit ex Aldina 1502. fol. in qua etiam placita philoſophiae Indorum fuerunt commemorata. Ad Perſarum (*g*) philoſophiam facit SCHACHSADI *Roſarium*, a GEORGIO GENTIO latine verſum, quod moralia potiſſimum continet atque politica, prodiit *Amſtelodami* 1651. f. & gallice verſum per ANDREAM DV RYER, *Pariſiis* 1634. 8. germanice vero per ADAMVM OLEARIVM, *Sleſwigae* 1647. 4. (*h*) De *Sinenſium litteratura* (*i*) egit egregie THEOPHILVS SPIZELIVS, *Lugd. Batauorum* 1660. 12. conf. FOVRMONTII oratio *de litteratura Sinica Pariſiis* a. 1722. d. 14. Apr. in Academ. Inſcript. recitata, laudatur in *ephem. Trivoltiens.* 1722. m. Sept. art. XLIV. Plenius vero Philoſophia Sinenſium exponitur in CONFVCIO Sinarum Philoſopho, ſiue

(*g*) Conf. *Memoirs of Litterat.* Vol. III. Art. XXXII. pag. 145. & Art. XXXVII. pag. 174.

(*h*) De Perſarum Magis, philoſophis optimis, vid. PAMMELII annotationes in opera TERTVLLIANI pag. 58. *La Religion des Gaulois* Tom. I. Lib. I. pag. 60. ſqq.

(*i*) Vid. *Memoirs of Litterat.* Vol. III. Art. XXXI. pag. 142. & Art. LXVI. pag. 301. & Art. LXVIII. pag. 307.

ue *Scientia Sinica latine expoſita ſtudio & opera Proſperi Intorcetta, Chriſtiani Herdtrich, Franciſci Rougemont, Philippi Couplet, patrum Societatis Ieſu, iuſſu Ludouici M. in lucem Protracta Pariſiis* 1687. f. confer praeter alios ephemeridum ſcriptores bene multos THOMASII *freymüthige Gedancken* &c. 1689. m. Aug. pag. 596. Moralium & Politices, quae apud Sinenſes obtinet, rationem videmus in eo expoſitam, immo in prooemiali declaratione, quam editores praemiſerunt, non ſolum rei litterariae ſtatus plenius exponitur, ſed etiam Sinenſium Theologia, mores, Chriſtianiſmus aliaque prima principia. Adiicitur vita CONFVCII, (*k*) & ſubiungitur in fine tabula Chronologica

(k) CONFVCII *vitam* vide in BAYERI *Muſaeo Sinico* Tom. II. Num. I. hic liber in 2. Volum. in 8. *Petropoli* prodiit 1731. A Iudaeorum ſacerdotibus, in Chaldaea commorantem Confucium, eſſe imbutum illorumque doctrinam hunc multis in rebus eſſe ſecutum, nuper ARTHVR YOVNG oſtendere conatus eſt in hiſtorica diſſertatione: *Idolatrous Corruptions in Religion from the Beginning of the World, and on the methods taken by Divine Providence in Reforming them; in the Courſe whereof the Divine Origine of the Law of Moſes is proved, againſt the Objections of ſuch as have thought that Law deducible from the Rites and Cuſtoms of the Egyptians and other Gentiles*, Tom. I. pag. 293. edit. Londini 1734. in 8. add. MARTINI *Hiſt. Sin.*

gica Imperatorum & rerum memorabilium. Promiſerunt iidem editores etiam MEMCIVM, ſecundum Sinenſium Philoſophum, qui vno poſt Confucium ſeculo vixit, luci exponere, quae res aeque litteratis gratiſſima eſſet, neque tamen adhuc prodiit. Editus vero eſt a P. FRANCISCO NOEL ſub titulo: *Sinenſis imperii libri Claſſici* VI. *Pragae* 1711. 4. vna cum eiusdem argumenti aliis, vid. *act. eruditor.* 1711. pag. 285. & 1712. pag. 123. & 224. ſequ. Euolue etiam M. IVSTI SCHOEPFERI diſſ. *de natalibus philoſophiae Sinenſis, Roſtoch.* 1698. EVSEBII RENAVDOTI (*l*) *de philoſophia Sinenſi* diſſertatio gallica a cel. HEVMANNO in vernaculam conuerſa notiſque illuſtrata le-

(*l*) Locum hic tenent *Lettres Edifiantes & Curieuſes, écrites des Miſſions étrangeres, par quelques Miſſionaires de la Compagnie de Ieſus.* in *XIX. Recueil.* edit. Pariſiis 1729. in 12. In epiſtola quinta P. DE PREMARE acre fert iudicium de libro illo Renaudoti ab auctore citato, ibique demonſtrat, Mahomedanos illos, quorum deſcriptionem Renaudotus publicauit, nunquam fuiſſe in Sinenſium finibus. Inſcriptio libri Renaudoti haec eſt: *Anciennes Relations des Indes & de la Chine de deux Voyageurs Mahometans, traduites de l'Arabe par l'Abbé* RENAVDOT. edit Pariſiis 1718. Hinc nec Heumanni noſtri, cuius ceterum auctoritas apud nos maxima eſt, ſubſcribere poſſumus ſententiae, quam de hoc libro protulit *Act. Phil.* l. c.

legitur in *act. philoſ.* Part. XI. loco IV. pag. 717--786. *Hiſtoria philoſophiae Sinenſis noua methodo tradita*, *Brunſuigae* 1727. 4. I. F. R. auctorem habere multis creditur. G. G. LEIBNIZII *nouiſſima Sinica Lipſiae* 1669. 8. varias de ſtatu Chriſtianiſmi in hac regione relationes complectuntur. (*m*) Praeſtantiſſimum eſt cel. G. B. BVLFINGERI *ſpecimen doctrinae veterum Sinarum moralis & politicae Francofurti* 1724. 8. (*n*) Illuſtris CHRISTIANI WOLFII orat. *de Sinarum philoſophia* primum auctore inuito *Treuoltii*, vt habet titulus, a. 1725. ſecundum ab ipſo *Francof.* 1726. 4. (*o*) cum largiſſimis notis, & tertium denique *Halae* eodem anno cum animad-

(*m*) Prodiit quoque *Idée generale du gouvernement & de la morale des Chinois*, *tirée particulierement des Ouvrages de* CONFVCIVS *par* M. D. S. *** 1729. *Pariſiis* in 4. Auctorem eſſe SILHOVETTE exploratum habemus, recuſus fuit hic liber 1731. *Pariſiis*, refelluntur in hac editione *Nouvelles Eccleſiaſtiques* & *Nouvelliſte du Parnaſſe*, nec minus *Memoires de Trevoux*, qui varia monuerant in recenſione illius operis. Add. *Memoirs and obſervations Topographical*, *Phyſical*, *Mathematical*, *Mechanical*, *Natural*, *Civil and Eccleſiaſtical*, *made in a late Iourney through the Empire of China* &c. translatus hic liber eſt e Gallorum lingua a LVDOVICO LE COMTE, e ſocietate Ieſu, *Londini* 1699.

(*n*) V. *Teutſche Acta Erudit.* Vol. IX. pag. 350.

(*o*) Add. *Gelehrte Zeitungen* huius anni pag. 138.

animaduerſionibus elenchticis IOACH. LANGII excuſa, a nemine ignoratur. De politica Sinenſium confer M. CHRISTIANI HOFMANNI *Machiauellum ſine Machiauello ex hiſtoria Sinenſi productum Ienae* 1668. 4. qua diſſertatione exemplis imperatorum *Licungzo* & *Changhienchungo* docetur, principia Machiauelliſtica iam antiquiſſimis temporibus adhibita fuiſſe. (*p*) De libro Gallico

(*p*) Bene multa quoque inueniuntur in viri illuſtris GODOFR. GVILIELMI LEIBNIZII *Epiſtolis ad diuerſos*, Volum. I. II. & III. quo res mathematicae & philoſophicae, praecipue Philoſophia Sinica, data opera pertractantur. E MSto auctoris editae a CHRISTIANO KORTHOLTO. De philoſophia Sinenſium ſpeciatim agitur in Epiſtola Patris BOVVET, Miſſionarii Societatis Ieſu, ad Patrem LE GOBIEN, quae continetur c. l. Tom. III. pag. 5. ſqq. & mira voluptate omnes adficiet lectores. Quam maxime vero *Deſcription Geographique, Hiſtorique, Chronologique, Politique & Phyſique de l'Empire de la Chine & de la Tartarie Chinoiſe, enrichies des Cartes generales, & particuliéres du Thibet & de la Corée, & ornée d'un grand nombre de Figures & de Vignettes* gravées en taille-douce. *Par le* R. P. J. BAPTISTE DV HALDE *de la Compagnie de* IESVS. *Lutetiae Pariſiorum* 1735. in IV. Tom. in folio. De hoc opere incomparabili plane vid. *Memoires pour l'hiſtoire des Sciences & de beaux Arts.* A. 1736. menſe Mart. Num. VII. Conf. Vol. II. menſis Aprilis eiusdem diarii & Iulius eiusdem Anni Num. II. Parte I. Fieri haud poteſt, quin tam praeclarum

opus

lico, qui *la morale de Confucius philoſophe de la Chine* inſcribitur, *Amſt.* 1688. 12. vide STOLLIVM *hiſt. erudit.* Lib. III. Cap. I. §. XV. pag. 578. *De Matheſi Sinica* exercit. Acad. ſcripſit M. DAVID. ALGOWER *Helmſtad.* 1702. ANDREAE CLEYERI *ſpecimen Medicinae Francof.* 1682. 4. prodiit. *De Sinenſium theologia* exſtat erudita ZACH. GRAPII diſſertatio *Roſtoch.* 1708. Summam meretur laudem D. Io. GE. PRITII, viri eruditiſſimi, oratio *de controuerſia circa cultum Confucio a Sinenſibus praeſtitum, in eccleſia Romana inter Soc. Ieſu Patres & Dominicanos agitata Lipſiae* 1704. 4. vbi omne fere genus ſcriptorum, qui ad illuſtranda Sinenſium inſtituta ſpectant, ad marginem adductum inuenies. Recuſa eſt haec oratio *Pritiana* vna cum alia eiusdem auctoris *de legatione Card.* TOVRNONII *ad hanc controuerſiam ſopiendam in Chinam miſſi*, Gryphiswaldiae 1709. 4. Magnifica dignitate venerabilis BVDDEVS tam in praefatione *analectorum hiſt. phil.* pag. 26. quam in diſſ. ipſa *de ſuperſtitioſo mortuorum apud Chinenſes cul-*

opus cordatiorum ſuffragiis approbetur omnium. Incredibile enim dictu eſt, quantam adhibuerint illi diligentiam ſocietatis Ieſu patres. Add. *The Hiſtory of the Works of the Learned for Ianuary* 1737. Artic. III. pag. 37. ſqq.

*cultu* pag. 263. ſummo etiam collegit ſtudio, quae huc ſpectant.

## §. IV.

De *philoſophia Arabum* ante *Muhammedis* tempora (*q*) conſulenda eſt ABVLPHARAGII *hiſtoria dynaſtiarum ab* ED. POCOKIO *Oxonii* 1663. 4. edita; lege etiam GVNDLINGII *hiſt. phil. mor.* Cap. IV. *Acta philoſ.* Part. VIII. Diſſ. I. pag. 190. ABRAHAMI HINKELMANNI praefatio ad Alcoranum abs ſe editum *Hamburgi* 1694. in 4. & STOLLIVM *hiſt. erudit.* Part. II. Cap. I. §. 18-20. *Philoſophiam Iobi Arabicam* expoſuit Io. HENRICVS MAIVS *Gieſſae* 1707. quocum FRIED. SPANHEMII *hiſtoria Iobi Lugd. Bat.* 1672. 8. conferenda eſt. Qua cura poſt *Muhammedem* (*r*) philoſo-

(*q*) Conſule etiam *The Mahumetane or Turkish Hiſtory containing three Books, tranſlated from the French and Italian tongues by* R. CARY *of the middle Temple in London, Gentleman.* 1600. pag. 18. ſqq.

(*r*) Philoſophiae ſtudium Mahomed flocci pendebat, hinc illud in Corano prohibuit, ne lacunae & aniles contradictiones atque fabellae ab eo traditae ludibrio laederentur ab hominibus rationis vſu pollentibus, hoc eſt veris philoſophis. Vid. liber cui index: *The cauſes of the greatneſſe of the Tur-*

loſophia, Ariſtotelica praecipue (*s*) apud *Arabes* exculta fuerit, ingens philoſophorum ex hac gente numerus condocet, quorum partim memoriam, poſt Io. LEONEM *Africanum de vitis philoſophorum Arabum* (*t*) ex bibliotheca Florentina a Io. HENR. HOTTINGERO editum, ipſumque HOTTINGERVM in *Promtuario ſiue bibliotheca Orientali*, *Heidelbergae* 1658. 4. *Tiguri* item 1667. 4. (*u*) quae editio Tigurina praeſtantior eſt illa Heidelbergenſi, & quod *promtua-*

*Turkiſh Empire, written by* HVBERT FOLIETA *of Genua, to the famous Capitaine Marcus Antonius Columna* pag. 116.

(*s*) PATRICIVS Lib. XII. Tom. I. *Diſcuſſionum Peripateticarum*, ita de iis pronunciat: *Arabum ſchola in duas diuiſa eſt ſectas, quarum in altera Auicenna, Algazel, Auempaces libere ſunt philoſophati, quippe non dubitarunt, ſi quid Platonem vel alium quempiam melius quam Ariſtoteles dixiſſe exiſtimarunt, aut de ſuo etiam inuenire & addere potuerunt, aperte contra Ariſtotelis ſententiam proferre.*

(*t*) Huc ſpectant ABEN ASEBHII liber *de vita virorum doctorum, qui ſtante Arabum imperio excelluerunt.* ABEN ALHALI *de vitis philoſophorum*, vid. Io. CHRISTOPH. DORNIVS in continuatione IONSII *de Script. hiſt. Phil.* Lib. III. Cap. XXVIII. §. V.

(*u*) Add. IACOBVS GOLIVS in Catalogo librorum, quos ex Oriente in bibliothecam publicam Lugdunenſem tranſtulit.

*tuarium tertium librum Smegmatis Orientalis* conſtituere voluit auctor, cuius *Parte* II. Num. IV. pag. 216. ſeqq. libri philoſophici recenſentur, ab Arabibus conſcripti; conſeruauit maxime BARTHOLOMAEVS HERBELOTIVS in praeſtantiſſimo opere *bibliothecae Orientalis* titulo, Gallice conſcripto, *Paris.* 1697. f. (*v*) Neque legiſſe pigeat GVSTAVI PERINGERI *hiſtoriam eruditionis & linguae Arabum*, *Vpſal.* 1694. 8. vel, ſi haec non occurrat, illuſtris Io. PETRI LVDOVICI *hiſtoriam philoſophiae rationalis apud Arabes & Turcas*, *Halae* 1699. 4. & cl. Io. GOTTFRIED. LACKEMACHERI diſſ. litterariam *de fatis ſtudiorum apud Arabes*, *Helmſt.* 1719. 4.(*w*)Dedit idem vir doctiſſimus

(*v*) ANTONIVS GALLANDVS, ob varia ingenii monimenta memorabilis, hoc in libro operam ſuam poſuit, & ſingulari HERBELOTIO fuit adiumento, quippe qui bibliothecam, de qua ſermo eſt, cum praefatione poſt fata HERBELOTII inſtructam edidit. vid. ANCILLONII *Memoires des Hommes illuſtres* pag. 134. *Journal des Sçavans* Tom. XXXIV. pag. 8. PERRAVLT *Hommes illuſtres* Tom. II. pag. 154.

(*w*) Infinitus librorum Turcicorum numerus, qui adhuc ſuperſunt, philoſophiae ſtudium apud eos inualuiſſe olim, ſatis declarat; vere & ſapienter igitur auctor libri: *Eſſay for the reunion of the Languages* edit. Oxonii 1675. in 8. pag. 33: pro-

mus non multo poſt diſſertationem egregiam *de Alkendi, celeberrimo Arabum philoſopho*; optandumque fuiſſet, vt plurium ille ex hac gente ſapientum memoriam pari diligentia elaborandam ſibi ſumſiſſet. De AVICENNA atque AVERROE, qui nominis fama omnes ſuos gentiles antecellunt, ſupra iam Cap. II. §. III. dictum eſt. Celebrantur etiam in Oriente magnique aeſtimantur LOKMANNI *fabulae*, ab AD. OLEARIO Germanice, a THOMA vero ERPENIO latine verſae, & *Lugd. Bat.* 1625. 8. atque *Amſtelod.* 1636. 4. editae. Legi de hoc viro plura poſſunt in M. CHRISTOPH. GVIL. SCHNEIERI diſſ. *de Lokmanno, illo Arabum Mythologo*, Ien. 1691. & apud alios, in *Act. philoſ.* Part. VIII. diſſ. IV. commendatos: (x) Huc referri a quibusdam ſolent *Zabii*, de quo-

pronunciat: *The Arabique* (*tongue*) *which in our age hath ſo inlarg'd its dominion, that its either ſpoke, or underſtood in the three parts of the Old World, Aſia, Africa and Europe; and hath alone produc't ſuch a prodigious number of books, that one would ſcarce believe, how a Nation ſo famous for its exploids in warr ſhould have ſo much leaſure to attend to the improvement of learning.*

(x) De eo vid. quoque HERBELOT in *bibliotheca Orientali*, ſub voce *Locmann*, HOTTINGERVS in *hiſtoria Orientali* pag. 68. HVETIVS *de fabulis Romanenſibus*, pag. 11.

quorum tamen exiſtentia alii dubitant,(y) vid. de his IOH. CHRIST. WOLFII *contra Spencerianam de Zabiis hypotheſin*, *Vitemb.* 1706. & IO. HENR. MAII fil. diſquiſ. *de Zabiis*, *Gieſſae* 1716. Quid *Turci* in philoſophiae cultura praeſtiterint, traditum eſt a SAM. SCHELWIGIO, in oratione *de philoſophia Turcarum*, *Gedani* 1686. 4. & IO. BAPTISTA DONADO in *oſſeruazioni della letteratura de Turchi*, *Venetiis* 1688. 12. (z) Adſeruatur inter *MSta bibliothecae ſenato-*

(y) Dubitant, ſed ſine rationibus grauibus. Quatuor enim gentes, quarum regiones mare Perſicum & Arabicum alluebat, Sabaeae ſeu Zabeae, ſeu Zabiae vocabantur. Cognomen illud a voce *Saba*, quod *exercitum* ſignificat, traxit originem, quoniam vniuerſum caelorum exercitum coluerunt. Vid. HYDE de Religione veterum Perſarum pag. 87. POCOCKII Specimen Hiſtor. Arab. pag. 139. HOTTINGERI Hiſtor. Oriental. Lib. I. Cap. VIII. ARTHVR YOVNGII diſſ. *on Idolatrous Corruptions* Vol. I. pag. 32. SPENCERVS in ea fuit ſententia, nomen Zabaeorum ſectam quandam deſignaſſe, quae in omnibus terris orienti ſoli ſubiectis olim floruerit, hinc Chaldaeos, Ægyptios, Nabatheanos, Canaanitas & Syrios idem tuliſſe cognomen arbitratur.

(z) Conf. *Reflexions upon ancient and modern philoſophy and of the uſe that is to be made thereof in Religion* edit. Londini 1678. pag. 228. In *hiſtoria rerum in Oriente geſtarum* ab exordio mundi & orbe condito ad noſtra haec vſque tempora, edit. Francof.

*natoriae Lipſienſis* ſplendidiſſimae *Codex Turcicus* ducentorum atque viginti ſex foliorum, formae maximae, *Thabakat Sofiüeh ſeries Sofianae* inſcriptus, & a Perſa quodam *Abu Abd-arrahhman Mohammede filio Hhoſeini Salemeo Niſchaburenſi*, qui a Chriſti 1048. obiit, compoſitus; in quo libro praemiſſa *de requiſitis atque moribus Sofiorum* (*ſapientum*, ſiue iam illos a σοφος Graecorum, ſiue a *lana*, ex qua vnice illis veſtes gerere permiſſum fuerat, dictos autumes) diſſertatione, *trecentorum atque quadraginta vnius litteratorum orientalium vitae recenſentur*, locus atque tempus natiuitatis vna cum parentum nomine notatur, eruditio commendatur, vitae, quam tenuerunt, ratio deſcribitur, dogmata praecipua atque traditiones, libri item ab illis conſcripti enarrantur, apophthegmata denique & ſententiae ad poſteritatis memoriam conſeruantur. Edere hunc aliquando cum verſione latina conſtituit clar. M. GEORGIVS IACOBVS KEHRIVS

Francof. ad Moenum 1687. f. plura quoque hanc in rem propoſita ſunt; praecipue fol. 92. ſqq. & in itinerario inſcripto: *The Travels of certaine Engliſhmen in to Africa, Aſia, Troy, Bythinia, Thracia* &c. quod prodiit Londini 1609.

RIVS, insigni orientis linguarum cognitione pollens. (*a*)

## §. V.

Ebraeorum philosophiae, praeter LAMBECIVM in *prodromo rei litterariae*, qui *Hamburgi* 1659. f. prodiit, in quo de scriptis ante Mosen erudite disserit, quae pro suppositiitis habet, IOACHIMVM IOANNEM MADERVM in praefatione sua *de scriptis & bibliothecis antediluuianis, syntagmati scriptorum de bibliothecis & archiuis, Helmstadii* 1666. 4. edito praemissa (*b*), specimen dedit ex ipsis Ebraeorum scriptis IOANNES SELDENVS in erudito suo tractatu, de *iure naturae & gentium, iuxta disciplinam Ebraeorum, Argentorati* 1665. 4. (*c*) vid. infra Cap. VIII. §. V. (*d*) IACOBVS BOVLDVCCIVS *de*

(*a*) Vid. denique *The Compleat Library for the Month of Ian.* A. 1692. Num. XVIII. Vol. II. pag. 101.

(*b*) Eorum agimus caussam, qui patriarchas Dei cognitione vera rectaque, minus vero rerum naturalium scientia, & contemplatiua philosophia insigni quadam, excelluisse, autumant. Conf. IO. CLERICI Epist. Crit. VII.

(*c*) Seldeni liber, primo Londini 1640. in fol. prodiit; Wittebergae recusus est 1698. in 4.

(*d*) Nec h. l. omittendus MELCHIOR LEYDECKERVS *de republica Ebraeorum* pag. 28. Summe

*de eccleſia ante legem* ſcripſit *Lugduni* 1638. 8. vbi indicatur, quis a mundi exordio vsque ad Moſen fuerit ordo eccleſiae, quiue ritus & ceremoniae; vbi etiam inter alia quaedam figmenta de phyſico libro Enochi & aliis antiquitatibus antediluuianis proponuntur. vide cl. REIMANNI *ideam ſyſtematis antiquitatis litt.* Part. III. Sect. IV. Num. XVII. pag. 342. adde eiusdem *hiſt. lit. antediluuianam* Halae 1709. 8. GODOFREDI VOCKERODI *hiſtoriam ſocietatum & rei litterariae mundi primi*, Ienae 1687. 4. (*e*) THOMAE BANGII *caelum orientis & primi mundi*, Hafniae 1657. 4. & alios. Lege quoque FABRICII *codicem pſeudepigraphum veteris teſtamenti*, & I. A. SCHMIDII diſſ. de eodem argumento. Recentior eſt *ſapientia veterum Hebraeorum per vniuerſum terrarum orbem diſperſa*, quam exhibuit EHREGOTT DAN. COLBERG *Gryphiswald.* 1694. 4. (*f*) Quae ſex

me venerandus DEYLINGIVS *Obſeruat. Sacr.* Part. II. pag. 462. ſequ.

(*e*) Et *cum fragmentis* HENOCHI Gothae 1704. 8.

(*f*) De *Colbergii* Syſtemate philoſophiae cabbaliſticae vero v. *Vnſchuldige Nachrichten* anno 1702. pag. 672. Praecipue *Hiſtoria de' Riti Hebraici*, *Vita & Oſſeruanze de gli Hebrei di queſti tempi*, *di* LEON MODENA *Rabi Hebreo di Venetia* edit. Venetiis 1638. a Gafarello, hic laudari meretur; quae editio longe eſt emendatior quam

ſex diſſertationibus conſtat, quarum duae originem philoſophiae Ebraeorum, reliquae vero philoſophiam gentilium, fabulas poetarum gentilium & carmina Sibyllina explicant. Optima vero eſt, quae nuper prodiit, IOANNIS FRANCISCI BVDDEI (*g*). *Introductio ad hiſtoriam philoſophiae Ebraeorum*, *Halae* 1702. 8. in qua non ſolum fata huius philoſophiae, a prima ſua origine ad noſtra vsque tempora, exponuntur, ſed etiam eiusdem ſumma traditur multa eruditione, ita vt etiam ſcriptores in hac parte clari diiudicentur. (*h*) Iuuabit etiam capiti huic illuſtran-

Pariſienſis 1637. excuſa. Oxonii adhuc latet codex MS. huius libri, in quo continentur varia, quae in impreſſo non inueniuntur. In votis igitur habemus, vt ille iuris quoque fiat publici. Exſtat etiam liber ſ. t. *Artis Cabbaliſticae ſcriptores* edit. Baſileae 1587. in fol. ex quo veritatis imago duci poſſet.

(*g*) Multa Buddeus propoſuit, quae a IOSEPHI narratione auctoritatem ſuam, ſed infirmam admodum, ſortiuntur. vid. nota ſequens.

(*h*) IOSEPHVS vtramque facit plerumque paginam, in recenſenda philoſophia Ebraeorum; quam fallaci autem teſtimonio haec niti debeat, vel inde quilibet facile diuinauerit; quum infirmae fidei ſcriptor Ioſephus omnino adpellandus ſit, quippe qui res ipſas in codice ſacro proditas, magna ex parte mutilauit, corrupit, diuerſo plane modo commemorauit, praecipua capita fere omiſit, friuola planeque falſa adiecit; eoque magis

luſtrando adhibuiſſe IACOBI BASNAGII *hiſtoire des Iuifs*, Roterodami primum 1707. 5. vol. in 12. poſt Pariſiis 1710. 12. obſtetricante DV PINIO, qui vero deleuit multa atque haud pauca immutauit, & denique correctam & inſignibus plane acceſſionibus adauctam, Hagae Com. 1716. 15. vol. 12. editam, in Anglicam quoque linguam interprete IOAN. TAYLORIO verſam & *Lond.* 1708. f. typis exſcriptam. (*i*) Nonnulla etiam

magis aberrauit, ſi quaeſtio eſt de iis, quae traditione vel ſola, vel ſcriptis, auctoritate nulla munitis, ei innotuerunt. Iure igitur a multis ſcriptor *ſemipaganus* dictus, & hinc dubia incertaque quam maxime eſſe debent, quae de Iudaeorum philoſophia litteris conſignauit. Corroborantur a nobis dicta libello inſcripto: *Defence of the Letter to Dr. Waterland* pag. 42. vt & in *Some Remarks on a Reply to the Defence* pag. 33. & pag. 37. ſqq. add. VAN DALE de origine & progreſſu idololatriae pag. 136. In hunc fere modum EGESIPPVS, clarus & inter ſcriptores rei chriſtianae peruetuſtus, *de rebus a Iudaeorum principibus in obſidione fortiter geſtis* edit. 1530. in fol. in prima ſtatim pagina verba recitanda hic, ſcripſit: Egregius hiſtorico ſtilo Ioſephus, vtinam tam religioni & veritati attentus, - - - quam ſermonum fobrietati.,, LEO CASTRO autem ita de eo ſentit: *Non tam ſtuduit vera ſcribere, quam credibilia, narrauit fabulas, quas putauit nationibus infidelibus magis probabiles futuras.*

(*i*) Vid. quoque CAMPEGIVS VITRINGA Obſer-

iam ex REIMANNI *hiſtor. Theol. Iudaicae* Magdeburgi 1717. 8. colligi poſſunt. Praeſtantiſſima denique ſunt, quae de hoc argumento commentatus eſt ill. GVNDLINGIVS in *hiſt. philoſ. moral.* Cap. VII. addatur etiam cl. Io. CONR. SCHRAMMII diſſ. *de myſteriis veterum Iudaeorum philoſophicis*, Helmſt. 1708. (*k*) Licebit vero heic quoque nonnullos indicare, qui ſingularia ex philoſophia Ebraeorum capita pertractanda ſumſerunt. PAVLLI CHRISTIANI HILSCHERI ſchediaſma *de bibliotheca Adami*, (*l*) Palaeo-Dresdae 1703. 4. prodiit. Cel. IAC. GVIL. FEVERLINVS *de philoſophia Adami putatitia*, Altorfi 1715. & biennio poſt *de Adami Logica, Metaphyſica, Matheſi, philoſophia practica & libris* diſſertationes conſcripſit. Inter b. Io. HENR. MAII diſſ. ſelectas Tom. I. Num. VII. non minus legitur *ſciagraphia phi-*

ſeruationum Sacrarum Lib. V. Cap. XIII. §. II. pag. 163. ſqq. edit. Ienenſis.

(*k*) PETRVS LAMBECIVS *in prodromo hiſtoriae litterariae*, edit. Hamburgi 1654. & 1710.

(*l*) Nonnulli Adamum ipſum multos compoſuiſſe libros pronunciant; alii dictionarium, alii Chronologicum opus, alii alia ei adſcribunt e. g. librum Zohar, eiusmodique ſomnia cum Cabbaliſtis fingunt. Vid. *Lettres Choiſies* de M. SIMON Tomo II. Epiſt. I. pag. 5. ſqq. edit. nouae: quae Amſtelodami 1730. in 12. prodiit.

*philoſophiae Adami*, quod argumentum etiam FAB. TOERNERI induſtriam *Vpſal.* 1706. exercuit. *De philoſophia Caini* monuiſſe aliqua M. SCHROEDERVM auctorem diſſ. *de ruſticis eruditione claris*, Ienae 1707. §. IX. in *actis philoſ.* Part. VI. pag. 939. dictum eſt: quae Part. V. pag. 755. ſequ. Part. VI. pag. 926 - 943. & Part. VII. pag. 1 - 58. propoſita ſunt, conſuli poterunt ab illo, qui, *de philoſophia Patriarcharum* (*m*) inſtrui deſiderauerit. (*n*) *De philoſophia Ioſephi prorege Aegyptii* M. EYBONIS HOPPII diſſ. *Helmſt.*

(*m*) *De philoſophia Patriarcharum* vid. HEVMANN. *act. phil.* Part. V. VI. VII. GVNDLINGIVS in *hiſt. phil. Mor.* Cap. VII. §. I. conf. Io. HEINR. HEIDEGGERI *hiſtoria Patriarcharum* Amſtel. 1681. 4. Iudaeorum eruditionem non magni faciunt GVNDLING. l. c. & BAELIVS in *Dictionaire Hiſtor. & Critique* ſub voce *Adam* & *Abraham*, THOMASIVS in *phil. aulica*, & in *Obſeruat. Halenſ.* Tom. I. Obſ. XIX. HVETIVS in *quaeſtionibus Alnetanis*, Lib. I. Cap. V.

(*n*) Abrahamum Philoſophis non adnumerant ſolum multi, ſed & inter principes referunt, vid. EVSEBIVS Lib. IX. Cap. IV. Praeparationis Euangelicae, IOSEPHVS Antiquitat. Lib. I. & Lib. IX. Cap. I. Hinc Aegyptios ab Abrahamo omnibus ſcientiis eſſe imbutos perhibent; ſed nulla ſe commendat eorum opinio probabilitate, quum per breue temporis ſpatium tantummodo commoratus fuerit in Aegypto, teſte ſcriptura ſacra;

*Helmſt.* 1709. vulgata eſt. *De philoſophia Moſis* DAN. GVIL. MOLLERVS, Altorfi 1707. & laudatus MAIVS diſſ. ſelect. Tom. I. Num. X. HENR. item IAC. VAN BASHVYSEN *de Moſe Aegyptiorum ſapientia imbuto & regni Aegypti candidato* ad Act. VII. 22. egerunt. *De Dauidis Iurisprudentia naturali* commentatus eſt C. F. FEVERLINVS *Altorfi* 1715. *De ſapientia Salomonis* DAN. LVNDII exſtat ſchediaſma, *Vpſal.* 1705. 4. MICH. MAIERI *Septimana philoſophica*, ſeu collegium, in quo aenigmata aurea inter Salomonem, reginam Arabiae & Hiramum proponuntur ac ſoluuntur, *Francof.* 1620. 4. & M. TOBIAE ECKHARDI progr. *de Salomone ante & poſt regnum ſapiente*, Quedlinb. 1708. 4. prodierunt. Quum in *obſeruat. Halenſ.* Tom. VIII. Diſſ. XIII. *Salomonem ſce-*

cra; ne de aliis dicamus rationibus, quae refragantur. Prouocant ad *Baua Bathra* fol. 26. 2. Obſeruat quoque R. SALOMO ad *Ioma* fol. 26. 2. reges ſummos conueniſſe Abrahamum, vt Aſtronomiam eius auſpiciis addiſcerent; verum ſi id vel maxime crederemus, quod FRIDERICVS ERNESTVS KETTNERVS in Miſcellaneis Lipſienſibus ad incrementum rei litterariae editis Tom. IV. Obſ. LXXIV. pag. 4. adſeuerat, inde tamen nondum efficitur concluſio, Abrahamum Aegyptiis Aſtronomiam aliaſque ſcientias communicaſſe,

*ſcepticum* fuiſſe REIMANNVS (*o*) traderet, refutatus eſt duabus Diſſ. Wittenb. 1710. a I. C. BOEKMANNO, item a REINH. HENR. ROLLIO in *Salomone a ſcepticiſmi crimine defenſo*, Roſtoch. 1710. 4. quemadmodum & *Iobum non fuiſſe ſcepticum* aduerſus eundem demonſtrauit cl. M. Io. DAVID. DIETERICH *Witemb.* 1726. *An tres Iudaeorum ſectae Phariſaei*, (*p*) *Sadducaei* (*q*) *atque Eſſaei*, (*r*) qua

(*o*) Venerandum REIMANNVM eundem in *introductione in hiſtoriam antediluuianam* enarraſſe fabulas Romanenſes ex parte, obſeruatum eſt doctis viris. Iungendi ſunt ſcriptores haud pauci qui hanc in rem ediſſeruere. Prae ceteris vero ſupra excitati de ſcepticiſmo tam generatim quam ſpeciatim auctores, Cap. II. §. VIII. pag. 73. not. *o*. add. Venerabilis vir Io. GEORGIVS WALCHIVS in *Lex. Philoſ.* pag. 2139. edit. ſecundae. LILIENTHAL. *hiſtor. litterar.* pag. 47. QVENSTEDT *Antiquit. public.* Lib. I. Cap. VIII. Num. IV. pag. 818.

(*p*) *De phariſaeis* ſpeciatim egerunt VITRINGA *obſeruat. ſacrar.* Lib. I. Diſp. II. Cap. VII. pag. 228. HOTTINGERVS *in theſauro philol.* Lib. I. Cap. IX. LEVSDEN. *in philologo Ebraeo mixto.* Diſſert. XVIII. pag. 126. ſequ. Io. FR. BVDDEVS in *Hiſt. Eccl. Vet. Teſt.* Tom. II. pag. 1200. ſequ. RELANDVS *antiquitatum ſacr.* Part. II. Cap. IX. IOACHIMVS HILDEBRANDVS in *antiquitatibus* pag. 111. HEIDANVS *de origine erroris* pag. 441. ALETHAEVS in *Erleuterungen*

*qua doctrinas, qua inſtituta, conuenerint cum philoſophis gentium profanarum*, peculiari ſcripto diſquiſiuit CHRISTIANVS COLBERGIVS, *Dantiſci* 1720. 4. (*s*) Cel. Io. IOACHI-

*gen* Vol. IV. pag. 472. IOSEPH. SCALIGER in *Elencho tribaer.* Cap. XVI. pag. 284. IOANNES DRVSIVS *de tribus ſectis Iudaeorum* Lib. II. Cap. XV. NATHANAEL LARDNERVS in *fide hiſtoriae Euangelicae* Lib. I. Cap. IV. pag. 205. NICOLAVS SERRARIVS in *Tribaereſio* Lib. II. Cap. XI. pag. 55. IOANNES MVLLERVS in *Iudaiſmo* Proleg. pag. 64. ſequ. GERSOM in *Iüdiſchen Talmud* Part. I. Cap. II. pag. 9: BARTOLOCCIVS *Biblioth. Rabbin.*, Tom. I. pag. 376. b. Io. GOTTFR. LACKERMACHERVS in *Obſeruat. Philol.* Part. I. Obſ. I. pag. 1.

(*q*) *De Sadducaeis* v. LEVSDEN in *philol. Ebraeo mixto* differt. XIX. pag. 133. ſeqq.

(*r*) *De Eſſaeis* ſpeciatim vid. WOLFIVS ſummae venerabilis ad *Caſauboniana* pag. 317. DEYLINGIVS vltra laudem poſitus *Obſeruat. Sacrar.* Part. III. pag. 547. ſequ. LEVSDENIVS in *philologo Ebraeo mixto* Differt. XX. pag. 137. ſequ. FVLLERVS *miſcellaneorum ſacror.* Lib. I. Cap. III. Lib. II. Cap. III. Lib. IV. Cap. III. PETITVS *variar. lect.* Cap. XXI. & XXIII. ZORNIVS opuſc. ſacr. Tom. II. pag. 81.

(*s*) Vid. Trium *ſcriptorum illuſtrium de tribus Iudaeorum ſectis ſyntagma*, in quo NICOLAI SERARII, IOANNIS DRVSII & IOSEPHI SCALIGERI opuſcula iunctim exhi-

bentur

CHIMVS LANGIVS diſſ. Academic. *Halae* 1721. defenſa demonſtrare conatus eſt, *Eſſaeos non fuiſſe Iudaeos ſeu peculiarem Iudaeorum ſectam, ſed philoſophos barbaricos Iudaizantes*; eiusdem vero *de Therapeutis* ſententiam ibidem eodem anno propoſitam praeter cel. HEVMANNVM in *actis philoſ.* Part. XVII. diſſ. 1. refellit FRIED. CAROLVS ZINK *Lipſ.* 1724. in diſſ. *de Therapeutis. De philoſophia Pauli Apoſtoli* egregia cl. M. Io. ERDMANNI BIEKII diſſ. *actis philoſ.* Part. XIII. Art. IX. pag. 124 - 149. inſerta legitur, qua Io. DAVID STROHBACHII diſſ. *de eruditione Pauli* Lipſ. 1708. (*t*) ſimul ſub examen vocatur.

bentur. IACOBVS TRIGLANDIVS diatriben *de ſecta Karaeorum* adiecit *Delph.* 1703.4. SALDENVS in *ot. theol.* Lib. III. Exercitat. IX. HOTTINGERVS in *theſ. philol.* Lib. I. Cap. I. Sect. V.

(*t*) *De Sabaeis* praeter STANLEIVM egit IOANNES SPENCERVS Lib. II. *de legibus rituali-bus Ebraeorum*, & SELDENVS *de iure nat. & gentium ex mente Ebraeorum* Cap. VII. pag. 207. THOMAS REINESIVS Lib. III. *var. lectionum* Cap. II. pag. 515. & Io. CHRIST. WOLFIVS in peculiari *de Sabaeis* diſſertatione. Addimus ſcriptores de Karaeis, de quibus vid. D. Io. CONRADVS STEVBERVS in peculiari programmate conſcripto, Rint. 1735. 4 cum Academiae faſces ſuſciperet. IOANNIS GOTTFR. SCHVBARTI *Secta Karaeorum diſſertationibus aliquot adumbrata*, Ienae 1701.

catur. *De Hillele & Schammai antiquis Iudaicarum ſectarum conditoribus* exſtat diſſ. GODOFREDI ENGELHARDI GEIGERI *Altorfi* 1707.

## §. VI.

Aegyptiorum philoſophiam, de qua lege M. ISRAEL TRAVGOTT GASMANNI de *ſapientia Aegyptiorum* diſſertat. tres, Vitemb. 1710. (*u*) ex antiquis illuſtrauit IAMBLICHVS, cuius

1701. 4. PRITII *introduct. in lectionem noui Teſtamenti* pag. 333. ſequ. IOANNIS HENRICI HOTTINGERI *Compendium Theologiae Iudaicae* Enneadi diſſertationum Tiguri 1662. 4. additum Cap. I. nec non *Lettres Choiſies* de M. SIMON Tom. III Epiſt. III. pag. 9. *De Samaritanis* denique vid. CELLARII *Collectanea hiſtoriae Samaritanae*, *Cizae* 1688. in 4. PRITII *introduct. in lect. N. T.* Cap. XXXIV. BVDDEI *introduct. in philoſophiam Ebraeorum*, §. XVII. pag. 65. Eiusdem *exercitatio, qua gentis Samaritanae hiſtoriam & cerimonias illuſtrat*, in Diſſertationibus Academ. a IO. GEORG. WALCHIO collectis pag. 108. ſequ. RELANDVS Part. II. Diſſertat. Miſcellanearum pag. 21. ſequ.

(*u*) Sapientiae Aegyptiacae inuentorem Broſardus & Roſellius cum Petro Comeſtore ad ipſum Miſsain referunt; hunc a Chamo Noachi filio, qui Zoroaſter a multis dicitur, [illegible] eſſe eloctum perh[illegible] ben

ius *de Myſteriis Aegyptiorum* librum latine vertit, & notis inſtruxit *Thomas Gale*, *Oxonii* 1678. f. Recenſetur haec editio *in den ſummariſchen Nachrichten aus der Thomaſiſchen Bibliotheque*, Tom. 1. pag. 422. ſeqq. & in SAMVELIS KNIGHT *vita Coleti* Anglice conſcripta, quam ſupra iam laudauimus. Neque minus ex recentioribus NICOLAI CAVSSINI *liber de Aegyptiorum ſapientia ſymbolica* commendandus eſt, qui in notis conſiſtit ad *Hori Apollinis hieroglyphica* Coloniae 1631. & 1654. 4. Praeſtantiſſima autem eſt editio, quae Pariſiis 1647. in 4. prodiit. Ipſa haec HORI *hieroglyphica* ſaepius ſeparatim in lucem prodierunt, & recenſentur variae editiones a FABRICIO *bibl. graec.* Lib. I. Cap. XIII. §. VI. pag. 89. CAELII CALCAGNINI tractatus *de rebus Aegyptiorum* (*v*) inter opera eius ex-

bent; ſed tempora plane diuerſa inter ſe diſcrepant. vid. SIXTVS SENENSIS in *Cham*, & prae ceteris H. PRIDEAVX in *Operibus Theologicis* pag. 441 ſqq. nec non CORNELII ADAMI *Commentatio de ſapientia, eruditione atque inuentis Aegyptiorum*, Exercitationibus exegeticis Groningae impreſſis 1712. in 4. inſerta. CAROLVS BLOVNT in *Oracles of Reaſon* pag. 182.

(*v*) Moſen ipſum non aliis vſum fuiſſe praeceptoribus, praeter ſacerdotes Aegyptiorum, atque hinc eo

exſtat, quae *Baſileae* apud Frobenium 1544. fol. ſunt exſcripta. IOANNES BAPTISTA CASALIVS *de veterum Aegyptiorum moribus, ſymbolico & hieroglyphico cultu* ſcripſit *Romae* 1644. 4. & *Francofurti* 1681. 4. ſed pro more ſuo congeſſit potius ex aliis, quam digeſſit. (w) LAVRENTII PIGNORII exſtant *Characteres Aegyptii*, ſeu *ſacrorum, quibus Aegyptii vtuntur, & ſimulacrorum accurata delineatio & explicatio*: quae primum *Venetiis* 1605. 4. prodiit, poſt *Francofurti* 1608. 4. Explicatio eſt menſae ſiue tabulae Aegyptiacae indubitatae antiquitatis, quam ex *Petri Bembi*, Cardinalis, muſeo in ſuum ci-

magis in pretio fuiſſe Pharaoni atque ſubiectis eius, PERERIVS Diſp. IX. in II. Cap. Exodi auctor eſt.

(w) Diodori Siculi, Clementis Alexandrini & aliorum de hieroglyphicis ſacris libri euoluenda ſunt ſcripta, neque minus MICHAEL MAIERVS integro hac de re libro. BOCHARTVS in *Phaleg* pag. 156. CLERICVS ad Exodi XXVIII. 37. IOANNES ALBERTVS FABRICIVS in *Bibliographia Antiquaria* Cap. XXI. §. X. pag. 628. add. *Ori Appollinis Niliaci de Hieroglyphicis Notis libr. II. a Bernardino Vincentio* latinitate donatos. Baſileae 1534. in 8. qui adiecti ſunt *Auguſtini Niphi Medices*, Philoſophi Sueſſani, de Auguriis libris II. & raro inueniuntur in bibliothecis. IOANNES ADAMVS TSCHORNIVS de *Aegyptiis* omnigenae ſapientiae principibus & *auctoribus* idem argumentum expediuit.

cimeliarchium transtulerat *Vincentius, Mantuae dux, vbi cultus Iſidis hieroglyphicus*, in quo potior philoſophiae Aegyptiorum pars conſiſtit, explanatur. Hiſtoriam & fata huius *tabulae* referunt GVNDLINGIVS *hiſt. phil. mor.* Cap. I. §. VII. p. 12. & Io. CHRIST. WAGENSEILIVS in comment. *de republica Norimbergenſi* pag. 85. ſeqq. adde vitam cel. huius viri, *Exercitationibus* eiusdem *varii argumenti Norimb.* 1719. 4. praemiſſam. pag. 5. not. a. (*x*) Eandem quoque tabulam explicare ſuſcepit IOANNES. FRIDERICVS HERWARTVS ab HOHENBVRG, in libro, cui titulus: *admiranda ethnicae theologiae myſteria, Monachii* 1626. 4. edito, qui phyſice eandem intelligi vult, atque de magnete ſingulas figuras explicat, immo omnes de iis fabulas ad magnetem eſſe referendas, ſibi perſuadet. (*y*) Inſtar omnium ta

(*x*) Aegyptios eſſe inuentores ſymbolicae cognitionis illius, vi cuius per figuras animalium, ſenſus mentis effinguntur, TACITVS auctor eſt *annalium* Lib. XI. Cap. XIV. De eiusmodi tabulis videri poteſt vir perſpicaciſſimi ingenii, beatus ANDREAS MVLLERVS Greiffenhagienſis, linguis orientalibus ad exemplum vſque mirabile, & immortalem nominis gloriam deditiſſimus, in *collectis* ab eo *Alphabetis*.

(*y*) Magiam praecipue in Aegypto iam temporibus Ioſephi inualuiſſe ex Geneſeos Cap. XLIV. 15. elu-

tamen ſunt opera ATHANASII KIRCHERI *Oedipus* ſcilicet *Aegyptiacus*, *Romae* 1 f. III. tomis editus, in quo & templum I cum, gymnaſium Aegyptiacum, claſ variarum artium Aegyptiis vſitatarum, th trum hieroglyphicum atque alia deſcrip Eiusdem *Obeliſcus Pamphilius*, *Romae* 16 f. vbi, dum antiquum illum obeliſci Aegyptiacum, Romae ab Innocentio X. rectum, deſcribit, etiam de litteratura cultu hieroglyphico Aegyptiorum agit; quod etiam praeſtitit in *obeliſco Chigico*, interpretatione hieroglyphorum obel Aegyptiaci Romae inter rudera Miner effoſſi: & denique *prodromus Copticus*, Aegyptiacus, *Romae* 1636. 4. Diuerſa modum ſunt eruditorum de pretio oper KIRCHERI iudicia, his illum laudantib culpantibus vero aliis. (z) Vide *acta*

cet. Pharaonis magi, Moſis aetate, n bilia ſtupendaque prorſus phaenomena effecer vid. Exodi VII & VIII. Dudum vero ex ratum cognitumque eſt multis, magiae voc lo omne genus philoſophiae comprehendi, apud Aegyptios etiam floruiſſe ſapientiae ſtudi vt credamus par eſt. Vid. DEL-RIO *diſqu tionum Magicarum* Lib. I. Cap. II. pag. 5.

(z) Nos quidem Kircheri haud paucas interpretatio vti Plutarchus poetarum myſteria Tom. II. pag. 357. figmentis adnumeramus, qualia c

*loſ.* Part. VIII. diſſ. I. pag. 193-199. vbi diſcrepantes maxime illorum ſententiae adducuntur; ſcriptores ſimul etiam reliqui ad *hiſtoriam philoſophiae Aegyptiacae* ſpectantes nominantur. Ceterum ſynopſin ſcriptorum *Kircherianorum*, quae heic adlegata ſunt, dedit cel. REIMANNVS in *idea ſyſtematis antiquitatis litterariae Aegyptiacae, Hilleshemii* 1718. 8. edita, Num. XIII. §. L. pag. 148. ſeq. conſule & illuſtris GVNDLINGII *hiſt. phil. mor.* Cap. I. §. 3. g. pag. 9. ſeqq. *Ad cultum hieroglyphicum* facit etiam IOAN. PIERII VALERIANI, *Bellunenſis*, liber, *Hieroglyphica* inſcriptus, & *Venetiis* 1605. 4. *Lugd. Bat.* 1610. *Colon. Agripp.* 1614. 4. *Amſtelod.* 1670. 4. & *Francofurti* denique *ad Moenum* 1678. 4. editus, atque M. HENRICI SCHWALENBERGII *Aphoriſmi hieroglyphici, quibus veterum philoſophorum myſteria quaedam declarantur, ex commentariis Io. Pierii Valeriani & Caelii Se-*

miniſcuntur poetae & fabularum inuentores, aranearum inſtar ex ſe ipſis gignentes initia, nullo fundamento innixa, eaque pertexentes. Non ſine voluptate hic conferri poterit excellentiſſimus GOTTSCHED in *Anmerckungen zu des Fontenelle Geſprächen von mehr als einer Welt*, pag. 105. 106.

*Secundi Curionis collecti*, *Lipſ.* 1692. 8. (*a*) IACOBVS TYPOTIVS in *hierographia* ſua, *Pragae* edita, hanc doctrinae partem Chaldaeos primum inueniſſe, atque patriarchas vſurpaſſe, adfirmat, non vero probat. His tamen addi adhuc meretur IOANNIS MARSHAMI (*b*) *Canon Chronicus* Aegyptiacus, Ebraeus, Graecus, cum diſqui-

ſi-

(*a*) Conf. Dianae Epheſiae Symbolica Statua a CLAVDIO MENATREYO expoſita, multis nouis additionibus, nummis & monimentis antiquis illuſtrata, quae inſerta eſt Tom. VII. *Antiquitatum Graecarum* GRONOVII pag. 391. ſqq.

(*b*) Ebraeorum ritus ex Aegyptiorum moribus atque inſtitutis deducit vnice, typorum haud vlla habita ratione; atque adeo cum SPENCERO de legibus Ebraeorum ritualibus congruit; teſtimoniis niſus dubiis nonnullis; licet alias ſedulo inquiſiuerit in adyta vetuſtatis. Legatur BVDDEVS Hiſtor. Eccleſ. Vet. Teſt. Tom. I. p. 669. inprimis vero OTTO MENKENIVS, fidus illud orbis litterarii poſt fata quoque fulgentiſſimum, in praefatione ad Marshamum Lipſiae recuſum. Haud ita pridem SAMVEL SHVCKFORD M. A. in *Sacred and Prophane Hiſtory of the World connected, from the Creation of the World to the Diſſolution of the Aſſyrian Empire at the Death of Sardanapalus, and the the Diſſolution of the Kingdom of Iudah and Iſrael, under the Reigns of Ahaz and Pekah*, edit. Londini 1737. in f. maxima ex parte Marshamum eſt ſecutus. Vid. *the Hiſtory of the Works of the Learned.* Menſe Octobr. 1737. N. I. pag. 242. ſeqq.

ſitionibus, qui primum *Londini* prodiit 1678. f. poſt *Lipſiae* recuſus eſt 1686. 4. ſed tamen hiſtoriam potius & ſucceſſionem regum erudite ſatis examinat auctor, refutatus eſt nihilominus ab HERMANNO WITSIO, doctiſſimo Batauo, in *Aegyptiacis*, ſiue *de Aegyptiorum ſacrorum cum Ebraeis collatione*, Libr. III. *Amſtelod.* 1683. & 1696. 4. (c)

## §. VII.

*Suecorum Gothorumque* veterum philoſophiam atque antiquitates illuſtrauit IOANNES LOCCENIVS in *antiquitatibus* ſuis *Sueo-Gothicis cum hodiernis inſtitutis comparatis.* Libr. III. *Francof.* 1676. 4. Antiquitates aliquoties iam antea ſeparatim editae fuerunt; pertinet vero huc potiſſimum Libr. II. Cap. XIV. & XV. vbi *de priſca Gothorum litteratura & Runis*, ac de priſcorum ſeculo-

(c) Doctrinae omnigenae peritiſſimus vir ROLLINVS in hiſtoria artium & ſcientiarum veterum, lucem quoque adfundit Aegyptiorum philoſophiae, hic liber in Anglicum idioma translatus ſub titulo: *The hiſtory of the Arts and ſciences of the ancients*, Londini prodiit 1737. II. Vol. in 8. agitur in eo de agricultura, de commerciis, de architectura, ſculptura, pictura, muſica, arte militari, aliisque vetuſtatem illuſtrantibus rebus, ſpeciatim quoque Aegyptiacis.

lorum ſtudiis in Sueciae regno prolixe narratum eſt. Plenius vero illud egit OLAVS RVDBEKIVS. Prodiit primum ipſius *Atlantica*, ſiue (*d*) *Manheim*, vera Iapheti poſterorum ſedes ac patria: ex qua non tantum Monarchae & reges ad totum fere orbem reliquum regendum & domandum, ſtirpesque ſuas in eo condendas, ſed etiam Scythae, Barbari, Aſae, Gigantes, Gothi, Phryges, Troiani, Amazones, Thraces, Lybies, Mauri, Tuſci, Galli, Cimbri, Cimmerii, Saxones, Germani, Sueui, Longobardi, Vandali, Heruli, Gepidae, Teutones, Angli, Pictones, Dani, Sicambri aliique virtute clari & celebres populi olim exierunt, Vpſaliae 1684. f. Titulus de inſtituto ſtatim docebit. Scilicet *Platonis Atlanticam* apud *Suecos* quaerit *Rudbeckius*, hosque matrem omnium gentium eſſe

(*d*) De America, maioribus noſtris ſub voce *Atlanticae* terrae nota, vid. *Collection of Voyages and Trauels* edit. Londini 1704. Tom. III. pag. 83. Cap. II. & *Moeurs des Sauvages Ameriquains comparés aux Moeurs des premiers temps*, par le P. LAFITAV *de la Compagnie de Ieſus. Ouvrage enrichi de Figures en taille-douce.* Pariſiis 1724. Verba DIODORI SICVLI Bibl. L. V. p. 208. & PAVSANIAE in Atticis p. 21. huc pertinent quoque.

eſſe contendit. (*e*) Pars ſecunda prodiit *Vpſaliae* 1687. f. in qua Solis, Lunae ac terrae, cultus deſcribitur, omnisque adeo ſuperſtitionis huiusce origo parti Sueoniae Septentrionali vindicatur, ex qua deinceps in orbem reliquum diuulgata ſit. Tertia eiusdem pars *Vpſaliae* 1698. f. exſcripta, vera veterum *Suecorum* inſtituta, aliaque continet. Non omnibus probatum fuit Medici Profeſſoris Vpſalienſis inſtitutum, πατριδομανιας vitium, ingenii abuſum & neſcio quos naeuos alios auctori erudito nonnullis obiectantibus. Sed neque defuit viro υπερασπιστης FABIANVS TOERNERVS, Prof. Eloquent. Vpſalienſis, qui *de exiſtentia Atlan-*

(*e*) Statim poſt confuſionem labiorum babylonicam in Sueciae fines penetraſſe diſperſos homines quosdam; (numerum adeo determinat Rudbekius, & probabilitate adſequitur 270. ſe eo contuliſſe,) ex iisque conceſſiſſe deinde colonos in terras quasuis tradit; ſed eodem fere modo, quo probatum id iuit Rudbekius, Gallus quidam, AVDIGER nimirum, iſtum honorem Gallis vindicaturus, demonſtrat id ipſum in libro *de l' origine des François & de leur Empire* edit. 1676. & quaeuis natio eadem adhibere poterit argumenta, ſi indulgere licet fictionibus; nihilominus ingenium felix exercuit declarauitque Rudbekius; antiquitatem quoque gentis ſuae dilucide expoſuit. Vid. ſi lubet, *Nouvelles de la Republique des Lettres* menſe Ianuar. A. MDCLXXXV. Artic. VIII.

*lantices* dissertationem epistolicam, manuscriptam hactenus, exarauit, laudatam cl. ARPIO in *feriis aestiualibus* Part. II. pag. 132. qui & alia adtulit ad historiam libri *Rudbeckiani* facientia, conf. etiam V. C. Io. DAVID. KOELERI prolusionem Academicam *de Scaldis*, *Arctoarum gentium Poetis vetustissimis*, *Altorf.* 1724. fol. (*f*) Refutauit vero RVDBECKIVM GEORG. CASP. KIRCHMAIERVS in erudita *de Atlantide Platonis* dissertatione, *Vitemb.* 1685. edita. Ceterum conferenda heic etiam est doctissimi Io. MOLLERI praefatio historico-apologetica *de gentium Borealium in litteras meritis*, bibliothecae septentrionis eruditi praemissa, quae anno 1699. 8. publici iuris facta est, & IOAN. SCHEFFERI *Sueciam literatam* ac ALB. BARTHOLINI librum *de scriptis Danorum*, insignibus a MOLLERO hypomnematibus adaucta & ornata complectitur: addenda quoque est cl. PHILIPP. FRIED. HANII commentatio *de ingeniis gentium Borealium philosophicis*, *Rostochii* 1724. 4. edita, Sectione IV. integra. Eiusdem cum *Atlantica* argumenti est GEORGII STIERNHIELMII, nobilis Sueci, *Runa Suedica*, edita sine mentione loci aut temporis

(*f*) Conf. STEPHANVS ZAMOSCIVS in analectis Daciae antiquitatum, passim.

ris in 4. Huc etiam conferre quid poteſt MATTH. PRAETORII *orbis Gothicus*, ſeu hiſtorica narratio omnium fere Gothici nominis populorum origines, ſedes, linguas, regimen, reges, mores, ritus varios, conuerſionem denique ad fidem, exhibens. Monaſterii Oliu. fol. Praeſtantiſſima vero quaeque nobis de hoc argumento daturum ſe nuper promiſit ANDREAS ANTONIVS STIERNMANN, Suecus, auctor *bibliothecae*, quae iam ſub prelo ſudare dicitur, *Suio-Gothicae*, in qua, praemiſſa de philoſophia Gothorum, eorundemque in litteras meritis diſſertatione, reges, heroes, magnates atque viri ab antiquiſſimis temporibus, ſcilicet A.mundi MMM CCC LXII. eruditionis fama clari atque inſignes enumerantur, eorumque ſcripta edita, inedita, deperdita & adfecta, luci reſtituuntur publicae; additis celebriorum auctorum vitis, epitaphiis, inſcriptionibus ſepulcralibus, epigrammatibus, elogiis, & iudiciis eruditorum de illis hic illicque congeſtis, vt & numis ſymbolicis in memoriam eorum cuſis. vid. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* 1727. *Num.* XXXV. pag. 353 ſeqq. (g) *Philoſophi-*

(g) Promiſſis etiam ſtetit vir clariſſimus, & diſſertationem

*phiam Druidum* expoſuit (*b*) IANVS CAECILIVS FREY, *Pariſiis* 1640. 8. atque ESAIAS PVFENDORFFIVS ſingulari diſputatione, quae *Lipſiae* 1650. 4. habita, cum aliis

nem *de philoſophia Gothorum* praemiſit. Opus ipſum in VII. iuſtae magnitudinis tomos diſtributum, exſcriptum eſt typis *Holmiae* 1731. vid. *Nieder-Sächſiſche Nachrichten von gelehrten neuen Sachen auf das Jahr* 1731. Num. XXXIX. pag. 327.

(*b*) Druidum ſeu Druidarum, Dryidarumue hiſtoriam vid. in *Commentariis de Scriptoribus Britannicis* a Io. LELANDO concinnatis; ex autographo Lelandino, quod in Bodleiana vidi, primus edidit eos ANTONIVS HALL Art. Mag. Coll. Reg. Oxon. Soc. Oxonii e theatro Sheldoniano 1709. in 8. In fidem praecipue reuocat IVLII CAESARIS teſtimonia, PLINII hiſtor. natur. Lib. XVI. SVETONII Claudium, ARISTOTELIS lib. de Magia, alios. CELSVS apud Origenem Lib. I. pag. 14. eos inter philoſophos refert perſpicaciſſimos, add. DIOGENES LAERTIVS in prooemio libri de vitis Philoſophorum. CHRYSOSTOMVS Orat. XLIX. PLINIVS Lib. XVI. Cap. XLIV. & Lib. XXX. Cap. II. Aſtronomiam, Geographiam, Medicinam ſpeciatim callebant. Nuper quoque *La Religion des Gaulois tirée des plus pures ſources de l'Antiquité par le R. P. Dom. *** Religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur. Ouvrage enrichi de Figures en taille-douce* in II. Vol. in 4. Pariſiis 1727. prodiit; in cuius tomo primo & ſecundo exponuntur fuſe Druidum doctrinae, ritus atque inſtituta. De dogmatibus eorum vid. praecipue Tom. I. pag. 183. 200. Tom. II. pag. 69. 107. 215. Haec delibaſſe ſufficiat.

aliis prodiit eiusdem opuſculis *Halae* 1700. 8. *iuuenilium* titulo a Io. PETR. LVDOVICO cum *elogio auctoris* editis, vbi p. 30. 69. occurrit. Conf. eiusdem viri celeberrimi *opuſcula oratoria* pag. 466. Prodiit etiam ſine die & conſule *Vitembergae* M. IOAN. FRIED. SCHARFII P. P. Meletema hiſtoricum *de Gallorum Druidis*, quod, quemadmodum circa idem cum *Pufendorfiana* diſſertatione argumentum verſatur, ita & verbis nonnunquam plane iisdem vterque auctor vſus fuiſſe deprehenditur, vt difficile ſit lectori conſtituere, vter alterum exſcripſerit, inſpice REIMANNI *ideam ſyſtem. antiqu. lit.* pag. 8. Praecipue vero THOMAS SMITH in *ſyntagmate* ſuo *de Druidum moribus ac inſtitutis*, (*i*) *Londini* 1644. & 1668. edit. 8. laudandus eſt. Addi adhuc poſſunt CONR. SAMVEL SCHVRZFLEISCHIVS, qui *veterum inſtituta Druidum* diſſ. publica excuſſit *Vitemb.* 1697. recuſa inter *opera hiſtorico-politica* Num. LVI. pag. 812. PETRVS LAGERLOFFIVS in diſſ. *de Druidibus*, *Vpſaliae* 1689. 8. CAESA-

(*i*) Hoc *Syntagma de Druidum moribus ac inſtitutis* Londini prodiit 1664. & minime 1644. nec 1668. vti illuſtris auctor pronunciauit. Vidi enim & deſcripſi ego ipſe librum hunc THOMAE SMITH rariſſimum, qui in ſola bibliotheca Bodleiana exſtat, nec in vlla alia neque Britannorum neque Gallorum neque Batauorum bibliotheca a me fuit repertus.

SARIS EGASSII BVLAEI *hiſtoria veterum Academiarum Galliae Druidicarum*, quae inſerta legitur hiſtoriae Academiae Pariſienſis, quae *Paris.* 1665. VI. Vol. prodiit. Summa illius capita recenſentur in *bibliotheca Thomaſiana* Part. I. Num. II. pag. 23. ſeqq. (*k*) *De Gallorum* antiquioris aeui *philoſophia*, praeter iam laudatos, lege quoque, quos commendat STOLLIVS *hiſt. erudit.* Part. II. Cap. I. §. XXVII. pag. 347. IOANNEM ſcilicet PICCARTVM *de priſca Celtopaedia Libr.* V. Paris. 1556. 4. STEPHANVM FORCATVLVM *de Gallorum imperio & philoſophia Paris.* 1579. 4. 1595. 8. & 1680. 4. ac VLRICI OBRECHTI exercit. *de philoſophia Celtica, Argentorati* 1676. 4. *Germanorum* aeque philoſophiam (*l*) deduxit in *Germania ſua antiqua* PHI-

(*k*) EDMVNDVS DICKINSONIVS in *Delphis phoeniciſſantibus* diſputat etiam erudite *de Druidum philoſophia*; cuius Diſſertatio inſerta eſt Faſciculo I. *diſſert. hiſtor. criticarum* edit. Roterodami 1692. vid. quoque IOANNES IONSIVS *de ſcriptoribus hiſtoriae philoſophicae*, Lib. III. pag. 197. ſequ.

(*l*) Ignorantiam ſublimiorum ſcientiarum omnium Germanis antiquis exprobrarunt varii ſcriptores, prouocantes ad CORNELII TACITI de moribus Germanorum Cap. *XIX.* in quo ſequentia leguntur: *Litterarum ſecreta viri pariter ac feminae ignorabant*, hinc vſum litterarum plane Germanis in-

PHILIPPVS CLVVERVS, Lugduni Bat. 1630. f. quod de Germanis aetatis mediae praeſtitit PAVLVS HACHENBERGIVS in *Germania ſua media*, Ienae 1686. 4. & Halae 1709. 4. a GVIL. TVRKIO recuſa, in qua diſſertatio ſexta *de ſtudiis veterum Germanorum* ad noſtrum potiſſimum inſtitutum facit. (*m*) vide STOLLIVM *hiſt. erudit.* Lib. I. Cap. VI. §. XX. p. 273. & §. XXI. pag. 274. Lege & Germanicae gentis, antiquae pariter atque recentioris, merita in philoſophiam ſollicite annotata & recenſita in cl. BERNARDI PETRI KARLII erudita diſſertatione *de Germania artibus litterisque nulli ſecunda*, *Roſtoch.* 1698.

incognitum fuiſſe, arguunt; ſed de amatoria venereaque adplicatione litterarum quaeſtionem tantum eſſe apud Tacitum, & a litteris amatoriis alienos fuiſſe illos, extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt. Vid. D. ANDR. LVDOVICVS KOENIGSMANNVS in binis diſputationibus, quorum altera de origine litterarum apud Germanos Kilonii 1707. altera de origine litterarum amatoriarum itidem 1707. Kilonii inpreſſa eſt. Conf. *Miſcellanea Lipſienſia* Tom. IV. Obſeruat. LXXXVIII. §. VI. pag. 217. IVSTVS CHRISTOPH. DITHMARVS nuper quidem, in adnotationibus ad dictum Taciti locum, aliam explicationem, ſed eam, quae Germanis non eſt dedecori, adtulit, eoque minus explodendam. Vid. *Bibliotheque Germanique* Tom. XV. Num. IV. ſqq.

(*m*) Loci huius praecipue eſt HACHENBERGII diſſertatio VI. *Germaniae mediae, de ſtudiis veterum Germanorum.*

1698. 4. (*n*) Aliarum gentium philoſophiam ab illis deſcriptam videmus, qui mores & inſtituta gentium expoſuerunt.

## §. VIII.

Philoſophia Graecorum in *mythicam* & *realem* vulgo diſpeſcitur; legi poteſt IOANNIS FRICKII diſſ. *de ortu philoſophorum apud Graecos. Lipſiae* 1695. *Mythica* eſt ex poetis atque mythologis haurienda (*o*). *Mythologos Graecos* iunctim edidit THOMAS GALE Cantabrigiae 1671. 8. recuſi ſunt Amſtelodami 1688. 8. *Latinos* vero THOMAS MVNCKERVS, Amſtelod. 1683. 8. *Graecos* & *Latinos* inprimi curauit STEPHANVS (*p*) *Pariſiis* 1578. 8. Quae

(*n*) Appoſite de ſapientia Germanorum agitur quoque in *der älteſten Teutſchen ſo wohl allgemeinen als inſonderheit Elſaſſiſchen vnd Straſsburgiſchen Chronicke* IACOBI VON KOENIGSHOVEN, quae cum praefatione pererudita D. IOANNIS SCHILTERI exiit in lucem.

(*o*) Praeter CAELIVM RHODIGINVM lectiön. antiqu. Lib. XVIII. Cap. VI. de ortu fabularum diſputat, vti ſolet & debet, hoc eſt doctiſſime, ROLLIN *de la maniere d'enſeigner & d'étudier les belles lettres par rapport à l'eſprit & au coeur* Tomo IV. Part. IV. Artic. I. pag. 206. ſqq. edit. Amſtelodam. 1736. IACOBVS THOMASIVS in diſſ. de fabulis poetarum, eorumque vario ſenſu.

(*p*) In hac Stephani collectione Empedoclis, Xenophanis,

Quae in fabulis lateat ſapientia, oſtendit erudite Io. HENR. BOECLERVS per exempla in metamorphoſi ouidiana reperiunda. Prodierunt illius meditationes ſub titulo: *ad nacceſſum opus metamorphoſeon ouidianarum per loca a* I. H. BOECLERO *priuato in collegio ſubnotata aditus;* cui ob doctrinae paritatem ſubiuncta eſt GEORGII SABINI fabularum in acad. Regiomontana tradita olim interpretatio Lipſiae 1699. 8. Magnifici etiam BVDDEI diſſertatio, qua φιλοσοφον φιλομυθον delineat, in *analect. hiſt. phil.* pag. 45. ſequ. in hanc rem legenda, & addenda eſt praefatio his analectis praemiſſa. (*q*) Egregia quoque eſt diſſertatio IOANNIS CONRADI DVRRII *de recondita veterum ſapientia in poetis*, in qua declarauit, quantum ex poetis hiſtoria philoſophica illuſtrari poſſit. Prodiit primum Altorfii 1655. 4. praemiſſa poſthaec auctoris *inſtitutionibus Ethicis* ibidem 1661. 8. exſcriptis. Eſt etiam heic commendanda b. IAC. THOMASII breuis quidem, aſt pererudita diſſ. *de poetarum fabulis earumque vario ſenſu*, Li-

nis, Timonis, Parmenidis & aliorum reliquiae continentur.

(*q*) Inter hos etiam ſummum meretur nomen IOANNES EVSEBIVS NIEREMBERGIVS e ſocietate Ieſu, cuius *Nomeglyphita*, ſeu *de ſapientia myſtica veterum* commentarius, prodiit Madriti 1629 & 1682.

Lipſiae 1676. & alia M. ELIAE WEIHENMAIERI, *de poetarum fabulis philoſophiae inuolucris*, Vlmae 1694. 4. ANDREAE(r) item CHRIST. ESCHENBACHII diſſ. *de fabularum poeticarum ſenſu morali*, quae inter iunctim editas *Norimb.* 1705. 8. prima eſt, habita vero primum Altorf. 1684. in 4. Nec minus commendanda eſt MELCHIORIS GOLDASTI *de cryptica veterum philoſophorum diſciplina* epiſtola, quae OCTAVIANI FERRARII *claui philoſophiae* eſt praemiſſa, Francofurti 1606. 8. IOANNIS MAVKISCH denique diſſertatio de *Poëtarum fabulis* Lipſiae habita 1641. 4.

## §. IX.

Pythagoricam philoſophiam explicuit ex antiquis MALCHVS, dictus alias PORPHYRI-

(r) Ad illorum exemplum BACO DE VERVLAMIO de ſapientia veterum; VOSSIVS de Theologia Gentili; Venerandus pater TOVRNEMINE in *Memoires pour l'hiſtoire des ſciences* Tom. VI. pag. 83 ſqq. & auctor libri: *Reponſe aux Queſtions d'un Provincial* Parte III. Cap. X. ſeqq. de fabulis ſunt commentati. Magnam apud eruditos gloriam quoque in iis expediendis peperit, opus quod Hagae Comitum ſ. t. prodiit: *Commentaires ſur les Epiſtres d'Ovide, par Meſſire Gaſpar* BACHET *Sr. de Meziriac, de l'Academie françoiſe, nouvelle edition* in II. Vol. in

RIVS, (s) *de vita Pythagorae atque ſententiis Pythagoricis*, qui cum eruditis notis CONRADI RITTERSHVSII prodiit Altorfi 1610. 8. Poſt hunc LVCAS HOLSTENIVS *vitam Pythagoraē Porphyrianam* edidit Romae 1630. 8. recuſam Cantabrigiae 1655. 8. vide *vitam Holſtenii* Germanice *Hamburgi* editam pag. 47. ſequ. IAMBLICHI libri II. *de vita Pythagorae* exſtant graece & latine: prior vitam & ſectam Pythagoream exponit, alter Pythagoricorum commentariorum adhortatorias orationes complectitur, (t) Franeck. 1596. 4. & cum obſeruationibus *Deſiderii Heraldi* Pa-

ri-

in 8. cui auctoris inedita varia addita ſunt. Si omnes commemorare vellemus, dies & charta nos deficerent.

(s) Malchum & Porphyrium duos eſſe a ſe inuicem diſtinguendos ſcriptores, MORHOFIVS Polyhiſt. Tom. II. Lib. I. Cap. II. errore ductus, pronunciauit, conf. IOANNIS MOLLERI Homonymoſcopiae Part. III. Cap. IV. §. 3. Patres eccleſiae affectuum impetu abrepti, vti THEODORETVS Lib. I. de fide, prodiderunt de eo multa, quae partim nimis dura, partim tenuia videntur; attamen magna, ſua aetate, apud omnes floruit auctoritate vid. Holſtenius Cap. III. pag. 218. l. c. *Nouvelle Bibliotheque Choiſie où l'on fait connoître les bons livres en divers genres de Literature, & l'uſage, qu'on en doit faire* Tom. I. Cap. I. pag. 1. ſeqq. edit. Amſtelodami 1714. in 12.

(t) Conſulatur SVIDAS in voce *Pythagoras* Tom. III. 251.

riſiis 1599. 8. Vtrumque & IAMBLICHVM (*u*) & PORPHYRIVM vno iunctos volumine Amſtel. 1707. 4. edidit LVDOLFVS KVSTERVS. (*v*). Locum etiam poſcunt inter viri huius biographos GVIL. LOYDIVS edito *de Pythagorae eiusque aequalium vitis* libello, Londini 1699. 8. & DODWELLVS conſcripta *de aetate Pythagorae* diſſertatione, quae cum alia *de aetate Phalaridis* aduerſus RICH. BENTLEIVM ibidem eodem anno, 8. publicata eſt. (*w*) Dogmata huius philoſophi in ſyſtema fudit, variisque additis obſeruationibus illuſtrauit MICHAEL MOVRGVES in libro, quem *Plan theologique du Pythagoriſme* inſcripſit, *à Toulouſe* 1712. II. Vol. 8. (*x*) Ae-

(*u*) Iamblichus, Porphyrii diſcipulus, praeceptorem ipſum ſuperaſſe dicitur; vid. VIVES ad *Aug.* de C. D. Lib. VIII. Iuliano fuit in deliciis, aſt plagiariis accenſeri ſolet a multis.

(*v*) His non immoramur, quoniam ad Cap. I. §. 11. not k. & Cap. II. §. X. dicta a nobis, huc ſpectant.

(*w*) Vid. IOANNES CLERICVS in *Bibliotheque Choiſie* Tom. X. pag. 182. ſeqq.

(*x*) Add. Io. SCHEFFERVS *de natura & conſtitutione philoſophiae Italicae*, Wittebergae 1701. 8. BVDDEVS in diſſ. de ἀσυνήθεσι philoſophica in *Analect. Hiſtor. Philoſ.* pag. 419. *La Religion des Gaulois tirée des plus pures ſources de l'antiquité par le R. P. **** (*Martin*) *Religieux Benedictin de la Congregation de S. Maur* Tom. I. pag. 18. 329. 389. & Tom. II. pag. 220. ſeqq.

Aeſtimandus quoque eſt IOANNIS IACOBI SYRBII *Pythagoras intra ſindonem noſcendus*, quem *introductionem* eſſe voluit in *phyſicam Pythagoream*, atque edidit Ienae 1702. 8. in qua potiſſimum veram aetatem *Pythagorae*, eiusdemque cum Ebraeis conuerſationem explicuit, confer huc cel. WOLFII *Bibl. Ebraeam* Tom. I. pag. 983. Catalogum reliquorum ſcriptorum *de philoſophia Pythagorica* dedit cel. HEVMANNVS in *Act. philoſ.* Part. II. pag. 370. ſequ. Part. IV. pag. 751. ſequ. Part. IX. pag. 487. ſequ. lege & quae diximus ſupra Cap. II. §. X. Diſſertationem I. *de Pythagora* Lipſiae 1708. reliquae tres ab auctore CHRISTOPH. SCHRADERO promiſſae inſequutae haud ſunt, quod mors deſtinata intercipiebat. (*y*)

§. X.

(*y*) IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS etiam iis accenſeri debet, & IOANNES IACOBVS LEHMANNVS in obſeruationibus, in quibus Buddei hiſtoriam Pythagorae illuſtrauit, auxit & confirmauit. Francof. & Lipſiae 1731. 4. Ante eos IEAN LE CLERC, polyhiſtor ſummus, pro mirabili qua pollebat eruditione, de Pythagora atque biographis huius philoſophi commentatus eſt in *Bibliotheque Choiſie* Tom. X. Artic. 11. pag. 79. In miſcellaneis obſeruationibus in antiquiores recentioresque auctores, inceptis a Britannis, continuatis vero a Batauis, etiam de Pythagora lectu digna inueniuntur, Volumin. VI. Parte II. nec non in *Elementis Philoſophiae* veteris

## §. X.

Apud eosdem *Graecos* noua philoſophandi ratio decem ſectas excitauit, quae omnes nomen & magiſterium SOCRATIS iactarunt. (*a*) Prima & princeps fuit Academica, auctore PLATONE, de qua erudita *de prima Academia, villa Platonis*, illuſtris Io. PETRI A LVDEWIG diſſertatio Halae 1694. propoſita, legi heic poteſt, & fontes prae-

& nouae ADRIANI LAMEZAN Iuliacenſis pag. 13.

(*a*) Ambigua eſt quaeſtio, an Socrates litteris conſignauerit placita philoſophiae, transmiſeritque ad poſteros. In veterum libris chartarum Socraticarum exſtat memoria, & Σωκρατικοὺς λογους non nulli nuncupant Platonis Dialogos. Apud EPICTETVM diſcipulus interrogat: τι οὖν; Σωκρατικὰ ἔγραφε: *Quid ergo, num Socrates nihil ſcripſit?* ad Platonis libros reſpicitur, reſponſumque fertur ſequens: καὶ τίς τοιαῦτα. *Et quis tam multa quam ille ſcripſit?* nimirum cum OLEARIO l. c: pro ἔγραφε, διελεγε ſiue συνεζητησε legendum eſſe ſtatuimus. Vid. FABRICII *Bibl. Gr.* Lib. II. Cap. XXIII. & MORHOFIVM *Polyhiſtor* Tom. I. Lib. I. Cap. VII. §. 3. BRVCKERIORVM *Bibliotheca virorum militia atque ac ſcriptis illuſtrium* pag. 430. Ceterum adeo impenſe multis placuit recentioribus quoque temporibus Socrates, vt MARSILIVS FICINVS crederet, Chriſti noſtri paſſionis imaginem, *in* vita & carcere fuiſſe Socratem. Vid. *Hiſtoria Atheiſmi* auctore excellentiſſimo I. T. PHILIPPO pag. 60. edit. Londini 1735. in 8. Simphorianus Cham-

praeterea ab ipſo monſtrati conſuli; (*b*) altera *Peripatetica* ARISTOTELIS, tertia *Stoica*, ZENONE auctore, qui ciuilem philoſophandi rationem prae aliis excoluit, quarta *Epicurea* erat. De ZENONE *philoſopho* legat, cui datum eſt, HEMMINGI FORELII diſſ. Vpſaliae, 1700. 8. Exſtat quoque cel. IAC. THOMASII *de quatuor his ſectis Graecorum praecipuis* erudita diſſertatio, cum aliis philoſo-

Champerius eandem tuitus fuit ſententiam ridiculam. Eraſmus in praefatione ad Tuſculanas Ciceronis Quaeſtiones, facta Litania, *vix poſſum continere*, inquit, *quin dicam*: SANCTE SOCRATES ORA PRO NOBIS vid. GREG. DE VALENT. T. III. Diſſ. I. Qu. II. punct. 2.

(*b*) Vid. PAVSANIAS *in Atticis*, SVIDAS in voce *Plato* Tom. III pag. 123. VOSSIVS *de ſectis Philoſophorum* pag. 66. SCHMIDIVS in diſſ. *de gymnaſiis litterariis*, Ienae 1688. 4. WALCHII diſſert. *de peregrin. Ciceronis.* CONRINGII *antiquit. Academ.* pag. 11, & pag. 236. edit. Helmſtad. 1674. in 4. quae auctior multo prima editione Francofurti 1651. impreſſa, iam vero in academia noſtra Georgia Auguſta nitidiſſime excuſa eſt Heumanni ſumme venerabilis auſpiciis. Add. *Acta Academiae Wittebergenſis* Anni MDCCXIII. pag. 38 ſeqq. FRANCISCVS IVNIVS Theologus in peculiari *de Academia* libro, in fine Tom. I. Opp. *Ceramicum* IOANNIS MEVRSII Cap. XIX. ſeqq. TOBIAS ECKHARD in *programmate de nominibus ſcholarum latinis*, Quedlinburgi 1752. 4. HIERONYMI MATRANGAE Syntagmata VII. Panormi 1637. in quadruplicata forma. Reuerendiſſimus archiepiſcopus Cantuarienſis

ſophiae Stoicae primaria capita illuſtrantibus, Lipſiae 1676. 4. edita. Hae dogmatum ſolum *Socratis* habebant rationem; reliquae vero vitam ſimul eiusdem exprimere ſtudebant. Tales erant philoſophia *Cynica*, auctore ANTISTHENE (*c*), *Cyrenaica*, auctore ARISTIPPO, *Eliaca*, auctore PHAEDONE, *Megarica*, auctore EVCLIDE, *Eretrica*, MENEDEMO auctore, *Dialectica*, CLITOMACHO auctore. *De vita moribus ac placitis Antiſthenis Cynici* luculenta exſtat, cel. STOLLII ſub praeſidio defenſa diſſertatio, Ienae 1724. (*d*) De ARISTIPPO vero lege, ſi placet, celeberrimi FRIDERICI MENZII *Ariſtippum, philoſophum Socraticum*, Halae 1719. 4. vbi vita, mores atque dogmata huius viri curate deſcribuntur, atque is ab impu-

IOANNES POTTERVS *in Archaeolog. Graeca* Lib. I. Cap. VIII.

(*c*) De Antiſthene & Cynicis vid. FABRICIVS *in Biblioth. Graec.* Lib. II. Cap. XXIII. Plura vero in noſtra diſputatione philoſophica *de decoro* Halae habita 1735. §. XXXVII. pag. 41. ſequ. ibidem de HIPPARCHIA aliisque ſequacibus agitur. De DIOGENE *Cynico* ſpeciatim conſuli poteſt M. FRIDERICVS MENZ in diſſertatione: *de faſtu philoſophico virtutis colore infuca in imagine Diogenis Cynici*, Lipſiae 1712. in-

(*d*) Confer. quoque eiusdem *Hiſtorie der Heydniſch. Moral.* §. LXXIII. ſeqq. CICERO Lib. I. *Officiis*, paſſim.

putationibus vulgo in illum coniectis liber pronunciatur. (e) Catalogum vero scriptorum, qui ad illustrandam sectae *Cynicae* historiam faciunt, composuit cel. HEVMANNVS in *act. philos.* Part. XII. diss. III. pag. 899. -911. quibus addenda est STOLLII diss. *de decoro contra Cynicos & Quakeros*, Ienae 1725. Extat PLATONIS *oratio pro Socrate* inter opera eius, & praecipue XENOPHON (f) *de factis & dictis Socratis memorabilibus*, libris quatuor, eius instituta attigit. Quibuscum conferri potest eiusdem *apologia pro Socrate*, interprete *Leonardo Aretino*. vid. FABRICII *bibl. graec.* Lib. III. pag. 75. DANIELIS HEINSII *oratio de vita & moribus Socratis* vtramque hic facit paginam; (g) Lug-

(e) ARISTIPPVS defenditur a BERNARDO A MALLINKROT in tractatu *de summo bono* pag. 71. & in BALZAC *Aristippe de la Cour*, nec non a SCHVPPIO in Orat. *de dignoscenda varietate ingeniorum.*

(f) XENOPHON fide dignus est, Plato enim propria sua dogmata saepe adscripsit Socrati, teste DIOGENE LAERTIO Lib. III. Segm. XXXV. & GELLIO *Noct. Att.* Lib. XIV. Cap. III. Illius, Xenophontis nimirum memorabilia Socratis dicta, plane egregiis obseruationibus illustrata edidit Vir clarissimus Io. AVG. ERNESTI, Lipsiae 1738. in 8.

(g) Animum ad mores vnice adplicans SOCRATES philosophiam naturalem neglexit, vid. XENOPHON de eo Lib. I. *Memor.* pag. 710.

Lugduni Bat. prodiit 1612. 12. inſerta poſthaec eſt Volumini orationum Lugd. Bat. 1627. 8. vbi loco XXI. pag. 283 -- 316. legitur. LEO ALLATIVS *Socratis & aliquot Socraticorum* edidit *epiſtolas*, atque notas addidit cum dialogo de ſcriptis Socratis, Pariſiis 1637. 4. (*b*) Sed ſpuria haec eſſe & ſuppoſititia euicit b. GOTTFR. OLEARIVS in diſſ. *ad Allatii dialogum* memoratum, Lipſ. 1696. quam *Stanleio* poſt haec addidit, vbi pag. 198. ſequ. legitur. Quemadmodum & alia auctoris doctiſſimi *de daemonio Socratis* diſquiſitio, Lipſiae 1702. recuſa 1720. itidem huic operi inſerta deprehenditur. Optimum vero ſcriptum eſt FRANCISCI CARPENTARII, quod Gallice primum prodiit ſub titulo: *Les choſes memorables de Socrate*, Pariſiis 1668. 12. & ſaepius in Bel-

AVGVSTINVS Lib. VIII. *de Ciuitate Dei* Cap. III. LACTANTIVS Lib. III. Cap. XIX. AVLVS GELLIVS Lib. XIV. Cap. III. CICERO *Quaeſt. Academ.* Lib. I. Tom. IV. Opp. pag. 7. & *Tuſc. Quaeſt.* Lib. V. Tom. IV. Opp. pag. 248. GODOFR. WILHELMI PAVLI diſſertatio de *Philoſophia Morali Socratis*, Halae 1714. in 4. Haud ita pridem clariſſimus GEORG. CHRISTIANVS IBBEKEN diſputationem conſcripſit: *de Socrate mortem minus fortiter jubeunte*, Lipſiae 1735. 4. Vitam Socratis inter veteres ARISTOXENVS etiam eſt perſecutus, vid. IONSIVS l. c. Lib. I. Cap. XIV. pag. 75. & IACOBVS BRVCKERVS Tom. I. *hiſt. philoſ.* pag. 425.

Vid. nota *a*, ſub initium huius §phi.

Belgio recuſum eſt; poſtea in Germanicum idioma transtulit CHRISTIANVS THOMASIVS, ſub titulo: *Beſchreibung der merckwürdigen Dinge des Socratis*, Halae 1693. & 1720. 8. quae ex *Xenophonte* translata vitam, mores & dogmata SOCRATIS ſumma cura exponunt. (*i*) IOANNES IACOBVS CHIFFLETIVS quoque *Socratem* ſcripſit atque edidit Antwerpiae 1662. 4. vbi tamen tantum de gemmis, Socratis imagine caelatis, iudicat. Elegantiſſima eſt Io. FRANC. BVDDEI *ſapientia veterum* diſſertationibus octo explicata Halae 1699. 4. in qua *hiſtoria* & *dicta illuſtriora ſeptem Graeciae ſapientum* egregie exponuntur. Sed vide, quae de his VII. ſapientibus monuit GVIL. TVRCKIVS peculiari meletemate, *obſeruationibus Halenſibus Germanitis* inſerto Tom. V. Num. I. Reliqui de hoc argumento auctores ſollicite recenſentur in *actis philoſ.* Tom. X. diſſ. I. pag. 494--537. quibuscum confer STOLLIVM H. L. Part. III. Cap. I. §. XXII. pag. 585. & adde BOECLERI *bibliographiam Criticam* ex editione cel. KRAVSII Cap.

(*i*) Morum magnificus magiſter vulgo dicitur Socrates; aſt LVCIANVS *de Amoribus*; PLVTARCHVS de *Lib. educand.* & *Ver. Hiſt.* Lib. perhibent cum aliis, a Sodomiticis ita dictis flagitiis horrendis ipſum non abhorruiſſe.

Cap. II. §. XXIII. pag. 32. (*k*) *Hiſtoire des ſept ſages* par Mr. LARREY, Amſtelodami 1713. & 1716. digna eſt, quae cum caeteris euoluatur. (*l*) Conf. denique HENRICI REINHARDI ROLLII *de Sectarum Philoſophicarum Scriptoribus*, Roſtoch. 1709. & 1710. diſſertationes editas.

## §. XI.

Philoſophiam *Platonicam*,(*m*) dictam etiam *aca-*

(*k*) In praefatione ad H. L. SPIEGHELS *Hertſpieghel vn andere Zedeſchriften, met verſcheiden noit gedrukte Stukken verrykt en door aentekeningen opgeheldert door Pieter Vlaming, mit nieuwe figuren*, edit. Amſtelodami 1724. in 8. declaratur, morum praecepta Spieghelii cum Socraticis plane conuenire, licet illius ſcita ex reuelationis principiis deducta fuerint. Conf. *Boekzael der geleerde Werelt* Anni 1724. menſe Auguſt. Num. V.

(*l*) BOILEAV Satyra VII. ignem ſpirans, conuitiorum plauſtra in ſeptem ſapientes inuexit. vid. *Obſeruat. Halenſes* Part. V. Obſ. 1. & *Academiſche Nebenſtunden* Part. IV. Art. VI. Hiſtoriae ſeptem ſapientum editio tertia Hagae Comitum 1734. in 11. Vol. in 12. prodiit, cum adnotationibus Hiſtorico-criticis auctore DE LA BARRE DE BEAVMARCHAIS. Auctor libri inſcripti *Hiſtoire de la Philoſophie Payenne, ou Sentimens des Philoſophes & des Peuples Payens les plus celebres, ſur Dieu, ſur l'Ame, & ſur les Devoirs de l'homme* in 11. Vol. in 12. edit. Hagae comitum 1724. hic quoque nominandus eſt, ſed vereor, ne in illos philoſophos, ſpeciatim in Socratem, durius dicta credantur eſſe, quam verius.

(*m*) Cap. II. §. 1. ſqq. de commentatoribus, editoribus

*academicam*, illuſtrarunt non minus ſcriptores hiſtoriae philoſophiae Pythagoreae. (*n*) Separatim de ea egit EHREGOTT DANIEL CÒLBERG, in libello, quem inſcripſit *das Hermetiſch-Platoniſche Chriſtenthum, begreiffende die hiſtoriſche Erzehlung vom Vrſprung vnd vielerley Secten der heutigen Fanatiſchen Theologie, Er-*

que diximus; quod ad illos pertinet, add. *Hiſtoire d'un Voyage litteraire fait en* 1733. *en France, en Angleterre & en Hollande* pag. 60. praeſertim vero *Nouvelle Bibliotheque choiſie* Tom. I. Cap. Ll. pag. 360. ſqq.

(*n*) Inter patres Oratorii quidam, poſtquam ſectae ſtudium paullatim deferbuit, Platonis auctoritatem priſtino reſtituturi ſplendori, caput extulerunt. Venerandus FOVRNENT etiam, ob ingenii aciem clarus, omnes philoſophiae partes, non ad Ariſtotelis ſolum mentem, ſed & Platonis placita compoſuit; euentus autem haud reſpondit optatis. Tanta ſunt apud pontificios S. THOMAS & ſequaces in exiſtimatione, vt conatus eiusmodi irriti non poſſint non eſſe. Et profecto Ariſtoteles Platonem antecellit; in huius enim ſcriptis, quod galimatias dicitur, haud raro occurrit; ſtili quidem elegantiae & venuſtatis ſublimis habuit rationem, verum cum Longini haud conuenit principiis; hinc Platoni Longinus exprobrat varia, quae magna ex parte non ſine ratione propoſita ſunt, quidquid reponant platonici. Conf. *Lettres de* SIMON Tom. IV. Ep. XIII. pag. 86. & *Traité du ſublime, à Mons. Deſpreaux par Mons. Salvain* paſſim, edit. Pariſiis 1732: quem librum recenſui in Sect. VII. Tomi III. Supplementorum ad Nova Acta Eruditorum. Num. VII.

*Erfurt vnd Leipzig* 1690. & 1710. 8. Licet in hoc tractatu non tam Platonicam philoſophiam, quam *Paracelſiſtarum, Weigelianorum* & ſimilium, qui multum de philoſophia Platonica participarunt, exponat. (*o*) In alio tractatu *de origine & progreſſu haereſium & errorum in Eccleſia* demonſtrare conatus fuit, multas haereſes antiquas ex philoſophia Platonica originem habere. Inſpicietur etiam cum fructu cel. Io. LAVRENT. MOSHEMII diſſ. *de turbata per recentiores Platonicos eccleſia*, Helmſtad. 1725. Lege heic quoque MORHOFIVM *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. VII. pag. 33. ſequ. & confer, quae ſupra Cap. II. §. II. dicta ſunt. (*p*) Io. BAPTISTAE CRISPI *Gallipolitani, quinarium primum de ethnicis philoſophis caute legendis*, Romae 1594. fol. librum ra-

(*o*) Platoni vero Colbergius haud exprobranda exprobrauit; nec demonſtrationem aptam connexamque ad ſtabiliendam ſententiam ſuam neceſſariam, ſuppeditauit; plures enim cauſſae locum habent, vnde haereſes enatae ſunt, quam Platonis vel Pythagorae adſerta. Obuiam quoque itum reſponſumque illi eſt ab aliis. Remittimus lectorem ad IOANNIS MICHAELIS WEINRICHII Obſeruationem de abſtinentia carnis Pythagorica, ſupra citatam.

(*p*) Addantur ſcriptores, quos recenſioni Hiſtoriae Eccleſiaſticae Moshemii magnifici ſubiunxi, Parte III. *des Abriſſes von dem neueſten Zuſtande der Gelehrſamkeit*, edit. Gottingae 1738. pag. 279. ſq. & FRANCISCVS COLLINS *de Animabus Paganorum* Lib. V. in Platone.

rariſſimum, qui *de Platone caute legendo* praecipit, recenſuit cel. HEVMANNVS in *Act. Phil.* Tom. II. pag. 922. ſequ. vide & cl. SCHELHORNII *Amoenit. litter.* Tom. V. pag. 264. ſequ. (*q*) Inſigniter quoque de hiſtoria & philoſophia Platonis meruit IOAN. GVILIELMVS IANVS V. C. Scripſit enim de Platone ludaizante diſſ. duas, Vitembergae 1705. de inſtitutione Platonis ibidem 1706. & aliam, de peregrinatione Platonis, ibidem eodemque anno. De praeceptoribus vero Platonis diſſeruit CHRISTIANVS RITTERVS, Gryphiswaldae 1707. in 4.

## §. XII.

Proxima eſt philoſophia *Ariſtotelica*, (*r*) de qua *Circulum Piſanum*, ſiue opus de veteri

(*q*) Vid. etiam PETRVS VAN EYS *de Platone Moſaizante*, Francofurti 1714. PLATONIS doctrinae ceterum cognitu maxime difficiles ſunt; ſed explicantur a Io. IACOBO BRVCKERO bene multae in *hiſtoria doctrinae de ideis* edit. Auguſtae Vindelicorum 1723. 8. vid. etiam *Suppl.* in SCHELHORNII *Amoenitat. litterar.* Tom. VII. pag. 137. Tom. VIII. pag. 299.

(*r*) PATRICII diſcuſſionum peripateticarum tomi quatuor, de quibus ſupra fecimus mentionem, omne fere punctum hic ferunt; notamus tantum, Gaſſendum in *Exercitationibus aduerſus Ariſtotelem* omnia ex dicto Patricii opere deſumſiſſe, & epitomatorem Patricii vocari hac in re debere.

ri & peripatetica philoſophia, (s) CLAVDIVS BERIGARDVS, Molinenſis, Patauii 1661. 4. & ARNOLDVS REDEKERVS *de philoſophiae peripateticae laudibus, origine & incremento*, Rintel. 1651. 4. ſcripſere. De hiſtoria Peripatetica, quam molitus eſt IONSIVS, ſupra diximus. HERMANNI CONRINGII orationes de *Ariſtotele* Helmſtadii 1633. 4. vulgatae ſunt. Io. PHILOPONI, ſiue quod malunt alii, AMMONII *vita Ariſtotelis* prodiit Lugduni Batauorum 1621. 8. & Helmſtadii 1666. 4. cum ſcholiis PETRI IOAN. NVNNESII. Io. BARTHOLDI NIEMEIERI diſſ. *de Ariſtotele eiusque philoſophia*, Helmſtadii 1603. 4. typis exſcripta eſt. ROMANI TELLERI de exiſtimatione philoſophorum gentilium, inprimis Ariſtotelis, apud Chriſtianos diſſ. Lipſiae 1695. prodiit. De philoſophia Ariſtotelica re ntioribus quibusdam infenſa, Roſtoch. 1702. diſputauit IVSTVS WES-

(s) Si Ariſtoteles iam eſſet in viuis, forſan nec intelligeret ſcripta ipſa ſectatorum, commentatorum, & inter hos praecipue ſcholaſticorum πραγματα ſeu manualia, ſummaria, ſyſtemata; qui tamen omnes ſe acu tetigiſſe Ariſtotelis mentem ſibi perſuadent. Nos non abs re copiicere, condocent *Nouvelles Lettres Critiques ſur l'hiſtoire du Caluiniſme Epiſtola* XIII. Part. I. edit. 1685. & recuſae deinde. add. *Nouvelle Bibliotheque Choiſie* Tomo I. Cap. XXV. pag. 166. ſqq. edit. Amſtelod. 1714. in 12.

WESSELIVS RVMPAEVS (*t*), Adde quae habet MORHOFIVS *Polyhiſtor.* Tom. II. Lib. I. Cap. VIII. ſeqq. De varia Ariſtotelis in Academia Pariſienſi fortuna egit IOANNES LAVNOIVS, Pariſiis 1653. 4. (*u*) Hagae Comit. 1656. 4. & 1662. 8. iam vero & Germanis typis excuſa proſtat Vitembergae 1720. 8. curante b. Io. HERM. ELSWICHIO; praemiſit editor clar. diſſ. de Ariſtotelis fortuna in ſcholis Proteſtantium, & Io. IONSII exercitationem de hiſtoria peripatetica in calce addidit. Conf. *les melanges de la litterature* MARVILLII nomine editas Vol. I. pag. 254. ſequ. Ceterum ſynopſin illius dederunt auctores *biblioth. Thomaſianae* Part. III. pag. 195.

(*t*) Colonienſes theologi Ariſtotelem inter Deos retulerunt; hac de re WOLFIVS Tom. II. Lect. Memorab. pag. 136. legi poteſt. Iidem adſeruerunt, *Ariſtotelem ſic fuiſſe praecurſorem Chriſti in naturalibus, vt Io. Baptiſta fuit in gratuitis.* Conf. Io. HENRICI ACKERI de *ridiculis elogiis Obſeruatio*, quae continetur Miſcell. Lipſ. Tom. II. pag. 622.

(*u*) Inter maxime memorabilia a Launoio tradita, referimus decretum, quo in concilio Pariſienſi, anno MCCIX. habito, libri Ariſtotelis omnes, ſolemniter damnati ſunt. De reliquis fulminibus in Ariſtotelem iactis a pontificibus Romanis vid. plura in *Hiſtoire du Monde par* M. CHEVREAV edit. tertiae Tom. I. Lib. II. Cap. VII. pag. 542. quae prodiit Amſtelodami.

195 - 211. & HEVMANNVS in *act. philoſ.* Part. IV. diſſ. IV. pag. 690 - 718. qui quum taxaret nonnulla in recenſione *Thomaſiana*, reſponſum illi eſt Part. VIII. Diſſ. IV. pag. 753. - 761. De editione *Elzwichiana* itidem mentem ſuam expoſuit cel. HEVMANNVS, *Act. philoſ.* Part. XIII. Diſſ. X. pag. 149 - 158. De ſcholaſticis vero commentatus eſt MORHOFIVS *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. XIII. & XIV. (*v*) GISBERTVS VOETIVS in Tomo *diſſertationum ſelectarum*, IO. BARTHOLD. NIEMEIERVS theologus Helmſtad. in oratione *de ſequioris aeui philoſophis, quos Scholaſticos vocant, cum Ariſtotele conſungendis*, Helmſtadii 1675. 4. (*w*) CHRI-

(*v*) *Hiſteriam interpretum Ariſtotelis* dedit MORHOFIVS *in polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. IX. X. XI. FABRICIVS in *biblioth. graec.* Lib. III. Cap. VI. Vol. II. pag. 107.

(*w*) Scholaſticorum philoſophiam tradendi modum, ridicule expoſitum reperimus in *Entretiens ſur les Sciences, dans leſquels, outre la methode d'etudier, on apprend comme l'on ſe doit ſervir des ſciences pour ſe faire l'eſprit juſte & le coeur droit, & pour ſe rendre utile à l'Egliſe. On y donne des avis importans à ceux qui vivent dans des maiſons eccleſiaſtiques.* edit. Bruxellis 1684. in 12. pag. 86. Probare admittitur auctor, alterum ſcholaſticorum alterius ſemper eſſe plagiarium, eumque qui vnius legerit ſcriptum, legiſſe eo ipſo eius generis omnia: Alii rodente & latrante calumnia illud crepant: *Gens rationis furens; & mentem paſta chimaeris.* Nuper quo-

CHRISTOPH. BINDERVS *de theologia Scholaſtica*. Tubingae 1614. 4. Speciatim de iisdem commentati ſunt egregie ADAMVS TRIBBECHOVIVS in ſchediaſmate *de ſcholaſticis doctoribus* & corrupta per eos diuinarum humanarumque rerum ſcientia, Gieſſae 1668. 4. (*x*) quem praeſtantiſſimum libellum repetitis typis edi curauit cel. HEVMANNVS, Ienae 1719. 8. Et IACOBVS THOMASIVS in diſſertatione hiſtorica, de doctoribus ſcholaſticis latinis, Lipſiae 1676. 4. quae recuſa eſt in *conlectione librorum rariorum Groſchufiana*, Faſcic. III. pag. 507 - 547. Lege eiusdem obſeruat. *de origine theologiae ſcholaſticae* in filii *hiſtoria ſapientiae & ſtultitiae* Tom. III. pag. 225. Addi poteſt SERAPHINI PICCINARDI liber de imputato ſcholaſticis ſtudio effreni in Ariſtotelem, Patauii 1676.

quoque Pariſiis in 12. prodiit: *Eloge funebre de très-haut & très-enfoncé Philoſophe Friſeſomoron, contenant tout le fin de la Philoſophie Peripateticienne, avec des reflexions critiques & badines.* Sed frigidis ſatis in iſto tractatu conſpurcatur Ariſtotelis philoſophia conuitiis, quae mentes vulgi tantum poſſunt ſauciare.

(*x*) Hanc in rem faciunt VOETIVS Select. Diſp. P. I. pag. 12. ſqq. ZIEROLDVS in libro cui titulus: *D. Martin Luthers Aufmunterung zur Liebe des Wortes Gottes wieder das Scholaſtiſche Ariſtoteliſche Chriſtenthum* Lipſiae 1700. in 4.

1676. 4. Idem auctor philoſophiae dogm cae Peripateticae Chriſtianae libros noı ſcripſit, ibidem 1671. 4. excuſos. (*y*)

## §. XIII.

Veterum inter Graecos Stoicorum m menta, iniuria temporis omnia plane in ciderunt. (*z*) Non defuerunt tamen (*a*)

(*y*) Improuidi ſcriptores huic catalogo auctorum de p ſophia ſcholaſtica, inſerere ſolent librum: de *ne ria theologiae ſcholaſticae correctione* inſcript qui eſt perrarus & compoſitus a DE CHEF-I TAINE; quum tamen vnica tantum quaeſtio mirum illa decantata, de transſubſtantiatione i dem expediatur: Bibliopola enim magnific generali nimis titulo fumum vendere eſt con Nunquam equidem integrum huncce librum ſed ſemper mutilatum in omnibus biblioth defectus huius cauſſam, puriori religioni addict cile elicere poſſunt; eoque facilius, quor Lutheranorum doctrinae in eo fauent bene ı ta. Ceterum obſeruamus, librum iſtum *a fontium* plerumque vocari.

(*z*) LEONARDVS COZZANDVS *Brixianus* de mag rio antiquorum philoſophorum l. c. fatetur, ximam, philoſophis veterum, conciliaſſe au ritatem, Stoicorum familiam, ob vitae inte tatem & morum ſanctimoniam. Conf. SE EMPIRIC. Lib. III. Cap. XXIV. *Hypot.* H raro autem emerſit in iis morum celata improbi

(*a*) Huc pertinet GVIL. SLVITERI, V. D. Lugd. Bat. *Idea Theologiae Stoicae*, ſeu br diſquiſitio de praecipuis quibusdam philoſopl

St

centiori ſeculo, qui collectis ex aliarum ſectarum auctoribus illorum fragmentis, placita *Porticenſium*, vti *Stoici* eleganter απο της στοας, a porticu, (*b*) vocantur LIPSIO *Manuduct.* Libr. I. diſſ. XII. ſcriptis illuſtrarent. Princeps eſt ipſe IVSTVS LIPSIVS, qui editis Libr. III, *manuductionis ad Stoicam philoſophiam*, L. A. *Senecae aliisque ſcriptoribus illuſtrandis*, & totidem aliis *de Stoicorum phyſiologia*, Antwerp. 1604. 4. & Lugduni Batauorum 1644. 2. (*c*) Senecae Belgici titulum meruit. DANIE-

Stoicae placitis, quae agunt de Deo eiusque operibus, ſeu Diis & rebus Diuinis; hominis officio erga Deum & proximum, eiusque ſummo bono. 1726. 8. Vbi oſtenditur, Stoicos ex ratione & philoſophia naturali, nec verum Deum cognouiſſe, nec veram coluiſſe virtutem. Annexa eſt commendatio Theologiae Chriſtianae prae gentili. Vid. *Acta Eruditorum Germanica* Part. CXXV.

(*b*) Scriptores de porticu percenſet Io. ALBERTVS FABRICIVS in Bibliograph. Antiqu. Cap. XXI. §. III. pag. 619.

(*c*) Adeo in deliciis Senecam habuit Lipſius, vt cum Apoſtolis eum ſaepe comparauerit; quidquid vero amoris eiusmodi intempeſtiui ſit, erudite tamen digeſſit Stoicae philoſophiae partes, monuitque ab aliis praetermiſſa, ſeu minus recte perſpecta plurima. Interim tamen neceſſitatem quandam Stoicam redolent eius loquendi rationes, praecipue in libro de Conſtantia Lib. I. Cap. XVI. pag. 389. Tom. IV. edit. optimae omnium Lipſii operum, Antwerpiae 1637. in fol. excuſorum.

NIELIS HEINSII *de Stoica philoſophia* oratio, quae inter iunctim editas Num. XXIII. pag. 326 - - 365. edit. Lugduni Batauorum 1627. 8. conſpicitur, ſummam doctrinae Stoicorum erudite exponit. (*d*) Integrum *de vniuerſa Stoicorum philoſophia* opus molitus eſt CASP. SCIOPPIVS, ſed pars tantum illius aliqua *Elementorum philoſophiae Stoicae moralis* titulo Moguntiae 1606. 8. prodiit. Multa illum LIPSIO debere, profeſſi ſunt, quibus SCIOPPII librum rariorem legere & cum Lipſiano contendere datum fuit. Prolixum ſcriptorum de philoſophia Stoica catalogum dedit cel. HEVMANNVS in *Act. philoſ.* P. IV. Num. VII. pag. 730. ſequ. ſupplementis adauctum Part. VII. Num. VII. pag. 161. & Part. IX. num. VII. pag. 478. ſequ. Rariora inter haec ſunt DV VAIRII Galli, *la philoſophie morale des Stoiciens*, anglice etiam a CAROL. COTTONO verſa, & Belgice 1684. 12. edita. (*e*) Neſcio an

(*d*) De Iuſto Lipſio RICHARDVS in hiſtoria Bibl. Vindobonenſis pag. 49. THOV & THEISSIER in Elogiis Tom. I. pag. 383. Tom. III. pag 457 nec non KLEFEKERVS in Bibl. Er. Praec. pag 200 egerunt.

(*e*) Illuſtrant etiam Stoicorum philoſophiam EVERHARDVS OTTO in Orat. de Stoica veterum ICtorum philoſophia, pereleganti. Conſule CHRISTIANI THOMASII *cautelas circa praecognita iurisprud.* Cap. VI. §. XCVIII.

an eiusdem libri verſio Anglica ſit *the Moral philoſophus of the Stoicks out of the French* by T. l. Londini 1598. 8. SEVERINI VINTHERI *Stoa Epicurea ſiue de Stoicae ſectae Epicureiſmo*, Hafniae 1695. & 1696. duab. diſſert. FRANCISCI HEDELINI Abbatis *d'AVBIGNAC*, *Macariſe ou hiſtoire allegorique, contenant la philoſophie morale des Stoiques ſous le Voile de pluſieurs auantures agreables en forme de Roman, à Paris* 1664. 2. Vol. 8. ANTONII LE GRAND libellus, *le ſage Stoique* inſcriptus, *à la Haye* 1662. 12. Peculiaria illorum dogmata plurium inter eruditos diligentiam exercuerunt, vt ſingularibus eadem ſcriptis ſiue colluſtranda, ſiue refutanda, vel etiam vindicanda aliquando ſibi ſumerent. Principe heic loco commemorandus venit IAC. THOMASIVS, ſummi in hac palaeſtra nominis vir, cuius *de Stoica mundi exuſtione*, Lipſiae 1676. 4. editae diſſertationes, egregie Stoicam philoſophiam illuſtrant confutantque. (*f*) *De intem-*

(*f*) Ingentem mundorum multitudinem olim ortam, partim interiiſſe, nec fieri ſecus poſſe, quin terrae exuſtiones certo tempore contingerent, ſtatuerunt Stoici. De vanis eiusmodi erroribus CVDWORTHVS Cap. III. §. XXVI. & §. XXXIII. & ad eum MOSHEMIVS incomparabilis pererudite diſputant. pag. 170 & 143. In eodem libro difficiliora Stoicae philoſophiae capita explanantur.

*temperantia philoſophiae Stoicae* diſſertationem ſcripſit GEORG. PAVLLVS ROETENBECCIVS Altorfi 1691. 4. (*g*) De *αυτοχειρια philoſophorum, Stoicorum maxime* C. A. HEVMANNVS, Ienae 1703. *De απαθεια Stoicorum* Io. BARTHOLDVS NIEMEIERVS duabus diſputationibus Helmſt. 1679. expoſuit. *Errores Stoicorum praecipuos in philoſophia morali* quatuor exercitationibus, Halae 1696. 4. detexit & refellit Io. FRANC. BVDDEVS. Ad vindices pertinet elegans Io. CHRISTIANI BVRGMANNI *de Stoa a Spinoziſmo & Atheiſmo exculpanda* exercitatio, Vitembergae 1720. propoſita. Io. HENR. FISCHERI diſſ. *de Stoicis απαθειας falſo ſuſpectis* Lipſiae 1716. MAGNI DAN. OMEISII diſſ. *qua Stoicorum philoſophiam moralem ſobriam, eorumque placita cum Chriſtianiſmo conuenientia oſtendit.* Altorfi 1699. 4. pluresque forte alii. De *Stoicis* antiquis (*b*) iam ſupra Cap. II. §. IX. dictum eſt.

§. XIV.

(*g*) Stoicis adſcribuntur & placita & libri, quos nunquam adprobarunt, multo minus compoſuerunt; ita Senecae liber *de quatuor virtutibus cardinalibus* edit. Daventriae 1512. in 4. eſt ſuppoſititius; prodiit etiam cum libro *de moribus* Lipſiae 1515. in 4. quippe qui auctorem habet MARTINVM abbatem *Dumienſem* qui circa annum 560. claruit. Conf. FABRICII Bibl. Lat. Tom. II. pag. 511.

(*b*) Subiungere libet quae M. CHEVREAV in *Hiſtoi-*

## §. XIV.

*Epicuri* vitam & philoſophiam expoſuit PETRVS GASSENDVS, de quo paullo ante Cap. II. §. VII. fuit dictum. De ſcriptis Epicuri vide IONSIVM *de ſcript. hiſt. phil.* Lib. I. Cap. XX. & FABRICII *bibl. graec.* Lib. III. Cap. XXXIII. §. II. Catalogum vero ſcriptorum *de philoſophia Epicurea* dedit HEVMANNVS *Act. philoſ.* Part. X. Num. IX. pag. 637. ſq. De vita & moribus Gaſſendi exſtat SAM. SORBERII diſſertatio, quae praefixa eſt editioni Amſtelodamenſi Syntagmatis Gaſſendiani 1684. 4. Opera *Gaſſendi* iunctim edita ibidem 1658. VI. Tom. fol., (*i*) Refutauit autem

*ſtoire du Monde* Tom. II. Lib. III. Cap. IX. edit. tertiae pag. 357. adpoſite ſcribit: *Quelques-uns ont crû que Flavius étoit d'avis qu'aprés qu'on auroit tué Neron, on tuat auſſi Piſon, en faveur duquel la conſpiration avoit été faite, & qu'on donnât l'Empire à Seneque, comme à un homme qui le meritoit par ſa vertu, & dont la vie étoit ſans reproche. Le même Seneque, quoi qu'innocent à ce que l'on crut, eut le ſort des autres,* (qui interficiebantur) ET LA PHILOSOPHIE MOVRVT AVEC LVI.

(*i*) De GASSENDO legendus etiam eſt WITTENIVS in *memoriis philoſophorum* decade VI. Cumprimis autem P. BOVGEREL *Vie de Pierre Gaſſendi, Prévot de l'Egliſe de Digne, & Prof. de Mathematiques au college Royal.* edit. Pariſiis 1737. in 12. qui hiſtorici munere optime fuit defunctus.

tem *Gaſſendum* HENR. ASCANIVS ENGELKE in exercitatione Anti-Gaſſendiana, qua oſtendit, minus ſufficientem eſſe illam, quam in ſe is ſuſcepit, Epicuri defenſionem, Roſtochii 1697. 4. IACOBVS etiam RONDELLVS *de vita & moribus Epicuri* libellum gallice ſcripſit, (*k*), Pariſiis 1679. 12. & Hagae 1686. 12. quem latine poſthaec vertit, longeque auctiorem Amſtel. 1693. 12. edidit. Conf. Cel. I. C. SCHWARZIVS in diſſ. *de theologia Epicuri recondita*, Coburgi 1713. (*l*) Peculiari ſcripto aduerſus *Epicurum* (*m*) egit CLAVDIVS GALENVS, quod vero intercidit. *Gaſſendum*

(*k*) Idem auctor compoſuit alterum librum, puta huius tituli: *La Morale d'Epicure avec des Reflexions par l'Auteur de la Vie d'Epicure*; politior prodiit atque emendatior Hagae Comitum 1686. in 12. GOTTL. KRANTZ de *Schola Epicuri* Vratiſlau. edit. 1696. in fol. heic etiam conferatur.

(*l*) Vita EPICVRI quoque deſcripta legitur in *dem neuen Bücher Saale der Welt vnd deſſen* XLIX. *Oefnung*, pag. 1. ſeqq.

(*m*) Iuſto acrius vitia Epicuri inſectatus eſt PARKERVS *de Deo* Diſput. I. Sect. XIV. teſtimoniis fide plane non dignis, veterum nempe Epicuri inimicorum commentis ſuffultus. THOMAS GATAKERVS etiam in ſocietatem aduerſariorum Epicuri, in praefatione ad *Antoninum*, ſe contulit. Sed & ipſe ſuſpectus eſt, indulgere enim Stoicae philoſophiae videtur. Reliquos hoſtes recenſuit REIMANNVS *in hiſtoria atheiſmi* Cap. XXI. pag. 195.

*dum* ſecutus eſt IOANNES CHRYSOSTOMVS MAGNENVS, (*n*) qui hanc philoſophiam a praeiudiciis vindicauit in *Democrito reuiuiſcente*, ſiue de vita & philoſophia Democriti, Lugduni Batauorum 1648. it. Londini 1658. 8. & Hagae Comitis 1658. 12. vide, quae de hoc libello rariori dicit Stollius H. Erud. Tom. II. Cap. I. §. XLVI. pag. 363. & confer cel. Io. CONR. SCHWARZII diſſ. *de theologia Democriti*, Coburgi 1719. Ad *Scepticam* philoſophiam (*o*) facit MARTINI SCHOOCKII *ſcepticiſmus*, Groeningae 1652. 8. Et addi adhuc poſſunt Io. VLRIC. WILDII quinque diſſertationes, *quod aliquid ſcitur*, Lipſ. 1664. IOANNIS FRIDERICI HEVNISCHII diſſ. *de philoſophia aphiloſophia ſeu ſcepticis*, Lipſiae 1681. Io. FRANCISCI BVDDEI, viri ſummi,

(*n*) IOANNES BAPTISTA GVARINVS itidem *Apologiam pro Epicuro* confecit, cuius liber eſt rariſſimus, & nouam meretur editionem. vid. MORHOF. *Polyhiſt.* Lib. II. Cap. VII. §. XV. ANDREAS ARNALDVS non minus *Apologiam Epicuri* ſuſcepit, cui M. ANTONIVS BONCIARIVS in dialogo, *Epicurus* inſcripto, iungendus.

(*o*) De fonte huius philoſophiae Sexti Empirici Hypotypoſ. nimirum, ſupra diſſeruimus; pag 77. hic addere liceat HVARTVM eſſe verum auctorem Verſionis Gallicae iſtius operis 1725. editi. Conf. tu, lis, *Hiſtoire d'un Voyage litteraire fait en* MDCCXXXIII. pag. 148. edit. Hagae Comitum 1735. in 12.

mi, diſſ. *de ſcepticiſmo morali*, Halae 1698. & recuſam in *analectis hiſt. phil.* pag. 215. ſequ. Io. STEVCHII diſſ. *de ſcepticiſmo philoſophico*, Lond. Scan. 1709. 4. HENR. ASCAN. ENGELKE diſſ. *de Scepticiſmi ortu & progreſſu*, Roſt. 1702. 4. Io. CHRIST. WOLFII program. *de Scepticiſmo philoſophico eiusque cauſis*, Witemb. 1710. 4. GEORG. PASCHII diſſert. *de praecipuis Scepticorum hypotheſibus*, Kilon. 1706. 4. Io. CHRIST. ADAMI *ουδενοσοφια Socraticam ſiue ſcientiam nihil ſciendi*, Witemb. 1682. 4. & GABRIELIS WEDDERKOPFFII diſſ. *de ſcepticiſmo veteri & recentiori*, Argentorati 1664. (*p*)

## §. XV.

Inter recentiores prima eſt Ramea, a PETRO RAMO ſic dicta, de cuius *ſtudiis & optimis inſtitutionis legibus* egit CASPAR. PFAFFRADIVS, (*q*) Francofurti 1597. 8. contra

(*p*) Profligare ſcepticos adlaborarunt, praeter eos quos ſupra adtulimus, MERSENNVS *de veritate ſcientiarum aduerſus ſcepticos & pyrrhonios*. PETRVS GASSENDVS Tom. I. Opp. Lib. II. de fine Logicae. CARTESIVS *Princip.* Lib. I. Art. IV. & Lib. II. Art. III. LECVR in *antiſcepticiſmo* edit. Londini 1702. in fol.

(*q*) Et Io. HENRICVS ALSTEDIVS in *Critica de harmonia philoſophiae Ariſtotelicae Lullianae & Rameae*. Her-

tra quem tamen pro peripatetica methodo ſcripſerat PHILIPPVS SCHERBIVS, in *apologia pro Ariſtoteſe & Euclide, contra Petrum Ramum & alios.* vide quae ſupra Cap. II. §. XIV. dicta ſunt. (*r*) Opera eius prodierunt Francofurti 1595. 8. apud *Wechelios.* *Carteſianae* vero *philoſophiae hiſtoriam* deſcripſit IOANNES TEPELIVS, Norimbergae 1674. 12. Dogmata praecipua (*s*) & ipſius CARTESII vitam deſcripſit DANIEL LIPSTORPIVS, in *ſpecimini bus philoſophiae Carteſianae*, Lugduni Batauorum 1653. 4. Exſtat etiam VALENTINI ALBERTI tractatus *de Carteſianiſmo & Cocceianiſmo*, Lipſiae 1678. 4. recuſus Witemb. 1701. & IOANNIS CHRISTOPHORI STVRMII *de Carteſianiſmo & Carteſianis*, Altorf. 1677. 4. *Doctorum aliquot virorum in Academia Louanienſi iu-*

Herbornae edit. 1610. in 8. Sed non magni pretii eſt liber ſyncretiſtae, cuius propoſitum infinita premunt incommoda. BVLAEVS *in hiſtoria Academiae Pariſienſis* Lib. VI. pag. 386.

(*r*) Recurre ad notas a nobis adiectas, c. l. pag. 114. ſeqq.

(*s*) Comparauit Principia Metaphyſica Carteſii cum decretis Metaphyſicae vulgaris PETRVS BAELIVS, in peculiari ſcripto, quod reperitur in *Oeuvres diverſes de Mr. Pierre Bayle* edit. Hagae comitum 1731. Tom. IV pag. 479. ſeqq. De operibus reliquis Carteſii vid. ADRIANVS HEREBOORDVS in dedicatione ad Curatores academiae Batauae, praemiſſa Vol. I. Selectarum ex Philoſophia Diſputationum edit. Lugd. Bat. 1650. in 12.

*iudicia de hac philoſophia*, Louanii 1654. 4. prodierunt, & adiecta fuerunt poſthaec VOPISCI FORTVNATI PLEMPII *Fundamenta Medicinae*, Louanii 1654. fol. pag. 375. ſeqq. *Vitam Carteſii* ſcripſit, & catalogum omnium operum eius PETRVS BORELLVS edidit Pariſiis 1666. & Francof. 1670. 8. addi poſſunt GOD. GVIL. LEIBNIZII *notata circa vitam & doctrinam Carteſii* in THOMASII *hiſtoria ſapientiae & ſtultitiae*, Tom. II. pag. 113 - - 123. (*t*) GERHARDVS DE VRIES diſſertatiunculam hiſtorico-philoſophicam conſcripſit *de Renati Carteſii meditationibus a Petro Gaſſendo impugnatis*, Vltraiecti 1691. 8. add. IOANNIS KAHLERI diſſertatio de *paradoxa philoſophia Carteſii*. Rintelii 1673. & ANDREAE RITTERI de *Religione Carteſii*, Lipſiae 1705. eiusdemque alia de *principum in Carteſium fauore*, Gryphiswaldiae, eodem anno habita. Optima vero vitae Carteſianae eſt deſcriptio, quam tecto nomine conſcripſit ADRIANVS BAILLETVS, (*v*) atque euulgauit Pariſiis 1691. 2. Vol.

(*t*) Leibnizii notata circa vitam & doctrinam Carteſii continentur etiam in Vol. III. Epiſtolarum ad diuerſos Num. LXXXVIII. pag. 388 - 396. Ex quorum lectione me profeciſſe, fateor.

(*v*) Bailletus vero innumeras, etiam nullius plane momenti res, perſequitur in eodem libro, v. c. bella Carteſii tempore geſta, quibus partim nec in-

Vol. 4. vbi in praefatione oſtendit, ea, quae antea edita, non niſi pro meris fragmentis, adeoque imperfecta eſſe habenda. (*w*) Vix haec vita in lucem prodierat, quum ſtatim conſpicerentur duo alia ſcripta, auctori oppoſita: vnum *nouveaux Memoires, pour ſervir à l'hiſtoire du Carteſianiſme, à Vtrecht* 1693. 12. & Amſtelodami 1698. 12. HVETIVM auctorem habet; alterum vero *Reflexions d'un Academicien ſur la vie de Mr. des Cartes, envoyées à un de ſes Amis en Hollande, à la Haye* 1692. 12. BOVHOVRSIO tribuitur. Vide *les Memoires de Mr.* ANCILLON pag. 288. ſequ. vbi vita BAILLETI enarratur; & adde HVETIVM *de rebus ad ſe pertinentibus* pag. 163. Ceterum *compendium* etiam huius *vitae Carteſii* BAILLETVS dedit, Paris. 1693. 12. quod a GERARDO VAN BROEKHVIZEN in Belgicum idioma translatum, prodiit Amſtelodami 1700. 8. MORHOF. *polyhiſt.* Lib. I. Cap. XXV. pag. 316. teſtatur, CHAVNVTVM, Galliae regis apud Suecos legatum, eius *vitam* ſcripſiſſe, quae tamen, cum nuſpiam adpareat, for-

interfuit Carteſius, partim ea, in quibus nec quidquam perpetrauit.

(*w*) Nuper etiam P. NICERON in *Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des Hommes illuſtres dans la Republique des Lettres, avec un Catalogue Raiſonné de leurs Ouvrages.* Tomo XXXI. edit. 1735. Carteſii vitam concinnauit. Reliquos auctores ex-

forſan adhuc in manuſcripto latet. Nulla philoſophiae ſpecies poſt Ariſtotelicam tot vel defenſores vel aduerſarios fuit nacta. Infenſiſſimi hoſtes fuerunt GISBERTVS VOETIVS, (x) MARTINVS SCHOOCKIVS, (y) THOMAS HOBBESIVS, IACOBVS REVIVS, (z) CYRIACVS LENTVLVS, (a) HENRICVS MORVS, (b) PETRVS GASSENDVS, REINERVS VOGELSANG, PETRVS DANIEL HVETIVS, (c) atque alii, (d) qui

expoſuimus in notis ad Cap. II. §. XV. pag. 118. ſeqq.

(x) Supra Cap. II. §. XV. pag. 119. not. y. hunc attigimus.

(y) l. c.

(z) In theologica conſideratione methodi Carteſianae edit. Lugd. Bat. 1648. in 12.

(a) Lentuli *Carteſius Triumphatus* & decreta academiarum Belgicarum contra Carteſii ſcripta, prodierunt Francof. ad Moenum 1653. in 4.

(b) Morus in *Epiſtola de Phil. Carteſ.* mathematicae certitudinis adfectatum nimis ſtudium acerrime inſectatur.

(c) Huius cenſura philoſophiae Cartefianae excuſa eſt Pariſiis 1689. in 12. item Franequerae 1691. Hanouerae 1690. Helmſtadii eodem anno cur Henrici Meibomii. Huetius quoque *Nouveau memoires pour ſervir à l'hiſtoire du Carteſianiſm* Pariſiis 1692. 8. conſcripſit; quae auctioresArſtelodami 1698. in 12. emiſſae ſunt in lucem.

(d) v. c. Io. REGIVS in *Carteſio vero Spinoziſmi architecto*, Leowardiae 1718. cui repugnauit RVARDVS ANDALA in *Carteſio vero Spinoziſmi euſore & phyſicae experimentalis architecto*, Franquerae 1719. huic deinde *reſponſio apologetica*, infirma ſatis, oppoſita eſt.

qui omnes contra eandem vel ſcripſerunt vel docuerunt. Vid. ANDREAS RITTERVS in diſſertatione *de religione Carteſii*, Gryphiswald. 1705. in 4. GVIL. HENRICI BECKHERI ſchediaſma critico-philoſophico-litterarium de eo: vtrum Carteſius, qui de omnibus dubitandum eſſe credidit, numinis diuini quoque exiſtentiam in dubium vocauerit, exindeque recte Atheis annumeretur? cui praemiſſus eſt ſcriptorum, qui de Carteſio, in eius vel vitae monumenta, vel doctrinam nouasque hypotheſes inquirendo, pluribus diſſeruerunt, breuis catalogus. Regiomonti 1724. 4. (*e*)

## §. XVI.

Pergimus ad ſcriptores polemicos, atque eos, qui vel conſenſum vel diſſenſum variarum inter ſe ſectarum philoſophicarum monſtrarunt. Egregie hoc argumentum expo-

(*e*) Huc referendus eſt BALTHASAR BECKERVS *in admonitione de philoſophia Carteſiana*. Veſal. 1658. 12. ANTONIVS DRIESSEN in *ſapientia huius mundi, quam Deus ſtultitiam fecit*, edit. Groningae in 4. 1738. Carteſii ſyſtema etiam ſub examen reuocat; cuius iudicium, quod iniquum ſit non pronuntio; quod autem videatur, aſſentior. Sequentibus reſeruabo nonnulla agenda plenius.

poſuit Io. BAPTISTA ROESCHELIVS in erudita diſſ. *de philoſophia conciliatrice*, Witemb. 1692. GOTTLOB FRIDERICVS SEELIGMANN in diſſ. *de philoſopho conciliatore*, Roſt. 1685. Io. CHRISTOPH. ROSSTEVSCHERVS in diſſ. *de ſyncretiſmo philoſophico*, (*f*) Lipſiae 1717. publicata; CHRISTIANI ALBERTI ERCKII diſſert. *de ſyncretiſmo philoſophico*, Lipſiae 1717. &, qui punctum heic omne tulit, venerabilis BVDDEVS in triga *Obſeruationum* Tomo III. *Halenſium*, loco XII. XIII. & XIV. inſertarum (*g*). Docetur ibi, quae Syncretiſmi philoſophici ſit ratio, quot eius conſtitui debeant genera, quantisque ille incommodis laborare ſoleat haud raro, ſimul etiam, qui tales conciliationes inſtituerunt, recenſentur atque diiudicantur. De *conciliatoribus Platonis* atque *Ariſtotelis*, iam nihil dicimus. (*h*) De IACOBI MARTINI *di-*

(*f*) De voce συγκρετισμος vid. PLVTARCHVS περι φιλαδελφιας

(*g*) Ob Syncretiſmum, philoſophi ad nugaciſſimas tricas ſaepe transfugere ſolent. Vid. HORNIVS in Hiſtoria Philoſoph. Lib. VI. Cap. XII. IACOBVS THOMASIVS in Oratione de ſyncretiſmo Peripat. Num. XVI. pag 323.

(*h*) CHAMPIERII Symphonia Platonis cum Ariſtotele Galeno & Hippocrate, Pariſiis 1516. in 8. edita. GABRIELIS BVRATELLI conſideratio pra-

*diſcaſſionibus Ramiſticis* & PHIL. SCHERBII *diſſertationibus pro philoſophia Peripatetica aduerſus Ramiſtas* iam ſupra dictum fuit: accedunt IOANNIS REGII *diſputationes ſelectiſſimae*, in quibus *Rami* nugae profligantur, Wittebergae 1608. 4. E contrario FRIDERICVS BEVRHVSIVS, ANDREAS KRAGIVS, aliique, *pro philoſophia Ramea* ſcripſerunt. Prodiit *Beurhuſii comparatio dialecticae P. Rami & P. Melanchthonis*, Francof. 1595 8. vide *Stollium* H. E. Part. II. Cap. II. §. XXI. pag. 438. & WALCHIVM *hiſt. logicae* Libr. II. Cap. I. Sect. III. §. VI. pag. 617. ſequ. collat. illuſtris THOMASII *philoſ. aulic.* Cap. IV. §. XVI. & PASCHII *de inuentis nou-antiquis* Cap. II. §. XVI. pag. 54. ſequ. Magis adhuc exercuit eruditos *philoſophia Carteſiana.* (*i*) Nolumus iam ſin-

praecipuarum controuerſiarum Platonis & Ariſtotelis. Venetiis 1573. in 8. hic ſunt nominandae.

(*i*) IOANNES AMERPOEL diuulgauit librum inſcriptum: *Carteſius Moſaizans*, ſeu euidens & facilis conciliatio philoſophiae Carteſii cum ſacra Scriptura. Leowardiae 1669. 8. Philoſophiae vero Profeſſor in Salmurienſi academia, PETRVS DE VILLEMANDY in *manuductione ad Philoſophiae Ariſtotelicae, Epicureae & Carteſianae Paralleliſmum*; in qua triplicis huius philoſophiae, alteriusque cuiusuis tum veteris tum nouae conditio, partes, ordo partium, origo,

ſingulos vel aduerſarios, vel propugnatores hic notare; de potioribus tantum nobis ſermo erit. Acerrimus aduerſarius fuit IACOBVS REVIVS, (*k*) qui ſcripſit Methodi Carteſianae conſiderationem theologicam, Lugduni Bat. 1648. 12. Stateram Philoſophiae Carteſianae, Amſtelodami 1653. 12. (*l*) & cum TOBIAS ANDREAE *adſertionem methodi Carteſianae* contra REVIVM ederet, *Groeningae* 1653. 8. reſpondit ipſi Reuius ſingulari tractatu, quem inſcripſit *Thekel h. e. leuitas defenſionis Carteſianae*, Brielae 1653. 12. Sic etiam CYRIACVS LENTVLVS *Carteſium triumphatum* ſcripſit, & *nouam ſapientiam ineptiarum & blasphemiae conuictam*, Herbornae 1651. 12. & Francof. 1653. 4. Elegantiſſima vero eſt PETRI DAN. HVETII *cenſura philoſophiae Carteſianae*, quae primum Pariſiis 1689. 12. prodiit, vide THOMASII *Monaths Geſpraeche* 1689. M. Octobr. pag. 807. ſequ. in qua po-

progreſſus, complementum, ſectae, methodus ac vſus afferuntur, conueniensque ex his notio philoſophiae exprimitur, Amſtelodami 1685. in 4. eclectici & conciliatoris philoſophi partes tuetur feliciores. M. I. G. HOCHEISENS *Deiſmus* autem *in Carteſianiſmo deprehenſus*, minus fauet Carteſio; prodiit Witteb. 1710. 4.

(*k*) Conf. quae ad §. antec. diſſeruimus.

(*l*) Scripſit quoque *Carteſiomaniam* contra TOB. ANDREAE, Lugd. Bat. 1654. 12.

tiores Carteſii ſententias ad incudem reuocat. (*m*)Prodiere contra hanc quatuor ſcripta celeberrimorum virorum, ANDREAE PETERMANNI *vindicatio philoſ. Carteſianae aduerſus Huetium*, Lipſiae 1690. 8. Io. EBERHARDI SCHWELINGII *exercitationes cathedrariae in cenſuram Huetii*, Bremae 1690. 8. Io. SCHOTANI *Exetaſis cenſurae Huetianae*, Franequerae 1691. 8. & BVRCHARDI DE VOLDER *defenſio Carteſii aduerſus Huetium*, Amſtel. 1695. 8. vide MOLLERI *hypomnemata* ad MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. XV. pag. III. (*n*) Plures adhuc fuerunt, qui Carteſii defenſionem ſuſceperunt. GERHARDVS DE VRIES qui-

(*m*) De HVETIO & eius ſcriptis vid. IOANNIS CLERICI *bibliotheque ancienne & moderne* Tom. X. pag. 225.

(*n*) Philoſophia Carteſiana Spinoziſmi etiam accuſatur PAVLO MATTHIAE DORIA aliisque, qui egregie falluntur; ſed occurrit criminationibus FRANCISCVS MARIA SPINELLO in libro ſ. t. *Rifleſſioni di* FRANCESCO MARIA SPINELLO, *Principe* DELLA SCALEA, *ſu le principali materie della prima Filoſofia, fatte ad occaſione di eſaminare la prima parte d'un libro intitolato*: Diſcorſi Critici Filoſofici intorno alla Filoſofia degli Antichi, e de' moderni &c. di PAOLO MATTIA DORIA; *dedicate alla Maeſta di Carlo* VI. Imperador ſempre Auguſto; In Napoli 1733. 4. Defenſio Carteſii quoque haud eſt difficilis; quae enim hauſit Spinoza ex illius ſcriptis, peſſime detorta ſunt omnia.

quidem in *dissertatione* sua *historico-philosophica* per Cartesii scripta nullas in Theologiam nouitates inuehi notat. Idem iam ante egerat CHRISTOPHORVS WITTICHIVS in *consensu S. Scripturae cum veritate philosophiae Cartesianae.* Neomagi 1659. 8. Quam secuta est eiusdem *Theologia pacifica*, in qua varia problemata ventilantur, simul vsus philosophiae Cartesianae in diuersis Theologiae partibus demonstratur. Lugduni Batauorum 1675. 4. Cartesium cum iis conciliare, quae in Scriptura de creatione dicuntur, etiam studuit LVDOVICVS DE BEAVFORT in *Cosmopoeia diuina, siue fabrica mundi explicata*, Lugduni Batauorum 1656. 12. (o) *Elementa philosophiae Hobbesianae* autem, cum moralis, tum ciuilis, refutauit RICHARDVS CVMBERLAND in disquisitione *de legibus naturae*, Londini 1674. 4. (p) Sic etiam exstat *praxiologia apodictica, seu*

(o) Magnum hac in re nomen meruit celeberrimus IACOBVS BRVCKERVS in libro, quem inscripsit: *Otium Vindelicum*, siue *Meletematum historico-philosophicorum triga*, in quibus praecipua veteris philosophiae dogmata, plurima item scriptorum veterum loca explicantur & illustrantur. Aug. Vindel. 1729. 8. quo in opere prima dissertatio de comparatione philosophiae gentilis cum Scriptura S. & religionis Christianae dogmatibus caute instituenda, agit.

(p) Libri in anglicum idioma translati index est: *Trea-*

*ti-*

*ſeu philoſophia Moralis demonſtratiua, peithanologiae Hobbeſianae oppoſita,* Francofurti ad Viadrum, 1677. 4. & SETHI WARDI *exercitationes epiſtolicae in Thomae Hobbii philoſophiam,* Oxonii 1656. 8. confer huc, quae dicentur infra Cap. VIII. §. VII. SPINOZAE philoſophiam examinauit CHRISTOPHORVS WITTICHIVS (*q*) in *Anti-Spinoza, ſeu examine Ethico Benedicti de Spinoza & Commentario de Deo & eius attributis,* Amſtelod. 1690. 4. Prodiit etiam Io. FRIDERICI HELVETII *philoſophia theologica contra Carteſii & Spinozae theologiam philoſophicam,* Amſtel. 1680. 8. Praeſtantiſſimum eſt IOANNIS MVSAEI, theologi ſummi, *meletema academicum,* quo ſceleſtiſſimum *Spinozae tractatum theologico-politicum ad veritatis lancem examinauit,* Ienae 1674. 4. recu-

*tiſe of the Laws of Nature*: multis ſe probauit, ſtilus autem eſt difficilis & editiones huius operis infinitis ſcatent preli erratis. Clariſſimus MAXWELL 1726. nouam editionem eamque curatiorem promiſit, ſed vtrum in lucem prodierit, an minus, non adeo expeditum nobis eſt, conf. *New Memoirs of Literature* Anno 1726. Vol. IV. menſ. Octobr. Artic. XLVII. pag. 320.

(*q*) HENRICVS MORVS refellit quoque Spinozae ſyſtema in *ſubuerſione columnarum atheiſmi Spinoziani* Tom. I. Opp. phil. pag. 615. ſqq. nec non PETRVS POIRET in *fundamentis atheiſmi euerſis* pag. 767.

cuſum Witemb. 1708. 4. lungi debent IOAN. IOACHIMI WEIDENERI diſſertationes duae, Roſtoch. 1719. vulgatae, quarum vna *Numen Spinozae*, altera *homo Spinozae* inſcribitur: tertia *de religione Spinozae* inſignienda num prodierit, haud conſtat. Lege etiam IACOBI STAALKOPFII *Benedictum de Spinoza Atheiſmi conuictum*, Witembergae 1705. 4. (r) Si omnia ſcripta eriſtica hic loci vellemus recenſere, nec tempus nec charta ſufficerent,

§. XVII.

(r) Anno 1731. Bruxellis prodiit: *Refutation des erreurs de* BENOIT DE SPINOZA *par M. de* FENELON, *par le P.* LAMI, *& par le Comte de* BOVLAINVILLIERS. *Avec la vie de Spinoza, ecrite par* M IEAN COLERVS, *augmentée de beaucoup de particularités, tirées d'une vie manuſcripte de ce philoſophe, faite par un de ſes Amis*, in 12. ſed locus impreſſionis plane fictus eſt, auctorque, qui nomine comitis de BOVLAINVILLIERS tegitur, impoſtorem agit vnice; refutationis enim loco acriter defendit Spinozae Atheiſmum, eum quidem in finem, vt lectores titulo decipiantur. Vitae Spinozae recuſae, additae ſunt in laudem Spinozae bene multa e. g. p. 77. vsque ad pag. 86. Probari autem non poterit, haec a COLERO eſſe compoſita, quidquid effutiat glorioſulus editor. Haud praetermittendus hic eſt BREDENBVRGIVS, qui refellere Spinozam adlaboraüit, editis *Arcanis atheiſmi reuelatis*, & ipſe tamen Spinozae peſtilentes errores comprobantem & anhelantem animam efflauit; de quo vid. *Recueil de Literature, de Philoſophie & d'Hiſtoire*, edit. Amſtelodami 1730, in 12. pag. 23.

## §. XVII.

Perginus ad eos, qui rationem & *methodum ſtudii philoſophici inſtituendi* ſcripſerunt. (*s*) Qualis eſt SEBASTIANVS FOXIVS *de ſtudii philoſophici ratione*, Witteb. 1594. 8. (*t*) ANTONIVS POSSEVINVS in *adparatu ſuo*, quem tomo ſecundo *bibliothecae ſelectae* praemiſit, Venetiis 1603. f. IACOBI FACCIOLATI *Orationes X. de optimis ſtudiis*, Patauii 1723. 8. recuſae Altorfi 1725. 8. cura SIGISMVNDI IACOBI APINI. Luculenta quoque eſt PHIL. FRID. HANII diſſ. qua *methodum ſtudii philoſophici facilem omnibus atque planam* propoſuit, Ienae 1718. Huc faciunt etiam ſcriptores de ſtudiis inſtituendis in genere, qui inter alia etiam ſtudii philoſophici rationem habent. (*v*) Inprimis conſulenda hic cum fru-

(*s*) Hic laudanda eſt L. THOMASSINI *methode d'etudier & d'enſeigner chretiennement & ſolidement la Philoſophie, par rapport à la Religion Chretienne & aux Ecritures* Pariſiis 1685. in 8. multiplicis lectionis & diligentiae ſingularis liber, ſed in vſum romanae eccleſiae addictorum praecipue conſcriptus; nihilominus vetuſtioris philoſophiae, haud exigua capita dilucide in eo expedita ſunt.

(*t*) Reperitur etiam in *variis de ſtudiis inſtituendis diſſ.* Amſtelodami editis 1645. in 12.

(*v*) Ita ROLLIN *de la maniere d'enſeigner & d'etudier*

fructu ſunt tironibus, quae b. AD. RECHENBERGIVS in notiſſimo *de ſtudiis Academicis* libello ſuper hac re praecepit. Catalogum autem ſcriptorum, qui de ſtudiis formandis commentati ſunt, exhibui in praefatione BAPTISTAE GVARINI libello *de ordine docendi & ſtudendi*, Ienae 1704. 8. iterum edito, praemiſſa, quae heic inſpicienda vtique eſt. Aeſtimari merentur GVILIELMI BVDAEI *de tranſitu Helleniſmi ad Chriſtianiſmum*, libri tres, Pariſiis 1556. f. quibus tranſitum docet a ſcientiarum vanitate, ad veram philoſophiam, quam in caeleſti ſolum doctrina quaerendam eſſe, non minus pie, ac concinne, inculcat. Nouam huius libri praeſtantiſſimi editionem pollicitus eſt cl. COLERVS in notis ad orationem ſuam *de multiplici litterarum humaniorum abuſu*, Ienae 1725. 4. editam, pag. 7. Cui iungendus eſt IOANNIS FRANCISCI MIRANDVLAE liber, de *ſtudio diuinae atque humanae ſapientiae*, qui prodiit cum praefatione IOANNIS FRANCISCI BVDDEI, Halae 1702. 12. in quo docet, quod ſtudia ſanioris philoſophiae bene poſſint conſiſtere cum Chriſtianorum doctrina. §. XVIII.

*les belles Lettres* Tom. IV. pag. 251. ſeqq. de inſtituendo philoſophiae ſtudio egit. Infra, praeeunte auctore illuſtri, de pluribus ſcriptoribus erit diſſerendi locus.

## §. XVIII.

Ad docendam addiſcendamque philoſophiam praecepta, eaque tam ſolida quam luculenta WOLFIVS etiam conſcripſit; quem inter huius generis auctores, equidem familiam, vti in reliquis ſolet, ducere, exiſtimo. *Rationem* nimirum *Praelectionum* in Matheſin & Philoſophiam vniuerſam edidit Halae Magdeb. 1718. in 8. in qua lumen praetulit horum ſacrorum myſtis ſplendidiſſimum. (*x*) Prodiit hic liber ibidem 1735. nouo adiecto capite de praelectionibus priuatis in Grotium de Iure Belli & Pacis. (*y*) Neque minus WOLFII commentatio, cui index: *Ausführliche Nachricht von ſeinen eigenen Schrifften, die er in Deutſcher Sprache von den verſchiedenen Theilen der Weltweiſsheit herausgegeben, auf Verlangen ans Licht geſtellet*, Francofurti ad

[*x*] Sectione prima de mathematicis praelectionibus ſermo eſt; ſectione ſecunda autem de philoſophicis agitur. Cap. I. de fine lectionum philoſophicarum. Cap. II. de lectionibus Logicis. Cap. III. de lectionibus Metaphyſicis. Cap. IV. de Collegio experimentali. Cap. V. de lectionibus Phyſicis. Cap. VI. de praelectionibus in philoſophiam practicam. Cap. VII. de lectionibus phyſicis publicis.

[*y*] Vid. *Acta Eruditorum* A. 1718. menſe Mart. Artic. VI, *Gelehrte Zeitungen* A. 1718. pag. 857. LVDOVICI *Hiſtorie der Wolffiſchen Philoſophie* pag. 33.

ad Moenum 1735. in 8. commendanda eſt, quoniam ſingulis philoſophiae ſcitis lucem in ea adfundit. Philoſophiae rationali ſiue Logicae, methodo ſcientifica pertractatae & ad vſum ſcientiarum ac vitae adornatae, praemiſit etiam elegantem diſcurſum praeliminarem, de philoſophia generatim, idem vir illuſtris, Francofurti & Lipſiae 1728. in 4. (z) Lipſienſium Profeſſor celeberrimus CAROLVS GVNTHERVS LVDOVICI ex eo concinnauit nouum *diſcurſum praeliminarem de philoſophia in genere*, edit. Lipſiae 1732. in 8. nomine tamen non adiecto, vtiliſſimum. Scriptores de methodo philoſophica ſeu mathematica, memorandi hic etiam veniunt. Prodeat primo in medium WOLFII noſtri praefatio de *acumine intellectus*, *mathematum tractatione comparando*, praemiſſa GOTTLIEB FRIDERICI HAGENII, Ordinis Philoſ. in academ. Halenſi Adiuncti, *Meditationibus Philoſophicis de methodo mathematica*, in quibus ſingulae eiusdem partes explicantur, nouae regulae atque adnotationes adduntur, ſelectis-

§

[z] Vid. Journal Literaire Vol. XIII. Part. I. Art. IX. & Vol. XIV. Part. I. *Nöthiger Beytrag zu den Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen* Tom. I. pag. 789. ſeqq. *Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences & des Beaux-Arts* A. 1729. menſe Aug. Num. III.

ctisque exemplis ex variis scientiis illustrantur. *Norimbergae* 1734. 8. MICHAELIS KELSCHII, mathematum & philosophiae naturalis Prof. Publ. diss. de *vtilitate methodi mathematicae in docenda iuuentute*, Altorfi 1735. in 4. (*a*)

## §. XIX.

Alii dederunt paedias vel introductionem in ipsam philosophiam. Qualis est IOANNIS SEYBOLDI *paedia philologica & philosophica*, Norimbergae 1636. 8. Sic etiam exstat MARII NIZOLII *de veris principiis & vera ratione philosophandi* liber, *contra pseudophilosophos*, Parmae apud *Septimum Viottum*, 1553. 4. a LEIBNIZIO iterum editus Francofurti 1670. 4. Praemisit nouae huic editioni illustris vir eruditam praefationem, in qua de alienorum operum editione, de scopo huius libri, de dictione philosophica, de lapsibus Nizolii disputatur. Addidit etiam prae-

[*a*] Addatur denique praefatio nostra *von der Deutlichkeit der Mathematick*, praemissa libro, cui index est: *Allgemeine Regel der Rechen-Kunst, oder neueste Art alle Aufgaben, in welchen etwas eine Verhältniss zu andern Dingen hat, kurtz und leicht aufzulösen, in Holländischer Sprache von K. F de* REES *verfertiget, nunmehro aber ins Hochteutsche übersetzt von einem Liebhaber Mathematischer Künste*, edit. Gottingae 1739. in 8.

praeter varias animaduerſiones margini adſcriptas, epiſtolam *de Ariſtotele recentioribus reconciliabili.* Elegantiſſimum ſcriptum eſt, & prae reliquis omnibus aeſtimandum, FRIDERICI SCHERERTZII de *recta philoſophia,* Lugduni Batauorum 1662. 12. dignum, vt in omnium manibus verſetur, cum in eo demonſtret, in quo vera philoſophia conſiſtat, (*b*) & ad quid maxime in eadem veniat attendendum. Quodſi in philoſophiam peripateticam introductionem quis quaerat, vti poterit PETRI IOANNIS NVNNESII *inſtitutione peripatetica,* Helmſtadii recuſa 1667. 4. (*c*) &, quae hac in parte optima eſt, *iſagoge in lectionem Ariſtotelis* MICHAELIS PICCARTI, a *Ioanne Conrado Dürrio* edita, Altorfii 1665. 8. Licebit heic bona cum lectoris venia aliquot exercitationum academicarum titulos adſpergere, varia momenta illuſtrantium, quae circa *philoſophiae ſtudium in genere* obſeruanda veniunt. (*d*) Notari igitur

[*b*] Verae philoſophiae rationem & praeſtantiam & ego declaraui in programmate, quo *artes ingenuas vanas ac perniciosas ſine vehementi atque aſſidua animi ad philoſophiam adplicatione* habendas eſſe propoſui Gottingae 1737. 4.

(*c*) Adde eiusdem orationem *de cauſis obſcuritatis Ariſtotelis, eiusque remediis*, edit. Lugduni Bat. 1621 in 8. recuſ. etiam Helmſtadii 1667. 4.

innumeros ſcriptores, hic de vſu philoſophiae ac-

tur merentur AVGVSTI SCHRADERI diſſ. *de origine & progreſſu philoſophiae*, Altorf. 1663. HENR. MELCHIOR. SCHVTTENII diſſ. *de origine philoſophiae*, Ien. 1713. ADAMI RECHENBERGII diſſ. *de pugna philoſophiae & theologiae adparente*, Lipſ. 1717. eiusdem *de eo, an philoſophi ſint haereticorum patriarchae*, ibid. 1705.

atque indole eiusdem adferimus LAMBERTI VELTHVSII diſſ. de vſu philoſophiae in theologia Trai. ad Rhenum 1668. 12. Io. BROCKHAVSII diſſ. tres de vſu philoſophiae in theologia Lipſ. 1684. 8. CHRISTOPH. PFAVTZII de adminiculis ad philoſophandum ex hiſtoria petendis. Lipſiae 1699. LVD. CHR. CRELLII de Philoſophiae noſtra aetate felicitate & perfectione, Lipſiae 1710. Io. SCHMIDII diſſ. de Philoſophiae in theologia vſu. M. GEORG. RABENERI Exercitatio de vſu Philoſophiae in theologia, Regiomonti 1705. in 4. MEISNERI *philoſophiam ſobriam* ſtatim ſub initium. GEORG. CALIXTI Orationem de *philoſophiae dignitate & ſumma neceſſitate*, in eius ſelectis poſtumis edit. 1660. RECHENBERGII diſſ. de ſtudio philoſophico. Lipſiae 1676. LVDOVICI WINSLOW diſp. de philoſophiae rationisque in theologia vſu & abuſu. Hafniae 1707, in 8. add. FECHTII noctes Chriſtian. pag. 1. ſqq. CHRIST. HEINR. FRIESLEBII diſp. de *habitu philoſophiae Tribonianae in inſtitut.* Altorf. 1732. Io. HENRICI MYLII diſſ. de coniunctione Iurisprudentiae cum philoſophia. Lipſiae 1715. 4. BVDDEVM Iſag. Hiſtor. Theol. Lib. I. Cap IV. §. XXIII. OTTONEM MENCKENIVM in diſſ. de Orthodoxia Philoſophica Lipſiae 1691. ſed pluribus non immorabimur.

1705. NATHANAELIS FALCK *de philoſophiae cum theologia concordia & vſu*, Witemb. 1690. IOAN. PETRI LVDOVICI *de philoſophis caute legendis*, Halae 1698. SAMVELIS MASCOVII *de concordia philoſophiae cum theologia*, Regiomonti 1705. IONAE CONRADI SCHRAMMII Oratio *de concordia philoſophiae*, Helmſtadii 1706. IOANNIS GODOFREDI WALTHERI *de natalibus philoſophiae*, Halae 1717. IOANNIS BRANDERI *de vera & ſimulata Rhetorum philoſophia*, Francofurti 1688. 12. Io. FRANCISCI BVDDEI *de moribus philoſophorum dialogus*, Ienae 1695. 12. ERNEST. SAL. CYPRIANI de eodem argumento diſſ. Helmſt. 1699. Io. FRIED. WEINICH *de nexu, quem diſciplinae philoſophicae inter ſe habent, arctiſſimo*, Ienae 1715. IONAE CONRAD. SCHRAMMII *laudes philoſophiae compendiariae*, Helmſt. 1699. IACOBI BRVCKERI diſſ. *de comparatione philoſophiae gentilis cum ſcriptura ſacra caute inſtituenda*, Ienae 1719. IVSTI CHRIST. SCHOMERI diſſ. *de iis, in quibus philoſophia dormitare vel haerere videtur*, Roſt. 1684. IAC. CARL. SPENERI diſſ. elegantiſſima *de ſtudii ſapientiae impedimentis*, Halae 1707. Io. TILEMANNI A SCHENCK diſſ. *de legitima ſcientiarum philoſophicarum aeſtimatione*, Marpurgi 1724. MARTINI HEINSII diſſ. *de ſtilo philoſophico*, Lipſiae 1641. Io.

CORN.

CONR. ARNOLDI diſſ. erudita *de nouitate philoſophandi*, Gieſſae 1724. BONIFACII HENR. EHRENBERGERI diſſ. *de ſtudio nouitatis in philoſophia*, & alia *de requiſitis nouatorum in philoſophia*, Ienae 1712. ADAMI RECHENBERGII *diſcuſſio problematis Gelliani: paucis philoſophandum*, Lipſiae 1687. Io. FRIEDEMANNI SCHNEIDERI diſſ. *de philoſophia ſilentii*, Halae 1717. eiusdem alia *de propagatione philoſophiae ſub contemtu*, ibid. 1708. Io. PHIL. TREVNERI progr. *de philoſophia a miſeria philoſophorum commendata*, Ienae 1702. Io. ESBERGII *mulieres philoſophantes*, Vpſal. 1699. Io. RVDOLPHI MEHMEL commentatio *de boni philoſophi charactere*, Lipſiae 1727. 4. (*e*)

## §. XX.

Peculiarem claſſem faciunt ii, qui *ſyſtemata philoſophica* ſcripſerunt, de quibus tamen, cum iam in capite ſecundo inter fontes fue-

(*e*) CHRISTIANI GOTTL. IOECHERI philoſophia haereſium obex, ſupra citata, quam maxime eſt adiungenda, conf. noua *Acta erudit.* publicata menſ. Febr A 1733. pag. 83. Quaeſtio decantata, an philoſophia ancilla ſit theologiae, ibidem diiudicatur. Nulla vero in hanc rem ſcripta maiori cum fructu legi poterunt, quam *Horae ſubceſiuae Marburgenſes, quibus philoſophia ad publicam priuatamque vtilitatem aptatur.* Francofurti & Lipſiae 1729. in 8. edi coeptae.

fuerit dictum, eo nos remittimus. Faciu autem ad hanc classem, potissimum ex rece tioribus, *philosophia* Io. ANDREAE SCHM DII, IOANNIS FRANCISCI BVDDEI, IOA NIS CLERICI, IOANNIS SPERLETTE, ( ANDREAE RVDIGERI, FRANCISCI W KENII, FRANC. ALB. AEPINI, CHR STIANI WOLFII, LVD. PHIL. THVMM GII, FRIDERICI GENZKENII, Io. GEOR WALCHII atque aliorum, qui singulas ph losophiae partes iuste exposuerunt. (*g*)

(*f*) Quoniam de SPERLETTO nihil supra traditu fuit, hic obseruamus, eum plagii esse adcus tum, cuius criminis quoque reus est; vti eni Logicam Sperletti, *art de penser* latine redditar iure vocare quidam consueuerunt, ita quoq reliquae philosophiae partes sortiuntur auctori tem ab aliis. Vid. *Recueil de Litterature* p.

(*g*) In notis ad Cap. II. §. XVI. sqq. monuimus, c necessaria videbantur.

# CAPVT QVARTVM

## DE

# SCRIPTORIBVS

## LOGICIS, METAPHYSICIS ET HERMENEVTICIS.

§. I. *Qui de Logices & Metaphyſices ſcriptoribus egerint.* §. II. *Scriptores Logicae Ariſtotelicae.* §. III. *Scriptores Logicae Carteſianae.* §. IV. *Scriptores, qui ex matheſi & experimentis Logicam deducunt.* §. V. *Scriptores Logicae eclectici.* §. VI. *De Logica Wolfii ſcriptores.* §. VII. *De Logica ſectatorum Wolfii.* §. VIII. *Scriptores Logicae ſpeciales.* §. IX. *De Logica Probabilium.* §. X. *Scriptores Metaphyſici ad mentem Ariſtotelis.* §. XI. *Scriptores Metaphyſici, qui a mente Ariſtotelis recedunt.* §. XII. *De Metaphyſica Wolfii.* §. XIII. *De Metaphyſica Sectatorum Wolfii.* §. XIV. *Scriptores Hermeneutici.*

### §. I.

De *ſcriptoribus Logices* diſſeruerunt haud pauci. Praecipuos diſciplinae rationalis au-

ctores primus recenſuit PETRVS RAMV in *ſcholis dialecticis*, Baſileae 1578. fol. Se quutus hunc BARTHOL. KECKERMAN NVS, qui libere ſuam de hoc argument ſententiam in ſecundo *de praecognitis logic* tractatu pag. 10. ſqq. expoſuit. Nec omit tendi ſunt PETRVS GASSENDVS & GE Io. VOSSIVS. Ille enim *de origine & varie tate Logices libro vno*, hic *de natura & conſtitu tione Logices & Rhetorices duobus*, Hag. 1658. ſolerter congeſſit, quae fata huius ſtudii gregie illuſtrant. Exſtat quoque GEORGI WEGNERI diſquiſitio hiſtorico-philoſophi ca *de origine Logices*, Oelſnae Sileſiorum 166 12. IOANNIS ALBERTI FABRICII *Spec men hiſtoriae Logicae elenchticum*, Hambur 1699. 4. CHRISTIANI FRIDERICI AY MANNI diſſ. de *dialectica veterum*, Witeml 1716. GODOFREDI FRIDERICI GRVBE *de dignitate Dialecticae Ariſtotelicae.* Regiom 1716. Notus eſt omnibus IAC. FRIED. REI MANNI *Critiſirender Geſchichts-Calender vo der Logica*, Francof. 1698. 8. cui iungenda ſunt quae idem ille in *hiſt. eruditionis Germanorum* Part. III. Sect. II. ſeqq. hanc in rem dixit; & in ſchediaſmate philoſophico *de Lo gices Ariſtotelicae, Rameae, Carteſianae & electi uae inſufficientia in ordine ad acuendum iudicium* Halberſtadii 1697. 4. Luculenta eſt Ic

IA-

IAC. SYRBII praefatio, *Inſtitutionibus philoſophiae rationalis eclecticae*, Ienae 1717. & 1723. 8. praemiſſa, in qua itidem fata huius diſciplinae erudite enarrantur. Eandem telam GOTTLIEB STOLLIVS *hiſtoriae eruditionis* Tomo II. Cap. II. eleganter perfecit. Recentiſſime denique Io. GEORG. WALCHIVS *hiſtoriam Logices* conſcripſit, *Parergis Academicis* inſertam, Lipſiae 1721. 8. non ſine plauſu ab eruditis acceptam. (*b*) *Metaphyſices* hiſtoriam

(*b*) De origine & fatis Logicae commentati etiam ſunt IACOBVS THOMASIVS in *Erotematibus Logicae & Phyſicae*, CHRIST. THOMASIVS in *philoſ. aulica* Cap. IV. & in *praecognitis Iurisprud.* Cap. X. BVDDEVS in *Iſagoge hiſtorico-theologica* Lib. I. Cap. IV. §. XXV. pag. 240. ſeqq. & in *praefat. ad artem cogitandi*, edit. Halae 1704. 8. Laudatis auctoribus iure quodam adſcribi poteſt *Traité de l'opinion*, qui hiſtoriam intellectus humani continet, cuiusque auctor eſt GILBERT CHARLES LE GENDRE, *Marquis de St. Aubin ſur Loire*, cuius editio ſecunda exſcripta eſt typis Pariſiis 1733. Praeſtantiam Logicae cognouere plurimi; adeo diuinam illi adſcripſere originem. PLATO, in *Dialogo de Phileto*, Logicam adpellat Θειον εις ανθρωπους δοσιν. CICERO eam *caelo delapſam ad cognitionem regulam* vocat. conf. STOBAEVS Sermone LXXIX. De vſu & praeſtantia praecipue agit OLAVS BORRICHIVS in diſſ. *de vſu Logicae*, cum reliquis diſſertationibus edit. Hafniae 1715. 8. Huius aeui decus CHRIST. MATTH. PFAFFIVS in oratione *de praeſtantia Logicae & Metaphyſicae*, quae repe-

riam praeter IACOBVM THOMASIVM, qui illam leuiter adumbratam *Erotematibus Metaphyſices*, Lipſiae 1705. 8. vltimum exſcriptis praemiſit, dedit Io. PAVLLVS HEBENSTREITIVS. Leuia ſunt, quae de illis habet MORHOFIVS *polyhiſt.* Tom. II. Lib. V. pag. 475. ſequ. Neque deſunt heic nobis *promiſſores*, quorum conatibus vel fati violenta vis, vel aliae cauſſae grauiores obſtiterunt. Ita bibliothecam promiſſam augent VINCENT. PLACCIVS, *bibliographiam logicam & hiſtoriam Logicae*, & SEVERINVS LINTRVPIVS, (*i*) *breuiarium hiſtoriae logicae*, & ſchediaſma de *fatis metaphyſicae* polliciti. Vid. WALCHII *hiſtoriam logicae, prolegom.* §. VI. pag. 470. Metaphyſices hiſtoriam eorum ad exemplum promiſit quoque denique SYRBIV in diſſ. de *philoſophia prima in honorem priſtinum reſtituenda*, Ien. 1710. 4. §. XXXVI. pag. 39.

## §. II.

Scriptores vero Logici, vti & reliquarum philoſophiae partium auctores, ſecundum tri-

ritur in *hexade orationum Tubingenſium* 1721. 4. pag. 31. ſeqq. LE CLERC in *Bibliotheque Choiſie* Tom. III. pag. 141. ſeqq. plura loquuntur.

(*i*) SEVERINI IACOBI LINTRVPII hiſtoriae logicae breuiarium MS. adhuc adſeruatur Hafniae. Fato vir ille ſumme venerandus functus eſt 1731. vid.

triplicem familiam (*k*) veniunt conſiderandi; *pe-*

vid. *Niederſächſiſche Nachrichten von gelehrten neuen Sachen auf das Jahr* MDCCXXXI. Num. XXVII. pag. 236.

(*k*) De *Logica Ebraeorum* euoluantur CONR. DIETR. KOCHII initia & incrementa polyhiſtoris Logici, edit. Helmſtadii 1710. IOAN. CONR. SCHRAMMII Introductio in dialecticam Cabbalorum Brunſuig. 1703. 8. *Socratis* vero in Logicam merita proferuntur a GOTTFR. OLEARIO, de ſcriptis Socratis differente in Stanleii hiſtor. philoſ. latin. pag. 198. De *Platonicorum* Logicae ſtudio honorifice pronunciat AVGVSTINVS de Ciu. Dei Lib. VIII. Cap. VII. add. ALCINOVS in lineamentis doctrinae Platonicae Cap. IV. ſq. GASSENDVS de origine & varietate Logicae Cap. IV. De Logica Stoicorum autem vid. eundem Cap. VI. *Zenonem Zittieum*, huius ſectae principem, in hac prae ceteris excelluiſſe arte, perhibent LAERTIVS Lib. VII. ſegm. 46. ſqq. IVSTVS LIPSIVS in manuductione ad philoſ. Stoic. Lib. II. diſſ. XI. ſeqq. id quod Walchius ſumme venerandus l. c. pag. 533. probauit dilucide. Logicam *Epicurus* & ſectatores, canones plures continentem, inſtillarunt, ſed haud ſufficientes, vti vere monſtrauit THOMASIVS in philoſophia aulica V. §. 18. ſqq. *Sceptici* ſeu Pyrrhonii, quemadmodum omnem philoſophiam, ita Logicam praecipue deturbare conati ſunt; hinc nulla de his hac in re mentio facienda eſt, interim conf. IOANNIS FRIDERICI HEVNISCHII diſſertatio de *philoſophia Aphiloſophia* ſeu ſcepticiſmo. *Romanorum* Logica vix nominari meretur. Ciceronis enim Topica oratoris potius ſpirat placita, quam philoſophi: ſunt nihilominus, qui

*Peripateticam*, (*l*) *Carteſianam*, & *Eclecticam*. De ſcriptis Logicis Ariſtotelis, quae organi titulo comprehendi ſolent, vid. cel. WALCHII *Hiſt. Log.* Lib. II. Cap. I. Sect. I §. VI. pag. 521. & pag. 584. (*m*) Veteres Logicae Ari-

Ciceronis Logicam ediderunt; ita FRIDERICVS BEVRHVSIVS Ciceronis dialecticae libros II. Coloniae 1593. 8. inprimi curauit. ADAMVS BEVRSIVS idem fecit. Vid. FABRICII Bibliotheca Latina Lib. I. Cap. VIII. pag. 148. VARRO autem primam Logicam latine ſcripſiſſe, dicitur, vti Lex Sard. de rerum inuentoribus Lib. I. pag. 15. apud VERGILIVM de rerum inuent. edit Argentorati 1706. in 8. declarat.

(*l*) KECKERMANNVS arbitratur, Ariſtotelem a Deo ipſo ad Logicam conſcribendam excitatum fuiſſe, in *Praecogn. Logic.* Tract. II. §. XXV. GASSENDVS autem acriter diſputat contra Ariſtotelis Logicam in *exercitat. paradoxis* aduerſus Ariſtotelem, Exercitat. V. ſeqq RVDOLPHVS AGRICOLA in tribus libris de inuentione dialectica, contra Ariſtotelem itidem ſcripſit, inique ſaepius mentem detorquens huius philoſophi. Ita complures, Scholaſticorum naeuis quibusdam obſeruatis, in contrarium ruunt, & temere, captioſas, moroſas, ſcurriles ſubtilitates vocant multa, ſapienter ab Ariſtotele, & familia eius, propoſita Sed eiusmodi homines hic refellere, inſtituti ratio haud permittit. Merita profecto Ariſtotelis infinita ſunt, praecipue in Logica, cuius pater omnino dicendus eſt.

(*m*) Add. IOANNES NELDELIVS de vſu organi Ariſtotelici, FORTVNATVS GELLIVS in *Isagoge Logica*, MICHAEL PICCARTVS in *Organo Ariſto-*

Ariſtotelicae ſcriptores recenſet VOSSIVS de Logices natura & conſtitutione. (*n*) Ex recentioribus commendantur IOACHIMI IVNGII, FRIDEMANNI BECHMANNI, GEORG. PAVLI ROETENBECCII & IOANNIS PAVLI HEBENSTREITII Logici libri, ſaepius apud nos recuſi. (*o*) Primus vernacula lingua Logicam ſcripſit, ad Ariſtotelis Melanchthonisque decempedam compoſitam, M. GVOLFGANGVS BVTTNER, & ſub titulo *Dialectica Deutſch*, Lipſiae 1576. edidit. Recenſionem eius concinnauit HEVMANNVS in *actis philoſ.* Part. XVI. Diſſ. III. p. 586. (*p*) adde

*ſtotelico in quaeſtiones & reſponſiones redacto.* MARIVS NIZOLIVS in tribus libris de veris principiis & vera ratione philoſophandi contra pſeudophiloſophos.

(*n*) Nimirum Cap. X. pag. 55. ſeqq.

(*o*) FRANCISCVS TILEMANNVS, WILLICHIVS, IOANNES STVRMIVS, IACOBVS ZABARELLA, STAHLIVS, auctores collegii Conimbricenſis, & plures huc pertinent, de quibus diſſeruimus ſupra ad Cap. II. §. V.

(*p*) IACOBVS FACCIOLATI Logicae diſciplinae rudimenta ex optimis fontibus ducta, iterum edidit ſ. t. *Inſtitutiones Logicae peripateticae in vſum priuatae ſcholae*, Venetiis 1729. in 8. RICHARDVS CRACKANTHROP Oxonii 1670. in 8. itidem ad Ariſtotelis mentem rationalem concinnauit philoſophiam, Ariſtotelis fautoribus minus ingratam.

adde REIMANNI *Geſchichts-Calender der Log ca* pag. 69. (*q*)

## §. III.

Si Carteſianorum ſpectemus principia, (r optima eſt ANTONII LE GRAND *Logica* qua

(*q*) Hic de PETRI RAMI Logica moneri potuiſſet nonnulla ab auctore illuſtri. Praeter ſupra a Cap. III. §. XV. explicata a nobis, adiicimu FRIDERICI BEVRHVSII *introductionem* ad Pe tri Rami dialecticae praxin. edit. Colon. 159 8. item *Triumphum Logicae Rameae* Baſilea impreſſum 1587. 8. licet nunquam triumphau rit Ramus. CHRISTIANVS THOMASIVS ver in Philoſophiae aulicae Cap. I. §. LXXIV. fru gis plena hac de re monuit. Non poſſumu non inprobare Rami temeritatem, reiicien tis vtiliſſimam Ariſtotelis de demonſtration doctrinam; ne dicam de rationibus inanibus, cu praecepta, grauiſſimi aeui omnis philoſophi, c praedicamentis, de modalibus propoſitionibu ſyllogiſmis mixtis, praedicabilibus, elenchis ſoph ſticis, conſpurcauerit conuitiis, obſcurauerituu

(*r*) Carteſii huc ſpectat Diſſ. *de methodo* recte vtendi ra tione, & veritatem in ſcientiis inueſtigandi, Am ſtelodami 1637. in 4. & meditationes de *prim philoſophia* &c. Speciatim in Logicam Carteſ inquiſiuit, ſed non curate ſatis, THOMASIVS i *Cautelis circa praecogn. Iurispr.* Cap. X. §. VI ſqq. in *philoſophia aulica* paſſim, vt & in praefa tione ad *Einleitung zur Vernunfft-Lehre*, RVDIGE RVS in praeloquio, *Inſtitutionibus Eruditionis prae miſſo*, ſiniſtre quoque ſaepius de Carteſio hac in re iu dicat. De GASSENDI *diſquiſitionibus* metaphyſicis

ſer

iae inter alia eiusdem opera philoſophica
lita eſt. De hoc philoſopho Cap. II. §.
V. egimus: hic prouehimur ad Io. IACOBI
ERBERI *examen ſuccinctum artis recte cogitandi*
*tonii le Grand*, Witemb. 1708. 4. & IOAN-
SCLAVBERGII (*s*) *Logicam veterem & nouam*,
iae cum operibus eius cura Ioannis Theo-
ri Schalbruchii prodiit, Amſtelodami 1691.
4. atque poſtea in compendium redacta
it, quod *Logicae contractae* titulo *operibus*
ſertum eſt, quae cum Amſtelod. 1691. 4.
nctim ederentur, vita ſimul auctoris, a V.
. HENR. CHRIST. HENNINIO conſcri-
a, addita eſt. (*t*) Eandem emendare co-
natur

ſeu dubitationibus & inſtantiis aduerſus Renati Carteſii Metaphyſ. propoſuimus ſupra mentem noſtram. In eo ſane Carteſius praeclarum Logicae ſcriptorem agit, dum euidentiam notionum explicat, eamque adquirendam praeſcribit, cauſſasque rerum eruendas, expendendas, praeuia dubitatione rationali oſtendit, ad errores euitandos adſenſum cohibendum praecipit, praeconceptarum opinionum fontes, progreſſus, remedia, idque genus alia explanat.

) Reſecuit inanes quaeſtiones Logicas omni fere ex parte, ſubſtitutis vtiliſſimis, vere ratiocinandi regulis. Ceterum conf. *Theſes Philoſophicas* PETRI BAELII, quae continentur in *Oeuvres diverſes* Tom. IV. Num. I. pag. 133.

) Amſtelodami 1732. IOANNES FLENDERVS, Prof. & Rector Zutphanienſis, luci expoſuit publicae: *Phoſ-*

natur NICOLAVS MALEBRANCHE in tractatu *de inquirenda veritate*, (*u*) *de la recherche de la verité, où l'on traite de la nature de l'esprit de l'homme, & de l'usage qu'il en doit faire, pour éviter l'erreur dans les sciences, à Paris* 1673. & 1674. 8. *à Amsterdam* 1688. 12. & alibi saepius. Latinam eiusdem versionem cel. viro IACOBO L'ENFANT debemus. *De Enthusiasmo Malebranchii* dissertatione publica egit Io. GEORG PRITIVS, Gryphiswald. 1710. 4.

*Vi-*

*Phosphorum philosophicum nouissimum*, seu *Logicam contractam Claubergianam*, illustratam locupletissimo commentario Logico Metaphysico, continente (praeter dialecticam) vera primae philosophiae, vulgo metaphysicae, adeoque Pneumaticae & Theologiae naturalis fundamenta. Editio quarta in 8. refecta & additionibus variis illustrata, prae ceteris laude decoratur.

(*u*) Laudatur hic Malebranchii liber generatim, in *Recueil de Litterature, de Philosophie, & d'Histoire* pag. 4. Quinta editio multis accessionibus adornata, Parisiis 1700. in III. Tom. in 12. & ibidem 1712. in 12. IV. Vol. atque in forma quadruplicata II. Vol. prodiit; vltimae πρωτεῖα editionum debetur omnium. Non Logicae praecepta solum, sed metaphysicae etiam ac physicae meditationes hoc in opere continentur. Idem Malebranchius concinnauit *Meditations Chretiennes & Metaphysiques* edit. Parisiis 1683. in 12. in quibus principia, in tractatu de inquirenda veritate proposita, partim propinat, partim adplicat aliis veritatibus; sed plausum insignem hic liber haud tulit.

*Vitam* autem huius philoſophi (*v*) lege in *Actis Erudit.* a. MDCCXVI. pag. 232. & in FONTENELLII *hiſtoire du renouvellement de l'Academie Royale des Sciences, Amſtel.* 1709. 8. Tom. II. pag. 208. coll. pag. 248. vide & STOLLII *hiſt. erudit.* Tom. II. Cap. II. §. XXVI. pag. 445. Hiſtoriam *controuerſiae* prolixioris, quae MALEBRANCHIVM inter & ANTON. ARNALDVM (*w*) ſuper *origine ideārum*

(*v*) De vita MALEBRANCHII vid. Acta Eruditorum Lipſ. A. 1716. pag. 232. *Journal des Sçavans* A. 1715. *Memoires de l'Academie des Sciences* 1715. *Memoires des hommes illuſtres* Tom. II. pag. 122.

(*w*) De ARNALDO conf. libellum: *Des vraies & des fauſſes idées contre ce, qu'enſeigne l'auteur de la Recherche de la Verité, par Mr.* ANTOINE ARNAVD, *Docteur de Sorbonne*, Cologne 1683. 8. *Reponſe de l'auteur de la Recherche de la Verité au livre de Mr. Arnauld des vraies & des fauſſes idées.* Roterodam. 1684. 8. confer. *Acta erudit.* Lipſ. a. 1684. pag. 237. ſeqq. *Defenſe de Mr. Arnauld contre la reponſe au livre de vrayes & fauſſes idées.* Coloniae 1684. 12. *Trois lettres de l'auteur de la Recherche de la Verité, touchant la defenſe de Mr. Arnauld.* Roterodami 1685. 12. vid. *Acta erudit.* a. 1685. pag. 414-417. & *Nouvelles de la Republique des Lettres*, A. 1685. Menſe Mai. Artic. III. Materialiſmi, cuius adcuſatus fuit MALEBRANCHE, notam ibidem abſtergere adnititur; Deumque materiae eſſe expertem profitetur; adeoque dubia contra eum hac in re formata irrita eſſe oſtendit. Praecipue in eo eſt, vt conſenſum doctrinae ſacrae cum adſertis ſuis declaret. Eodem anno 1685. in

*dearum* agitata eſt, concinne expoſuit clar. IAC. BRVCKERVS in *hiſt. phil. doctr. de ideis* Sect. III. §. II, (g) pag. 254. Sed & alia heic commemoranda eſt Carteſiani cuiusdam auctoris Logica. *Artem cogitandi* (*x*) innuo, librum illum tanto cum eruditorum plauſu acceptum. *Gallice* primum a. 1664. 12. prodiit Pariſiis, ſine parentis nomine, & vel decies iterum vulgata eſt. *Angli* in *latinum* ſermonem conuerſam Londini 1677. 8. ediderunt; quo habitu & Halae 1704. 8. obſtetricante cel. BVDDEO, doctiſſimamque praefationem praemittente, prodiit. (*y*)

§. IV.

in 12. prodiit *Reponſe à une diſſertation de Mr. Arnaud contre un éclairciſſement du Traité de la Nature & de la Grace, dans laquelle on établit les principes neceſſaires à l'intelligence de ce même traité.* MALEBRANCHIVS in *Entretien ſur la metaphyſique & la Religion* non minus contundere acriter dubia Arnaldi adlaborat. edit. 1688. Pariſiis.

(*x*) Index eſt: *La Logique, ou l'art de penſer, contenant outre les regles communes, pluſieurs obſervations nouvelles propres à former le jugement.*

(*y*) Inſeri potuiſſent maxime memorabiles viri, FRANCISCVS BACO DE VERVLAMIO, THOMAS HOBBESIVS & THOMAS CAMPANELLA, qui omnes ſe oppoſuerunt ARISTOTELI. HOBBESIVS logicam ſuam non ſine ratione vocat *Computationem*, edit. Amſtelodami 1668. nec CAMPANELLAE *philoſophia rationalis* reiici poteſt, interim mala ſerpunt & minutiae bene multa

## §. IV.

Ex Matheſi & experimentis incognitas veritates docet detegere Io. EHRENFRIED WALTHER de TSCHIRNHAVSEN in ſua *medicimentis*, ſiue tentamine genuinae Logicae, qua diſſeritur de methodo detegendi ignitas veritates, Amſtelod. 1686. 4. (z) & ex recen-

multae. Complectitur etiam Rhetoricam, Poeſin, Hiſtoriam, Grammaticam. De BACONIS autem DE VERVLAMIO hac in re doctrina commodius eſt alibi, quam h. l. diſſerere. Haud ita pridem NICOLAVS DE MARTINO, in illuſtri Lyceo Neapolitano mathematum Profeſſor, *Logicae* ſeu *artis cogitandi inſtitutiones* edidit Neapoli 1728. in 12. quae Arnaldi & Nicolii ſapiunt principia.

(z) In *Nouvelles de la Republique des Lettres* Menſe Nou. 1686. Articulo VIII. ſub initium, verba a nobis recitanda haec ſunt de hoc opere Tſchirnhauſii praeſtantiſſimo: *Les plus grands eſprits - - - n'ont jamais douté, que la Logique ne ſoit de grande importance, & quelques uns d'eux ont travaillé avec grand ſoin à nous en donner une bonne. Il eſt impoſſible qu'en cela on ne ſe faſſe divers chemins, & il eſt peut-être bon que la choſe arrive de cette maniere, car les meilleures methodes ne conviennent pas à tous ceux qui étudient.* Voïons *en gros celle qu'un Eſprit d'une force extraordinaire* (Tſchirnhauſius) *vient nous propoſer*, &c. Ceterum generoſiſſimus vir *Medicinam curiosam* in vernacula Germanorum concinnauit, cuius prior pars Luneburgi 1705. poſterior 1708. prodiit ibidem. Ne dicam de inuentis reliquis mi-

centiori eademque auctiori editione, Lipſiae 1695. 4. facta. Vita eius ab anonymo Germanico idiomate libello ſingulari conſcripta Gorlizii 1709. 12. Vid. *die Neue Bibliothek*, Part. IV. pag. 328. ſqq. Elegantiſſimum quoque ſcriptum eſt IOANNIS LOCKII *de mente humana*. Huius epitomen (*a*) primum *bibliothecae* ſuae *vniuerſali* inſeruit CLERICVS, vbi Tom. VIII. pag. 49 - 142. ſub hoc titulo continetur: *extrait d'un livre Anglois, qui n'eſt pas encore publié, intitulé: Eſſay philoſophique concernant l'entendement humain, où l'on montre, qu'elle eſt l'étenduë de nos connoiſſances certaines, & la maniere, dont nous y parvenons.* Altero anno ipſe hic liber anglice prodiit, ſub titulo: *an eſſay concerning humain Underſtanding, in four Books*, Londini 1690. 1694. 1697. & 1716. f. (*b*), qui tamen

mirificis, quae omnium diariorum auctores, & vniuerſus litterarius orbis venerantur. Conf. ſemper laudandorum IOANNIS BVRCHARDI & FRIDERICI OTTONIS, MENCKENIORVM, patris & filii, *Bibliotheca virorum militia aeque ac ſcriptis illuſtrium*, pag. 456. edit. Lipſiae 1734. 8.

(*a*) Compendium illud operis de intellectu humano, auctorem habet ipſum Lockium; ſeparatim quoque excuſum fuit, & illuſtriſſimo comiti de Pembrok dedicatum.

(*b*) In operibus LOCKII iunctim in III. Vol. in fol diffuſis, & Londini 1731. editis, etiam continetur. Quarta horum editio eſt optima. Itider Londini impenſis R. Francklini iam ſub prel

men & in latinam, a quodam BVRRIDG nomine, linguam translatus, prodiit, Lond. 1691. f. & Amſtelodami 1729. quemadmodum etiam in Gallicum idioma a PETRO COSTE verſus eſt. (c) Controuerſiam autem de hoc tractatu habuit Lockius cum EDVARDO STILLINGFLETIO, (d) qui, cum in *vindiciis pro doctrina de S. S. Trinitate*, Lond. 1697, 8. edi-

ſudant omnia Lockii ſcripta. Vid. *Leipziger neue Zeitungen von Gelehrten Sachen* Ao. 1739. Num. IV. pag. 28.

(c) Amſtelodami 1700. 4. Editio ſecunda reuiſa, correcta, aucta obſeruationibus auctoris, & additionibus translatoris, emiſſa in lucem eſt Amſtelodami 1729. 4. Obſeruationes nonnullae inſertae ſunt recentiſſimae huic editioni, quae poſt fata Lockii primo comparuere. COSTE etiam ſuas adiecit adnotationes, vitamque Lockii enarrauit. Conf. *Lettres ſerieuſes & badines ſur les Ouvrages des Savans* Tom. III. Art. I. *Bibliotheque Raiſonnée* Tom. IV. Part. II. Art. IV. *Nöthiger Beytrag zu den wöchentlich herauskommenden neuen Zeitungen von gelehrten Sachen*, Tom. I. Num. XXIX. pag. 443. & Num. XLIII. pag. 680.

(d) Acriter contra LOCKIVM diſputatur in ſcripto: *A Letter in anſwer to a book entitled, Chriſtianity not myſterious, as alſo to all thoſe who ſet up for reaſon and evidence, in oppoſition to Revelation and Myſteries*, edit. Lond. 1731. 8vo. D. BROWN eſſe auctorem exiſtimamus. Cui iungimus *Two Diſſertations concerning Senſe and Imagination, with an Eſſay on Conſciousneſſ.* Londini 1728. 8.

ditis, aliqua contra ſentiret circa ſubſtantiae atque perſonae diſtinctionem, quam nullam eſſe dicit Lockius, litteris ad eundem datis, atque Londini 1697. 8. editis, eidem reſpondet, atque inde binis adhuc litteris inter vtrosque agitatum eſt. (*e*) Vitam inſignis huius philoſophi, LOCKII, *gallice* a Io. CLERICO *Bibliothecae ſelectae* Tom. IV. pag. 342. 412. inſertam, *germanice* legendam exhibuit cel. HEVMANNVS in *act. philoſ.* Part. VI. Num III. pag. 975-1031. & aliquot obſeruationibus illuſtrauit. (*f*) *Hiſtoriam* vero *libri Lockiani*

(*e*) Cauſſam Lockii ſecutus VYNNE, Epiſcopus Reuerendiſſimus *de S. Aſaph*, qui anglice Lockii Logicam in compendium redegit. Omnes cum ipſo Lockio laudem ambabus, quod aiunt, ei tribuere manibus; adeo vt Lockiano operi a multis praeferatur. In Gallorum idioma elementa iſta translata prodierunt, ſ. t. *Abregé de l'Eſſai de M. Locke ſur l'Entendement humain traduit en François par M.* BOSSET Londini 1720.

(*f*) Vitam eius enarrare ſuſtinuerunt alii etiam; vid. *noua litteraria Hamburgenſia* anno 1708. pag. 284. CLERICI commentationem, ab auctore citatam, in noſtram vernaculam transtulit, notisque adornauit FRIDERICVS GLADOVIVS ſ. t. *Bericht von des Weltberühmt. Engländers, Johann Lockens, Leben und Schriften*, Halae 1720. conf. etiam *Memoires des hommes illuſtres* Tom. I. pag. 37. ſeqq. Lockii ſtigia premit D. IOANNES WATTS in *Lo*

*de intellectu humano* curatam atque elegantem texuit Io. GOTTLIEB KRAVSIVS, Profeſſor Academiae Witenbergenſis ſuo merito celeberrimus, in *der umſtaendlichen Bücher-Hiſtorie*, vbi Part. I. loco primo legitur. *De Logicis mathematicis* conſulendus quoque eſt cel. WALCHIVS. Eminet inter has praeter ARNOLDI GEVLINCX *Logicam fundamentis ſuis reſtitutam*, Lugd. Bat. 1662. & Amſtel. 1698. 12. IOANNIS PETRI DE CROVSAZ (*g*) *nouvel Eſſay de Logique*, *gallice* bis Amſtelod. 1712. 8. & 1720. 3. Vol. 12. & *latine* ſub titulo *Syſtematis Logices ad vſum ſcholae paullo planius accommodati*, Geneuae 1723. 8. edit. (*h*) *Specimen Logicae*

*or the right Uſe of Reaſon in the Enquiry after Truth, with a Variety of Rules to guard againſt Error in the Affairs of Religion and human Life, as well as in the Sciences.* Londini 1731. 8. ſaepius recuſa deinde.

(*g*) Diſquiſitionum Logicarum in Cruſazianum Syſtema in lyceo Blancoburgenſi inſtituendarum, prima, *de arte ratiocinandi in genere & de modo eam tradendi*, Blancoburgi 1724. in 4. auctore IOANNE TOBIA WAGNERO, huc ſpectat. Inuaſerat animum huius viri clariſſimi, cupido explorandi preſſius Cruſazii placita, ſed deinde a propoſito deſtitit.

(*h*) In Anglorum idiomate etiam comparuiſſe CRVSAZII ſyſtema Londini 1731. abunde conſtat.

*logicae mathematicae* ab illuſtri LEIBNIZIO adornatum, legitur in *Actis erudit.* anno 1684. (*i*)

## §. V.

Inter *Electicos* numeratur *Eſſay de Logique, contenant les principes des ſciences & la maniere de s'en ſervir pour faire des bons raiſonnemens, à Paris* 1678. 12. in quo multa reperiuntur ſingularia. Auctor eius eſt IOANNES MARIOTTE, phyſicus Gallus excellentiſſimus; recuſum fuit hoc *tentamen* inter eius *opera*, quae Lugd. Bat. 1717. 4. prodierunt. Commendantur etiam *les principes du raiſonnement expoſez en deux Logiques par le* R. P. BVFFIER, *à Paris* 1714. 8. (*k*) Inter praecipuas vero habe-

(*i*) Addantur REGNERI A MANSVELT *rectae ratiocinationis elementa*; inprimis vero illuſtris FRANCISCVS BACONVS DE VERVLAMIO, non tam ob *nouum organum ſcientiarum*; ſed potius ob libr. V. *de augmentis ſcientiarum*. Si lubet, a nobis dicta Cap. II. §. XVI. pag. 123. confer. In Logicorum mathematicorum cenſum reponendus etiam eſt G. T. s' GRAVESANDE *in introductione ad philoſophiam*; quae Logicam & Metaphyſicam continet. Editio ſecunda prodiit 1737. Lugduni Batauorum. Gallice idem liber verſus ibidem eodemque anno typis eſt impreſſus, in 8.

(*k*) Prodiit quoque eiusdem *Examen des prejugez vulga-*

benda eſt IOANNIS CLERICI *Logica, ſive ars ratiocinandi*, quae prodiit Amſtelod. 1692. 8. (*l*) *Examen Logicae* Ioannis Clerici vero edidit SEBASTIANVS EDZARDI, Hamburgi 1699. 4. Prae ceteris ad vſum omnium diſciplinarum faciunt ſcripta THOMASIANA (*m*), ſaepius edita; *introductio* ſcilicet *ad logicam* cum eiusdem *praxi*, eiusdemque *introductio ad philoſophiam aulicam*; vtraque etiam poſt-

*gaires, nouvelle edition, conſiderablement augmentée*, Paris 1725. 8. Omnia BVFFIERI ſcripta vno volumine in fol. comprehenſa exſcripta ſunt typis Pariſiis 1730. f. t. *Cours des ſciences ſur des principes nouveaux & ſimples, pour former le Langage, l'Eſprit & le Coeur dans l'uſage ordinaire de la vie.* Continent Grammaticam, tractatum de eloquentia, de poeſi, metaphyſica, logica, de praeiudiciis, de ſocietate ciuili, de analyſi argumentorum religionis, aliis. Sed cum Grammatica comparari reliqua nequeunt; locum enim quem inter Grammaticos tenet principem, philoſophi nunquam ei concedent.

) CLERICI *logica* prodiit etiam cum THOMAE STANLEII *hiſtoria philoſophiae orientalis* Amſtelodami 1697. 8. item 1710. 8. 1720. 8. & Lipſiae 1726. de reliquis editionibus operum indicem Cap. II. §. XV. pag. 124. fecimus; noſtrumque ſubiunximus iudicium.

Errores ſaltem multos propulſauit Thomaſius, & philoſophandi libertatem, Germanis fere ereptam ſuis, felici reſtituit ſucceſſu; licet quae ad augendam perpoliendamque Logicam pertinent praecepta, quibus nunc vtimur a mathematicis edocti, non adtulerit omnia.

poſtea vernaculo ſermone prodiit, illa ſub titulo: *Einleitung vnd Ausübung der Vernunfft-Lehre*, haec vero Berolini 1710. 8. excuſa eſt ſub titulo: *Einleitung zur Hoff-Philoſophie*. De PAVLLO MICHAELE RHEGENIO & pſeudonymo REALI DE VIENNA, qui ſcriptis *philoſophiam aulicam* aggreſſi ſunt, lege STOLLIVM l. c. §. XXX. pag. 449. Contrarius quoque ex parte THOMASIO eſt GOTTLIEB GERHARDVS TITIVS, (*n*) in *arte* ſua *cogitandi*, quae Lipſiae 1702. 12. & 1723. prodiit, & ſuccincta licet ſit, ſingularia tamen quaedam circa generalia eruditionis & habitum diſciplinae generalem profert. Taceo iam CHRISTIANI WEISII *logicam*, (*o*) Lipſiae 1681. & 1695. 8. duabus partibus comprehenſam,

(*n*) Vetuſtioris ſcholae, multum alias meritus de hac diſciplina Titius, retinuit varia capita, quae vſui vix vnquam eſſe poſſunt. Praeterea potius fuit in refellendis aliis occupatus, quam tradendis ipſis rationalis philoſophiae regulis; licet marte ſaepius infelici acumine ſuo contundere aliorum ſententias adnitatur.

(*o*) WEISIVS & GROSSERVS iuuentuti tenerae horrorem incutere ſolent, & nobiliſſimo Logico ſtudio contemtum conciliare; verumtamen ſaepius e prelo exierunt ſcripta eorum, licet a variis commentis ſe non temperauerint; reperiuntur quidem in iis nonnulla, in quibus non fine vtilitate ingenium exercere ſudi magiſtri poſſunt. Innumeros alios, qui ad exemplum illorum ſe finxerunt, omittimus.

ſam, quarum prior comprehendit terminorum ſimplicium & ſyllogiſmorum notitiam, poſterior ipſam praxin atque vſum locorum dialecticorum in eloquentia. Vide duumuiros celeberrimos, WALCHIVM & STOLLIVM, locis citatis. Taceo SAMVELIS GROSSERI *pharum intellectus, ſiue logicam electiuam, methodo neoueterum digeſtam*, Lipſiae 1697. 8. ſaepiusque poſthaec editam, & ſcripta ſimilia. Adiunxerunt ſe nobiliſſimo eclecticorum ordini, & ſcripta ſua eruditorum plauſu accepta ſenſerunt viri acutiſſimi, ANDREAS RVDIGERVS, editis *de ſenſu veri & falſi* libris quatuor, (*p*) Halae 1709. 8. & Lipſiae 1722. 4. EPHRAIM GERHARDVS, (*q*) vulgata *delineatione philoſophiae rationalis eclecticae*, le-

(*p*) De Rudigeri Logica quid ſtatuamus, ſupra Cap. II. §. XVII. pag. 128. pronunciauimus; hoc loco notamus tantum, Rudigeri febriculoſum & fallax diſcrimen inter philoſophica & mathematica ratiocinia, vt & principium, falſo ab eo dictum primum, nimirum *ſenſus*; ſed de his diſputare fuſe, inſtituti non permittit ratio. Conf. BALTHASARIS HENRICI TILESII Diſſ. de ratiocinatione philoſophica & mathematica Lipſiae 1720

(*q*) Expediuit & antiquiorum & recentiorum regulas, ſed anceps dubiusque videtur, an philoſophi huius illiusue aſſerta reſpuere, vel ſuis adſcribere debeat. Id quod pluribus eclecticis vſu euenire, obſeruamus.

Ienae 1709. & 1716. 8. NICOLAVS HIERON. GVNDLINGIVS (*r*) data in lucem *via ad veritatem*, Halae 1713. & 1726. 8. Io. IACOB. SYRBIVS, publicatis *Inſtitutionibus philoſophiae rationalis eclecticae*, (*s*) Ienae 1718. & 1723. 8. alii. (*t*)

## §. VI.

Qui muſarum ſacris initiati ſunt, CHRISTIANI WOLFII non ignorant merita, in phi-

(*r*) Quid de hoc ſentiamus, declarauimus Cap. II. §. XVII. pag. 128. Generatim non poſſumus non agnoſcere, Gundlingium, ad Logicam explanandam, tantam non adtuliſſe induſtriam, quantam ad philoſophiam practicam. Francofurti ad Moenum typis 1739. commiſſa fuit NICOLAI HIERONYMI GVNDLINGII *philoſophiſcher Diſcurſe erſter Theil oder academiſche Vorleſungen über ſeine viam ad veritatem Logicam, nebſt nöthigen kurtzen Anmerckungen* in 4. Editor autem hoc modo aliquid a ſplendore Gundlingii mutuare geſtiens, votorum ſummam nunquam conſequi poterit, quoniam indigna prorſus Gundlingio, publicae expoſuit luci.

(*s*) Fini, de veritate diiudicanda pariter atque inuenienda, inſtitutiones iſtas non ſufficere, dudum fuit eruditis obſeruatum.

(*t*) Locum inter eos tenet: *Nouveau Syſteme de philoſophie, établi ſur la nature des choſes connuës par elles mêmes, mis en parallele avec l'opinion des anciens philoſophes ſur les premiers principes de la nature, & ſur les quels on n'a rien trouvé de fixe*

&

iloſophia rationali, pereximia. Praecla-
m illud aeui noſtri ingenium, ad omnia
nma factum, indefeſſo accedente ſtudio,
imi vires diu perpendens, tandem eius-
odi Logicae praeceptiones elaborauit, quae
iloſophiae & matheſeos doctoribus, pari-
atque alumnis, fuerunt dudum in opta-
. Seculi nempe huius anno decimo
odiit auro contra carior liber, inſcriptus:
*rnünfftige Gedancken von den Kraefften des*
*nſchlichen Verſtandes, vnd ihrem richtigen Ge-*
*uche, in Erkentniß der Wahrheit*, in 8. Au-
ores, ſed cum illa prima conuenientes, *edi-*
*nes* ſecutae ſunt in vernacula Germano-
m. Interpretatio eiusdem edita quoque
ina, (*u*) vti Gallica atque Italica. Quum
in

*& de ſtable juſqu'à preſent. Auquel on a joint un traité de la nature de l'ame & de l'exiſtence de Dieu, prouvées l'une & l'autre par une chaine ſuivie d'argumens capables de convaincre les plus incredules & les plus opiniatres.* II. Volum. in 12. Pariſiis 1729. Auctore *Magiſtrat*; ſed verum nomen eſt *l'Advocat*. Vid. *Nieder-Sächſiſche Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen auf das Jahr* 1729. pag. 88.

S. t. *Cogitationes rationales de viribus intellectus humani, earumque vſu legitimo in veritatis cognitione, cum iis, qui veritatem amant, communicatae, & nunc ex ſermone Germanico in Latinum tranſlatae.* Halae duae latinae editiones prodierunt, altera 1730. altera 1735. Typothetarum incuria

in obſcuritate haud raro verſari ſoleant Logici ſcriptores, contra ea, recondita in arte & multiplici & ſubtili, claritatem ſplendidiſſimam WOLFIVS ſuis, non dicam, reſtituit, ſed potius adtulit, notionum explicationibus diuiſionibusque nouis propoſitis; deliriis vero, quae Logicarum regularum magnifico ſuperbiunt titulo, repudiatis. Quibus praeſtructis, omnes inter ſe nexae ſunt & colligatae propoſitiones, quod quam ſit adcommodatum, ex iis, quae de WOLFII philoſophia generatim ſupra monuimus, liquido fluit. (v) Vnde eſt, quod methodi mathe-

irrepſere naeui quidam; germanicam editionem hinc latinae praeferimus.

(v) IACOBVS FRIDERICVS MVLLERVS, qui ad Wolfii mentem & praecepta paullo ante totum ſe finxerat atque adcommodauerat, ſubito quantum mutatus ab illo, diuulgauit quidem *Zweiffel gegen Herrn Chriſtian Wolffens, Hochfürſtl. Heſſiſchen Hof-Rath vnd Prof. Philoſ. vnd Math. primarii in Marburg, vernünfftige Gedancken von den Kräfften des menſchlichen Verſtandes: wie auch von Gott, der Welt, der Seele des Menſchen vnd allen Dingen überhaupt, nebſt einer Rechtfertigung der gegen die vernünfftige Gedancken von den Kräfften des Menſchlichen Verſtandes gemachten Zweiffel, zur Beförderung der Wahrheit mitgetheilet*, Gieſſae 1731. 8. Caue tamen erres cum vulgo, & in dubiis iſtis propoſita cum veritate conuenire putes; iudicio lapſum fuiſſe Müllerum, IOANNEM VLRICVM CRAMERVM, quem iam

iam Magnificum academiae Marburgenſis Prorectorem veneror, demonſtrauit luculenter, conſcripto libello, cui index eſt: *Auflöſung der Zweifel Herrn Iacob Friedrich Müllers, Prof. Log. vnd Metaph. zu Gieſſen, über die vernünfftige Gedancken Herrn Hof-Rath Wolffens, von den Kräfften des menſchlichen Verſtandes, welche mit den eigenen Worten des Autoris dergeſtalt angeführet werden, daſs der Leſer nicht erſt nöthig hat ſeine Schrifft dagegen zu halten*, Francofurti & Lipſiae 1731. in 8. DANIEL FRIDERICVS HOHEISEL in tractatu *de ideis* edit. 1726. in 8. monuit quoque contra Wolfium nonnulla, a FRIDERICO PHILIPPO SCHLOSSERO, theologo & philoſopho grauiſſimo, grauiſſime repudiata in *Diſſertatione Epiſtolica ad clariſſimum virum, Dominum* DAN. FRIDERICVM HOHEISELIVM I. V. & *Phil. D.* in *Academia Fridericiana* &c. Gieſſae & Francofurti 1727. in 4. Hoheiſelium quoque refutatum vid. in Parte CXXII. Actorum Eruditorum, quae in idiomate Germanorum publicantur. Cum aliis refellit eum GEORGIVS GOTTHELFF DVRINGS in diſſertatione pererudita: *de Syllogiſmo omnibus communi*, Wittebergae habita 1728. in 4. Eodem anno prodiit: *Meditatio de vſu genuino omnium modorum vtilium in quatuor figuris ſyllogiſmorum, regularium ſimplicium in inuenienda veritate, qua ſimul monita quaedam, Opus Logicum incomparabile Wolfianum, quod nuperrime Francofurti & Lipſiae prodiit, concernentia continentur*; ipſe vero Wolfius fecit ſatis doctiſſimo Hanichio, edito *Monito de ſua philoſophandi ratione, inſeruiente loco reſponſionis ad ea, quae occaſione operis ſui Logici Nonnema monuit in Actis Eruditorum anni praeſentis* pag. 474. Wolfii ſcriptum illud M. Decembris A. 1728. dictorum *Actorum* pag. 546. inſertum quoque fuit.

thematicae ſiue philoſophicae praecepta, eaque certa atque euidentia, in WOLFII rationali philoſophia continentur omnia. Quin quarta praecipue mentis operatione expedita, quam alii fere ignorant, & demonſtrationis indole explanata, materiam proficiendi ampliſſimam, communicauit. His feliciter confectis, dudum ſe praeparauit Wolfius ad opus Logicum maius, ad iſtud ſapientiae culmen, quod in *Philoſophia rationali, ſiue Logica, methodo ſcientifica pertractata & ad vſum ſcientiarum atque vitae aptata* Francofurti & Lipſiae 1728. in 4. exhibetur. (*w*) Video iam de breuitate mihi eſſe laborandum, conſtringendae ſunt laudes libri huius, quas enarrare & deberem, & aliqua ex parte poſſem, quia vero ab omnibus legitur perlegiturque, cum fructu vberrimo, nihil attinet dicere: campum iſtum ingredi, quam egredi eſt facilius; compendii loco remitto lectorem ad Vol. XIII. Part. I. Artic. XII. & Vol. XIV. Part. I. Artic. IX. diarii, quod *Iournal Litteraire* inſcribitur. add. *Memoires pour l'Hiſtoire des Sciences & des Beaux-Arts* An. 1729. menſe Aug. Artic. III. *Acta Eruditorum* An. 1728. menſe Octobr. Num. VII.

*Acta*

(*w*) Editio altera emendatior Francofurti & Lipſiae 1732. in 4. impreſſa eſt.

*ta Eruditorum Teutonica*, Parte CXXXIV. um. II. *Nöthiger Beytrag zu den neuen Zeitun- von gelehrten Sachen*, Part. I. pag. 789. ſqq.

## §. VII.

Ex WOLFII philoſophia rationali in ſe- torum inſtitutiones Logicas multa mi- runt. Praeter laudatos paullo ante ſcri- res, (*y*) qui diſciplinas omnes ad exem- plum

**Secus** iudicauit de WOLFII Logica ADOLPH FRIEDRICH HOFFMANN in *Gedancken über Herrn Chriſtian Wolffens, Hochfürſtlichen Heſſi- ſchen Hofraths vnd Philoſophiae & Mathematum Profeſſoris primarii zu Marburg, Logic, oder ſo genannte Philoſophiam rationalem. Nebſt einem Anhange, worinnen gedachter Herr Auctor auf die von Herrn D. Andreas Rüdigern, Hochfürſtl. Sächſiſchen würcklichen Rath vnd Leib-Medico im Forſt, wider ſeine Meinung von dem Weſen der Seele vnd eines Geiſtes überhaupt gemachten Ein- würffe zu antworten, eingeladen wird*, Lipſiae 1729. Ad haec ego iam non regeram, ſed vid. HIERONYMI ALETOPHILI *Erinnerungen auf die Gegen Meinung der Meinung Herrn Hof- Rath Wolffens von dem Weſen der Seele vnd eines Geiſtes überhaupt, welche Herr M. Adolph Fri- drich Hoffmann öffentlich will verfochten wiſſen. Ins reine gebracht, hin vnd her, beſonders mit ei- ner Vorrede erläutert, vnd zu mehrerem Licht der Philoſophiſchen Wahrheit zum Druck über- laſſen von einem, der in dergleichen Controver- ſien curieux iſt*, Francofurti & Lipſiae 1729. 8. Cap. II. §. XVIII. pag. 131. ſqq.

plum WOLFII interpretati ſunt; Auguſtiſſimi Romanorum Imperatoris Conſiliarius, MICHAEL GOTTLIEB HANSCHIVS, *Artem inueniendi* ſiue ſynopſin regularum praecipuarum artis inueniendi, cum praxi regularum in inuenienda veritate per experientiam, item in eruendis definitionibus, axiomatibus, poſtulatis, theorematibus, in reſoluendis problematibus, in diiudicandis aliorum inuentis & ſcriptis, ſpeciatim in explicanda ſcriptura ſacra, denique in conuincendis aliis de veritate a nobis inuenta, in refutandis aliorum erroribus & in collatione ſententiarum ſuper quaeſtione dubia, 1727. iuris publici fecit, (z), addita praefatione Io. CAROLI NEWENII. *Inſtitutiones Philoſophiae rationalis in vſus academicos noua methodo digeſtas*, concinnauit etiam IOANNES IACOBVS SCHILLINGIVS, Duisburgi 1731. in 8. Regulas in iis verum a falſo diſcernendi, illudque eruendi, WOLFIVM ſecutus itidem, expoſuit ſolide, adplicationem vero vberiorem reſeruauit

(z) Impreſſionis locum haud praefert titulus. Idem opus recuſum atque aliqua ratione repurgatum additum eſt: *Medicinae Mentis & Corporis, ſiue de Heuretice & Hygiene libris duobus ad mentem ſanam in corpore ſano quam diutiſſime conſeruandam.* Amſtelodami 1728. in 8. Illud ſane Wolfii ſpirat praecepta, & tanquam ex fonte ex eius Logica promanat.

uit operi addendo commodius, quod promiſit vir celeberrimus. Iſtis incitatus exemplis, manu tanquam ad egregia eiusdem ſcientiae adyta ducit lectores CHRISTIANVS MARTINI, *Via inueniendi veritatem, tentamine ſubſtitutionum ac fontibus probabilium, extenſa in vſum vitae & ſcholae.* Vratislauiae 1733. in 8. Geometras & Wolfium praecipue imitatur excellentiſſimus auctor, atque ab ipſa mentis natura ac ſimpliciſſimis principiis ad magis compoſita progreditur. Succinctum eſſe in demonſtrando, nec incompletum, a confutando alienum, libuit, & plus vitae quam ſcholae, ſcholae tamen ſufficientia conſecrare, vtrumque combinando. (*a*) Accedimus ad CONRADI THEOPHILI MARQVARDT, in Regia academ. Regiom. Mathem. Prof. Publ. Extr. *Philoſophiam Rationalem* methodo naturali digeſtam in vſus academicos. Regiomonti & Gedani 1733. in 8. Virum hunc peracris iudicii, quae veritati conſona ſunt, veterum placita, non reieciſſe quidem, Wolfio tamen magiſtro praeeunte ſcripſiſſe, ipſa libri euolutio commonſtrabit. (*b*) Exemplis

(*a*) Tſchirnhuſii dictum illud in *medicina mentis* P. II. p. 211. *Brutum eſſe iudicium, non eſt de pane lucrando*, ante oculos ſapienter poſuit auctor grauiſſimus. v. Praefat. pag. 12.

(*b*) Wolfii cauſſam alibi etiam ſecutus eſt vir excellentiſſimus;

plis quoniam in hac disciplina magna vis insita est, vt prolata in medium eo clariora in animos lectorum descendant, iisdem expedit Marquardt doctissimus singula rerum capita. Ne vero huius illiusue disciplinae cancellis tantum restringeretur opus, vniuersaliora atque ex variis disciplinis petita, adhibuit. (c) Quo potuit autem studio, cura, diligentia, mentisque acie, carum nobis nomen, IOANNES PETRVS REVSCHIVS, Ienensium Professor multo celeberrimus, *Viam ad perfectiones intellectus compendiariam* anno seculi huius duodetricesimo diuulgauit Isenaci in 8. Viget in hoc scripto Wolfii doctrina, a primo principio probatissima, ita tamen vt Reuschii ἀκριβεια plane singularis, meditationumque nouarum multarum acumen ex eo eluceant. Ad hoc compendiariae scriptionis genus animum iterum adplicuit, Ienae 1734. in 8. systemate Logico, antiquiorum atque recentiorum, item propria praecepta exhibente, typis excuso. Quo in opere innumeras

mus; speciatim dissertationem de harmonia praestabilita inter animam & corpus, exire in lucem iussit Regiomonti 1722.

(c) Auctoris modestia ex omnibus colligi potest verbis, id quod in Praefatione dedit pluribus probatum; in eodem praeloquio regulas perutiles ad lectionem librorum philosophicorum adplicandas, tironibus suppeditauit.

meras in vnum conflauit veritates, redegitque in gyrum scientiae, a priori diuersum. (*d*) In eadem academia Ienensi, Wolfii exemplo incensos laudabili, excellentissimum Philosophiae Professorem SCHIERSCHMIDIVM, & Praenobilissimum M. CORVINVM, Philosophiam Rationalem typis exscribendam tradidisse, relationes eruditorum publicae declarant; ad manus vero meas nondum peruenere horum scripta, hinc nec summa capita laudum, quibus mactandi omnino sunt viri doctissimi, attingam. Hoc ipso denique anno MDCCXXXIX. illustris GEORGII BERNHARDI BILFINGERI, Sereniſſimo Wirtembergiae Duci a consiliis secretioribus, consistorii ecclesiastici praesidis, acad. scient. petropolit. sodalis, *praecepta Logica*, cum ipsius quadam oratione, de praecipuis quibusdam discendi regulis, ex comparatione corporis & animi erutis, luci publicae primum commissa sunt, curante M. CHRISTOPH. FRIDERICO VELLNAGEL, le-

(*d*) Sunt qui IOANNIS LIBORII ZIMMERMANNI synopsin, seu vti titulus loquitur: *Abriss einer vollständigen Vernunfft-Lehre in Tabellen verfasset, zum Grund eines Collegii Logici verfertiget, vnd nebst einem Anhange von eigenem Nachsinnen dem Druck übergeben*, Ienae 1730. 8. illis scriptoribus accensent; opella omnis vero siccitate laborat, plausumque haud tulit vllum.

lenae in 8. Calamo quidem auditorum olim, dum munere Profeſſoris fungeretur BILFINGERVS excellentiſſimus, haec tantum tradita ſunt; verumtamen Wolfii diſcipulum principem, ſui ſimillimum, & hic inuenire poterit lector, hoc eſt philoſophum, cui parem ingenio ſapientiaque in Germania vix dari, dudum habemus exploratum.

## §. VIII.

Nolumus iam coaceruare omnes ſcriptores logicos *ſpeciales*, cum alii *axiomata* logica, vt DANNHAVERVS, CVPIVS, alii *quaeſtiones*, alii *controuerſias*, & *ſimilia* logica ſcripſerunt, quae tamen pleraque parui vſus eſſe, atque ad corrumpendum magis vtilia, omnes agnoſcunt. Logicorum *ſpecialium* farraginem dedit cel. STOLLIVS *hiſt. erudit.* Tom. II. Cap. II. §. XLIX. pag. 463. facili, ſi illud iam ageremus, opera augendam ſupplendamque. Ad controuerſias vero logicas pertinet THOMAE GOVEANI *logica elenchtica, ſiue ſumma controuerſiarum, quae circa materiam & praecepta logicae agitari ſolent.* Dublini 1683. 8. veteres & nouas controuerſias bona quidem methodo tractat, ſed a ſectae veteris veſtigiis non diſcedit. (*e*) De *ſimili-*

*bus*

(*e*) Quin de hoc argumento lectu digna ſit SIGISMVNDI ANDREAE FLACHSII diſſertatio de cauſ-

*bus* logicis lege heic (*f*) cel. IAC. GVIL. FEVERLINI diſſert. *de variis modis Logicam tradendi*, Ienae 1712. & aliam *de logica hieroglyphica*, Lipſiae 1712. Idem vir eruditiſſimus *programma* conſcripſit Altorf. 1715. *de Logicis paradigmaticis theologicis, iuridicis aliisque*, orationi inaugurali *de prudentia logica ex vitis eru-*

cauſſis diſſenſus eruditorum, Lipſiae 1721. LVDOVICI PHILIPPI THÜMMIGII diſſertatio de vera refutationis notione, Caſſellis 1725. & MICHAELIS FRIDERICI LEISTICONS Diſſertatio de emendatione intellectus, Ienae 1717. nemo eſt, qui dubitat.

(*f*) De ſpecialioribus logicae decretis exſtant etiam ſcriptores innumeri, e. g. *de notionum differentia formali*, LEIBNIZII *meditationes de cognitione, veritate & ideis* edit. in *Actis erudit.* A. 1684. quae clariſſimas pariter atque vtiliſſimas in animis lectorum efformabunt notiones. DAMIANVS SINOPEVS in *meditationibus academicis methodice conſcriptis*, Ienae 1728. egit. *De ſyllogiſmis* D. MICHAELIS GOTTLIEB HANSCHII, Conſil. Caeſarei, *meditatio de vſu genuino omnium modorum vtilium in quatuor figuris ſyllogiſmorum regularium ſimplicium in inuenienda veritate*, ſupra citata; ERNESTI CHRISTIANI SCHROEDERI doctrina idearum vniuerſalium, ſpeciatim conſideratarum, Wittebergae 1727. HENRICI KOEHLERI diſſ. de indole fictionum heuriſticarum, Ienae 1724. BALTHASARIS HENRICI TILESII diſſertatio de ratiocinatione philoſophica & mathematica, Lipſiae 1720. HENRICI BREITENBACHII diſſ. de certitudine cum principiis ſuis propoſita Ienae 1729. prodierunt. Atque aliorum doctrinae, qui idem ſaxum voluere excitati ſunt.

*eruditorum addiſcenda*, praemiſſum, vbi omnes auctores curate recenſentur, qui diſciplinam rationalem exemplis, ex altioribus doctrinae generibus illuſtratam tradiderunt. (*g*) Sufficiat nobis adhuc heic adduxiſſe, (*gg*) IOANNEM PETRVM LVDOVICVM, profeſſorem apud Halenſes, promiſiſſe *polyhiſtorem logicum*, in eodemque ſe tractaturum pollicitum fuiſſe de logica Adami, Promethei, Iobi, Salomonis, Cabbala Iudaeorum, de inuentione dialecticae Graecorum, de ſe-

(*g*) Ita ſcriptores *logicae erotematicae* aetas priſtina tulit, vid. CHRISTIANI THESTRVP *animaduerſiones in logicam erotematicam*, cuius tres partes prodierunt Hafniae 1735. Nec non logicae memoratiuae, de quibus STANISLAVS DE MINCK cogitationes ſuas expoſuit, publicatas a SIGISMVNDO IACOBO APINO LL. A. A. M. hic quoque conſcripſit *Meditationem de iucundiſſima & omnium facillima methodo tradendi logicam*; Norimbergae 1720. in 4. licet rubrum haud reſpondeat nigro.

(*gg*) *Eſſay ſur l'Eſprit, ſes divers caracteres & ſes differentes operations.* Diviſé en ſix Diſcours; 1.) Diſcours ſur la nature du veritable Eſprit. 2.) ſur les cauſes de la fauſſeté de l'Eſprit, 3.) ſur le bel Eſprit, 4.) ſur le bon Eſprit, conſideré metaphyſiquement, 5.) ſur le bon Eſprit, conſideré comme une vertu civile, 6.) ſur l'Eſprit ſuperficiel, *prodiit* Pariſiis 1731. 12. BASNAGIVM, diarii auctorem, illum compoſuiſſe librum plures exiſtimant, ſed maiori iure M. LA SARRAZ adſcribitur, nepoti defuncti BASNAGII V. D. interpretis.

ſectis logicorum apud Graecos, de logica Ariſtotelis eiusque fatis, de logicae emendatoribus aut inuentoribus nouarum, de ogica Iudaeorum, Chriſti & Pauli, de logica Sinenſium, de logica Arabum atque Turcarum, de logica Druidarum, de logiis graecis, latinis, gallicis, anglicis, germanicis; cuius *polyhiſtoris logici* σχημα anexuit vir celeberrimus, *hiſtoriae philoſophiae ational. apud Arabes*, pag. 44. ſequ. ſed proniſſis huc vsque haud ſtetit vir illuſtris, rauioribus, putamus, negotiis impeditus. Quemadmodum etiam b. CORNELIVS DIETERICVS KOCHIVS *polyhiſtorem logium*, cuius primum ſpecimen cum eruditis ommunicauit, haud perfecit.

## §. IX.

Quos adhuc enarrauimus Logicae ſcriptores, ii praecepta de veritate per demonſtrationes eruenda exantlarunt. De logicae probabilium fontibus vero limpidiſſimis ſaluberrimisque, perpauci ſolliciti fuerunt. Ariſtoteles quidem inter *analyticam*, quae doctrina de demonſtratione vocabatur, & *dialecticam*, ſeu artem probabiliter diſſerendi, differentiam intercedere, pronunciauit. At enim vero hac de re diſputata ab Ariſto-

ſtotele & ſequacibus, ſeculis ſequentibus, ſpecioſius magis iactantur quam verius. Quum reuiuiſcere paulatim coepiſſet ſolidior philoſophiam rationalem tradendi modus, ſub finem ſeculi XVII. & noſtra praeſertim aetate, mathematici cum primis Logicam ornarunt mirifice, ſed Logicam demonſtratiuam, vt ita dicam, vnice adtigerunt, adeoque vix auctor occurrit, qui probam de probabilium philoſophia notionem animo fuerit complexus; quum tamen ex hac parte Logicae maximi momenti commoda exſpectanda eſſe, res ipſa loquatur. (*b*) Solus fere hac in re ingenii vires experſus fuit IACOBVS BERNOVLLI, cuius *ars coniectandi*, Baſileae 1713. 4. prodiit, quod vero opus poſtumum ſpecimina tantum continet coniecturarum in ludis. (*i*) Neque HVGENIVM de *ludo aleae*, REMONDVM DE MONMORT in *analyſi ludorum a ſorte pendentium*, atque ABRAHAMVM DE

(*b*) Neceſſitatem demonſtrauimus in elementis noſtris Logicae Probabilium §. CCLXXVI.

(*i*) Ars combinatoria pertexenda diu auctorem occupauit, caſus vero & exempla, ab eo prolata, ad actiones humanas adplicari nequeunt, ob defectum principiorum vniuerſalium.

DE MOIVRE (*k*) in *doctrina ſortis*; (*l*) & IOANNEM RIZETTVM in *ſcientia ludorum*, (*m*) generalem computandi probabilia methodum tradidiſſe, ex ſcriptis eorum videre eſt. (*n*) Praeter eos ANDREAS RÜDIGERVS *de Senſu veri & falſi* Lib. I. Cap. XII. & Lib. III. in hac palaeſtra ſe exercuit, ſed Logicae probabilium principia, de quibus quaeſtio eſt, plane non condidit, quippe quae ita comparata ſint neceſſe eſt, vt eorum ope poſſint gradus probabilitatis determinari. (*o*) Gradus vero determinationem a Rüdigero non eſſe propoſitam, ipſe teſtatur *in der Anweiſung zu der Zufriedenheit der menſchlichen Seele, als dem höchſten Gute dieſes zeitlichen Lebens*, Cap. IX. §. XXXIII. not. IV. pag.

(*k*) ABRAHAMVM DE MOIVRE palmam tamen omnibus praeripuiſſe, ingenue fateor. Illuſtris huius mathematici tanta in me ſunt merita, quanta poſſunt eſſe maxima; adeo inter ſummas fortunae dotes refero beneuolentiae atque amicitiae ſingularis monimenta, quibus me ornauit publice vir ſummus, cum Londini commorarer.

(*l*) Altera editio auctior prodiit Londini 1738. 4.

(*m*) vid. *Actorum eruditorum ſupplementa* Tom. IX. Sect. V. pag. 215. & Sect. VII. pag. 295.

(*n*) Suffragatur illuſtris Wolfius, Logicae Latinae §. DXCIII. pag. 443.

(*o*) Id quod §. CXII. citatae Logicae noſtrae probabilium probatum dedimus.

pag. 239. (*p*) Minime igitur veram probabilia dimetiendi rationem, seu principia computandi ea, declarauit Rüdigerus. Iamque olim LEIBNIZIVS (*q*) & WOLFIVS, (*r*) haud quemquam probabilitatis doctrinam in scientiae ambitum redegisse, obseruarunt. Hinc argumenti grauitas, de quo nullus exstat libellus, quum in aliis eruditionis partibus horum mole fatiscat orbis litterarius, animum induxit, vt illud illustrarem pluribus, in *Elementis Logicae probabilium, methodo mathematica, in vsum scientiarum & vitae adornatis*, editisque Halae Magdeburgicae 1735. in 8. in quorum praefatione, quae hic delibauimus, expediuntur fusius. Hoc tantum loco iis gratias multas persoluimus, qui exiguum opus illud, publice quam benignissime comprobarunt; quos inter non diariorum scripto-

(*p*) Rüdigeri verba ita se se habent: *Desideratur adhuc in logicis, meis etiam hactenus, quod fateor, libris, vtilissima de rite aestimandis probabilitatis gradibus doctrina, quam forte peculiari scripto, si otium suppetet, dabo*; sed ante mors aduentauit, quam haec promissa consecuti sumus.

(*q*) In *Essai de Theodicée sur la bonté de dieu, la liberté de l'homme, & l'origine du mal* pag. 41. edit. Amstelod. 1712.

(*r*) WOLFIVS in II. Parte *der vernünfftigen Gedancken von Gott, der Welt vnd der Seele des Menschen, auch allen Dingen überhaupt.* §. CXXVII. pag. 204. edit. Francofurti 1733.

ptores grauiſſimos ſolum veneror, ſed & praecipue illuſtrem ſupra laudatum ABRAHAMVM DE MOIVRE, in litteris ad Regiam Societatem Londinenſem a. 1736. die XXII. Martii datis, tenuem opellam inſigni laude decorantem.

## §. X.

Scriptores *metaphyſici* olim magna cura euoluebantur, (*s*) nunc autem plerique ſaepius in tabernis inſtitorum reperiuntur, quam in officinis librariis. De hoc *metaphyſices contemtu* (*t*) vid. clar. GOTTLIEB SCHELWIGII

(*s*) De *neceſſitate ſtudii metaphyſici* IACOBI THOMASII *dilucidationes Stahlianae*, & WOLFII *Ratio praelectionum* conſulantur. Vocabulum *metaphyſicae* in ARISTOTELE non reperitur, ſed originem debet ANDRONICO RHODIO, quia libri eius dicebantur τα μετα τα φυσικα, libri poſt phyſicam ſcripti, hoc eſt res grauiores quam phyſica perſequentes. vid. PICCARTVS in *Iſagoge in lectionem Ariſtotelis*, Cap. XXVI. pag. 259. ſeqq.

(*t*) Officere ſtudio veritatis metaphyſicam, arbitrantur A. CORNEL. AGRIPPA *de vanit. ſcient.* Cap. LIII. Io. GOTTFR. ZEIDLERVS *in der Wohlehrwürdigen, Groſsachtbaren vnd Wohlgelehrten Metaphyſica*, Halae 1699. 8. IOANNES BRVNNEMANNVS in *Iure Eccleſiaſt.* Lib. I. Cap. VI. Membr. XII. §. XIV. REINHARDVS in *hiſt. philoſoph.* pag. 171. DANIEL HOFFMANN in quaeſtione: *qui ſit verae ac ſobriae philoſophiae*

GII diſſ. *de hoſtibus atque oſoribus metaphyſices veteris ac recentioris aeui*, Dantiſci 1712. 4. ANDREAE LVDOVICI KOENIGSMANNI diſſ. eclecticam, *de rationali metaphyſices, tamquam vniuerſalis ſcientiae, cultu*, Kilon. 1712. IOACHIMI BENIAMIN DRAGHEIM diſſ. in qua *metaphyſica ab atheiſmo & polytheiſmo vindicatur*, Roſtoch. 1724. Io. IAC. RHODE *de praecipuis logicae ac metaphyſicae vulgaris naeuis*, Regiomont. 1720. Io. PHILIPPI BARTENSTEINII diſſ. *de metaphyſicae ſeu philoſophiae primae praeſtantia & vtilitate*, Argentorati 1704. IOACHIMI FELLERI *imperium ſapientiae ſeu metaphyſicae*, Lipſiae 1665. Io. CHRISTIANI LANGII diſſ. *de doctrinae metaphyſicae laudi-*

*in Theologia vſus?* Helmſt. 1581. ERICVS ALSTRINVS in diſp. *de metaphyſica vetere & noua*, Holmiae 1728. ORONTES in *vnpartheyiſchen Gedancken über die alte vnd neue Gelehrſamkeit*, *pag.* 101. *ſeqq.* IAC. THOMASIVS *de origine hiſtor. philoſ. & eccleſ.* pag. 12. ſeqq. CHRISTIANVS THOMASIVS in *Introduct. ad philoſ. aulicam*, Cap. I. §. XXXII. & in *Monathlichen Geſprächen*, Part. II. pag. 64. REALIS DE VIENNA in *diſcurſibus & dubiis in* CHRIST. THOMASII *introduct. ad philoſ. aul.* pag. 95. ſq. SCHVPPIVS *in ſeinem vnterrichteten Studenten* pag. 238. LVTHERVS denique, qui in *Tiſch-Reden* pag. 19. metaphyſicam grauibus inſectatus opprobriis. Reliquos, qui pedibus in ſententiam illorum eunt, ſcriptores congeſſi Cap. II. §. IV not. *v.* pag. 51.

*dibus, vituperationibus, itemque natura, pretio & cultu*, Gieſſae 1709. Io. GOTTLOB STOLTZE diſſ. *de quaeſito denuo excitato: an metaphyſica tantum pro Lexico philoſophico ſit habenda?* Witenb. 1693. V. C. Io. IACOB. SYRBII diſſ. *de philoſophia prima in priſtinum locum & honorem reſtituenda*, Ienae 1710. Legi de hoſtibus metaphyſices & genuino illius pretio cum fructu etiam poterunt, quae polyhiſtor celeberrimus, Io. FRANC. BVDDEVS in *Iſagoge ad Theologiam*, libri prioris Cap. IV. pag. 258. ſequ. erudite diſſeruit. De ARISTOTELIS *Metaphyſicorum libris* XII. autem GEORG. PASCHIVS *de inuentis nou-antiquis*, Cap. II. §. XII. pag. 41. ſequ. & de PETRI FONSECAE in illos *Commentariis*, Lugduni 1590. III. Tom. 4. Lege STOLLIVM excellentiſſimum *hiſt. erudit.* Tom. II. Cap. II. §. LIX. pag. 468. Conſulatur etiam b. IAC. THOMASII *hiſtoria variae fortunae, quam diſciplina metaphyſica, iam ſub Ariſtotele, iam ſub Scholaſticis, iam ſub recentibus experta eſt*, quam ſupra ad capitis huius §. I. commendauimus. ERNESTI SONERI *Commentarius in libros* XII. *Metaphyſicorum Ariſtotelis* prodiit cura Io. PAVL. FELLWINGERI, Altorf. 1657. & 1666. 4. (*u*) Ex recentioribus

(*u*) Inter interpretes librorum ARISTOTELIS τῶν μετὰ

ribus aeſtimabatur olim IOANNIS SCHARFII *metaphyſica exemplaris*, Wittebergae 1659. 8. Eiusdem *theoria tranſcendentalis metaphyſicae*, Wittebergae 1629. 8. (*v*) CLEMENTIS TIMPLERI *ſyſtema metaphyſices*, Francofurti 1590. 8. IACOBI THOMASII *erotemata metaphyſica*, Lipſ. 1705. 8. IOANNIS WEISII *metaphyſica*, Gieſſae 1669. 8. DANIELIS STAHLII *metaphyſica*, Ienae 1650. 8. VALENTINI VELTHEMII *metaphyſica* exemplis illuſtrata, Ien. 1680. 8. &, quae ex genuinis ſcholaſticorum principiis deducta eſt, IOANNIS PAVLI HEBENSTREITII *philoſophia prima ad mentem veterum ſapientum in modum ſcien-*

τὰ τὰ φυσικὰ dictorum, prae ceteris memorandus eſt IOANNES PHILOPONVS ex verſione FRANCISCI PATRICII; reliquos IOANNES ALBERTVS FABRICIVS *in biblioth graec* Lib. III. Cap. VI. §. XX. pag. 146. ſeqq. liſtit omnes. Recentiorum nomina in lucem reuocauimus Cap. II. §. VI. pag. 63. ſqq.

(*v*) Eiusdem *metaphyſica in tabulas redacta & breui exegeſi illuſtrata*, itidem Wittebergae exiit e prelo. BARTHOLOMAEI KECKERMANNI *metaphyſicam*, Hanouiae 1609. 8. CHRIS. OPH. HVNDESHAGEN *deciſiones metaphyſicas*, Ienae 1668. 4. & *palaeſtram diſputatoriam metaph.* ibidem 1670. 8. PETRI MVSAEI *inſtitutiones metaphyſicas*, quarum pars prior tantum prodiit, Rintel. 1656. 4. & Ienae 1685. 8. opera filiorum, cum annotationibus auctoris poſtumis, huic catalogo ſubtexere licet.

*ntiae vere demonſtratiuae concinnatae*, Ienae 5. 8. iterum excuſa. Wittebergenſes aeſti- nt ABRAHAMI CALOVII *metaphyſicam di- am*, Witteb. 1650. 4. & *gnoſtologiam*, quae in- opera eius philoſophica exſtat, vti Lipſien- Io. HENRICI PÖSEWITZII *metaphyſicam ologicam*, Lipſiae 1695. 8. impreſſam. *Specimen taphyſices biblicae* quoque dedit b. ZACHARIAS RAPIVS, Roſtoch. 1702. 4. *Metaphyſicam mplis theologicis illuſtratam* Io. ANDR. HMIDII, Hemſt. 1711. 8. edidit CORNEL. IET. KOCHIVS. *Inſtitutiones metaphyſicae rae* ſcripſit IVSTVS WESSELIVS RVM- EVS, Francof. 1712. 8. Plures recenſet . CHRIST. MATTH. PFAFFIVS, in *hiſt. ol. litter.* Lib. III. §. XII. pag. 404. Inter lemata Metaphyſices habenda eſt CHRI- IANI DREIERI *ſapientia*, ſeu *philoſophia ma*, ex Ariſtotele aliisque commentato- ous conſcripta, Regiomonti 1644. 4. quae acutam philoſophandi rationem in me- hyſicis aeſtimatur prae ceteris. Sunt aeterea CASPARIS EBELII *metaphyſica*, arpurgi 1618. 4. CORNELII MARTINI *taphyſica*, Ienae 1622. 8. IOANNIS CHRI- IANI HARTVNGI *metaphyſica iuridica*, nae 1692. 8. CHRISTOPHORI SCHEIB- ERI *opus metaphyſicum*, Marpurgi 1617. nec on 1658. 4. &, qui patres metaphyſices ha- bentur,

tur, PETRVS FONSECA in *commentariis* ſuis *in Ariſtotelis metaphyſicam*, & FRANCISCI SVAREZII *metaphyſicae diſputationes*, Mogunt. 1614. ll. Tom. fol.

## §. XI.

Fuere tamen, qui a methodo Ariſtotelica alieni, tale quid tentarent. Primus ſine dubio fuit THOMAS CAMPANELLA, cuius *metaphyſica* (*w*) prodiit Pariſiis 1638. fol. lll. Vol. in qua metaphyſices principia ſtatuit neceſſitatem, fatum, harmoniam. Vide, quae ipſe de Codice ſuo metaphyſico, quem philoſophorum biblia, ſapientiam ſcientiarum, reſolutionem omnium quaeſtionum, philoſophiam vniuerſalem, & quid non? iactanter appellat, dicat in tr. de *libris propriis* pag. 20. & adde cel. E. S. CYPRIANI *vitam Campanellae* pag. 120. edit. recentiſſ. *Acta philoſ.* Part. lll. Num. Vll. pag. 558. (*x*) &

(*w*) Sub titulo: *Vniuerſalis philoſophiae, ſeu metaphyſicarum rerum iuxta propria dogmata* Partes lll. Libri XllX.

(*x*) MORHOF. *polyhiſt.* Tom. ll. Lib. V. §. Vll. pag. 479. euolui poteſt. Ceterum inter rariora litterarum monimenta inedita LEIBNIZII, exſtitit quoque CAMPANELLAE *Monarchia Meſſiae*, MSc. nondum typis impreſſum, de quo IOACH. FRID.

& doctiſſimi SYRBII diſſ. *de philoſophia prima* §. XVIII - XXIII. vbi ſimul de Io. LVD. VIVIS, BACONIS DE VERVLAMIO, HENR. MORI, PETRI POIRETI, REN. CARTESII, (*y*) ARNOLDI GEVLINXII aliorumque (*z*) conatibus metaphyſicis erudite diſputatur. De *enchiridio metaphyſico* HENRICI MORI ſupra iam Cap. II. §. XII. dictum eſt. (*a*) Prodiit illud ſeparatim Londini 1674. 4. titulo: *ſuccinctae diſſert. de rebus incorporeis.*

FRID. FELLERVS in praefat. *Otio Hannouerano* praemiſſa, egit pluribus, LEIBNIZII *epiſtolae iunctim editae*, Lipſ. 1734. pag. 255. idem loquuntur.

(*y*) RENATI CARTESII *meditationes de philoſophia prima*, Amſtel. 1641. 1663. 1668. 4. emiſſae in lucem ſunt. De reliquis, quorum gloria in hac diſciplina nec vires ab aeuo nec incrementum ab annis cepit, egimus ſupra breuiter & carptim.

(*z*) THOMAS HOBBESIVS ſeriei narrationis huius adſcribatur omnino, qui *philoſophiam primam* Part. II. Sect. I. *elementorum philoſophicorum* protulit, & multa, de cauſſa atque effectu, de corpore atque affectionibus eiusdem, de potentia, actu, eodem, diuerſo, quantitate, analogia, recto, curuo, angulis, figuris, aliis, vtilia ſcitu tradidit poſteris. Meſſem vero exiguam reportauit EILHARDI LVBINI ὑποφωσινος, ſeu *phosphorus de prima cauſſa & natura mali*, in quo duobus principiis coaeternis conſtitutis, *Deus* fons boni, *nihilum* autem mali ſcaturigo pronunciatur.

(*a*) Vid. MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Cap. XII. §. 9. pag. 227. ſeq.

*poreis.* De CAROLI FRANCISCI D'ABRA DE RACONIS *Metaphyſique Françoiſe ample & exacte, à Paris* 1624. qui terminos metaphyſicos in vernaculam ſuam omnes transtulit; de IOANNIS item CARAMVELIS A LOBKOWITZ ridiculis in hac diſciplina nouisque plane conaminibus, in libro λεπτοτατα, ſeu *noua dialectus metaphyſica,* expoſitis Vigleuani 1681. fol. praeter alios prolixe egit PASCHIVS l. c. §. XV. pag. 49. ſequ. & ſumme reuerendus VAL. ERN. LOESCHERVS *de cauſſis Ebr. linguae* pag. 139. (*b*) Legendus etiam ANDR. BAILLET in *Iugemens des Sçavans*, Tom. III. pag. 110. Recentior eſt IO. CLAVBERGII *ontoſophia noua a Io. Henr. Suicero* edita, (*c*) & IOANNIS CLERICI *ontologia & pneumatica*, Amſtelodami 1692. 8. Quibus addi poſſe videtur ERHARDI WEIGELII *metaphyſica panſophica*, Ienae 1673. 8. & quae cel. RVDIGERVS habet in *Inſtit. erudit.* Libro II. tractatu primo. Eam paucis tantum paginis in *philoſophia* ſua *inſtrumentali* abſoluit IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS. (*d*) IOANNIS IACOBI SYRBII *In-*

(*b*) Vid. *Act. Erud.* A. 1683. pag. 532. REIMANNVS l. c. Vol. IV. pag. 54.

(*c*) Ordinis ratio imperauit, vt Claubergii ſcripta haec Cap. II. §. XV. not. a. pag. 120. exponerem.

(*d*) Quid de Buddeo ſentiendum ſit, indicatur Cap. II. §. XVII. pag. 125. ſeqq.

*titutiones philoſophiae primae nouae & eclecti-*
, quarum *ſynopſin* antea vulgarat, lenae
0. & 1726. 8. eiusdem ferme notae ſunt, &
ieter theologiam philoſophicam, omnis
ditionis fundamenta, principia atque
thodum ex ipſius hominis conſideratione
iuata continent; Metaphyſicam item, ſiue
loſophiam occultam, & Ontologiam de-
ue, ſeu terminorum philoſophicorum v-
tiorum explicationem complectuntur.
ge cel. BVDDEI *Iſagogen* Libr. prioris
p. IV. pag. 261. (*e*)

§. XII.

De PETRO RAMO hic differendi forſan locus quoque fuiſſet auctori; qui quidem Metaphyſicam, voce pro Ontologia ſumta, coniunxit cum logica; cuius exemplum IOANNES CONRADVS DANNHAVERVS ſecutus eſt. Et profecto prima Ontologiae veſtibula & fundamenta, quibus ſuffulti, Logicae ſublimiora ſcita ſuſtentare poſſumus, praemittenda ſunt, id quod ab aliis nonnullis obſeruatum quoque eſt philoſophis. Inter Anglos, eosque recentiores, huc pertinet is, qui concinnauit librum ſ. t.: *Philoſophical Eſſays on various ſubjects, viz., Space, Subſtance, Body, Spirit, the operations of the Soul in union with the Body, innate Ideas, perpetual Conſciouſneſs, Place and Motion of Spirits, the departing ſoul, the Reſurrection of the Body, the Production and Operation of Plants and Animals; with ſome Remarcks on Mr.* LOCKS *Eſſay on the human Vnderſtanding.* To which is ſubjoined a brief Sheme of Ontology, *or the ſcience of Beings*

## §. XII.

Inanis verborum aucupatrix, quae multis antea Metaphyſica videbatur, noſtra praeſertim aetate, apud multos in tanto eſt pretio; vt ex laudationibus, quas in muſaeis noſtris concipimus, nulla ei fieri poſſit acceſſio. Scholaſticorum, horumque operoſorum aſſeclarum, vagae, obſcurae, detortae notiones, intra quas, tamquam latibulum aliquod ſe receperunt, tum etiam, quando euidentiam & certitudinem prae ſe ferebant, clara clariorem; quantum taedium pepererint, experti norunt. (*f*) Sermo itaque nobis tantum eſt, de LEIBNIZII & WOLFII ſubacta huic diſciplinae data opera. Infuſa iſta barbaries orbem litterarium longe lateque inuaſtarat, donec laudati Duumuiri, inflammato rapti deſiderio ad optima quaeuis, obfirmatoque in ferream diligentiam animo, calles inuios nec vllius ante veſtigiis tritos, ingreſſi, nouum plane Metaphyſicae ſyſtema, praeclaris auſpiciis elaborarunt. Leibnizius quidem numeros ſuos abunde im-

*in general with its affections.* Editio ſecunda 1734. in 8. eſt publicata.

(*f*) Quae egregie cordatus philoſophus, DANIEL MAICHELIVS in diſſ. de natura atque indole ſtudii metaphyſici edit. Tubingae 1728. in 4. diſputauit, ad animum reuocanda nobis ſunt.

pleuit libro, dicto: *Eſſai de la Theodicée la bonté de Dieu, la liberté de l'homme & igine du mal*, Amſtelodami 1710. in 8. conipto. (*g*) Naturalis Theologiae, cuius ctores pede incerto, ſusque deque alias pe vagantur, ſublimiora capita, in eo ɔpoſita reperimus, methodo clara, natui, facili, certa atque iucunda, vt & prinioriumrectitudinem, vnde citra moroſam uiſitionem depromantur explicationes. ieterea BAELII quae multorum perinxerunt animos, dubia, contra momenti ximi veritates, ibidem argute profligata e a noſtro, non eſt qui neſcit vllus. Vt ro partes ſuas eo adminiſtraret rectius, ac i O. M. eſſentiam materiae expertem deonſtraret, cumulateque Baelio faceret ſa, *Monadologiam*, (*h*) ſeu de entibus ſimplicibus

Impreſſus hic liber gallice Amſtelodami etiam eſt 1712. 1714. 1720. 1734. Latine 1716. Coloniae. Germanice 1720. cui verſioni vita Leibnizii a Fontenellio politiſſimo concinnata, praefixa eſt, vti Gallicae editioni 1734 typis exſcriptae Neufvillius biographiam praemiſit. Emendatior autem germanica translatio prodiit 1726. & deinde 1735.

Monadologiam 1713. auctiorem quidem, quam in Theodicea continetur, ſed ad vmbilicum & vltimam perfectionem nondum perductam, editam inſertamque *Europe Savante* Menſ. Novembr.

bus doctrinam adiecit vir ſagaciſſimus. Singulas autem ſeorſim, & omnes iunctim, ordine connexo atque apto, veritates, maxima ex parte nouas, quibus vniuerſalis ſcientia, eaque princeps totius cognitionis noſtrae efficitur, primus concinnauit WOLFIVS. (*i*) Primus, inquam, Wolfius proſpere ad ſcientiae culmen in Metaphyſica aſcendit, & Mathematicorum excellentiſſimorum exempla imitatus, certitudinis atque euidentiae regulis adligauit omnia; diuulgatis *vernünfftige Gedancken von Gott, der Welt, vnd der Seele des Menſchen, auch allen Dingen überhaupt.* 1720. in 8. Francofurti & Lipſiae. (*k*) Quem librum infinitos homines ſtatim exoſculatos eſſe; inuidiam autem aduerſarios etiam auctori illuſtri conſciuiſſe, dente plus quam canino arrodentes & lacerantes, quis eſt qui neſciat? Fu-

MDCCXVIII. Artic. VI. inuenimus ſ. t. *Principes de la Nature & de la Grace, fondez en Raiſon, par feu Mr. le Baron de Leibnitz.* Vid. Supplem. Act. Erud. Tom. VIII. Sect. XI. pag. 500. ſeqq. in quibus latine legitur. Anno autem ſeculi huius viceſimo ab HENRICO KOEHLERO, cuius vt iucundus olim amor, ita nunc funeſta nobis eſt memoria, in Germanorum vernaculam translata.

(*i*) WOLFII merita iam nonnihil adumbraui Cap. II. §. XVII. pag. 126. ſeqq. & Cap. IV. §. VI.

(*k*) Secunda editio 1721. tertia 1725. quarta 1729. quinta 1733. ſexta 1736. prodiit.

Fugit lites,& deteſtatus eſt contentiones inutiles ſemper Wolfius, nec tempus, tamquam in repurgando Augiae bubili, male collocauit, ſed potius veritatem nouis comprobauit illuſtrauitque rationibus. Id ipſum cumprimis libro cui titulus: *Anmerckungen über die vernünfftige Gedancken von Gott, der Welt vnd der Seele des Menſchen, auch allen Dingen überhaupt, zu beſſerem Verſtande vnd bequemern Gebrauch deſſelben herausgegeben*, Francofurti ad Moenum in 8. 1724. (*l*) prouiſum eſt. Nos iam in neminem arma ſtringimus, ſed ita enarramus metaphyſica ſcripta, vt modeſtiores quam par eſſet ac religioſiores nos fuiſſe, vel hoſtes ipſi Wolfii noſtri fateantur. Damnamus haud vllum, nec eos, qui probra meditate effundunt in omnes, qui eius merita faciunt magni; licet inter hos nomen noſtrum dudum fuerimus profeſſi. Maieſtate ſupercilii horrorem quidem non incutiunt, qui flocci pendent Philoſophi iſtius ſcita, atque ſemicrudi cuiusdam doctoris, ſeu propria placita, non ſine ſtrepitu & clamore in publicum propellunt: ſed ſemel incitatum ingenium quum praeceps ferri ſoleat, mitiganda eſt potius iſtius-

(*l*) Nec non ibidem 1727. & 1733.

iſtiusmodi animi aegritudo, quam acri dolore exſtimulanda. Rident alii nouaturientem philoſophum; rideant, pace mea, ad inſtar phreneticorum, qui tum rident, quum grauiſſime morbo adflictantur. Sed ab enarratione controuerſiarum huc ſpectantium, legitimam ſuperſedendi habemus occaſionem. Otium videlicet fecit nobis celeberrimus vir, CAROLVS GVNTHERVS LVDOVICI Cap. XIV. pag. 177. ſqq. in *Ausführlichen Entwurff einer vollſtändigen Hiſtorie der Wolffiſchen Philoſophie zum Gebrauch ſeiner Zuhörer herausgegeben.* (*ll*) & doctiſſimus GEORGIVS VOLCMARVS HARTMANNVS Sect. II. P II. Cap. V. pag. 830 - 1081. *der Anleitung zur Hiſtorie der Leibnitziſch-Wolffiſchen Philoſophie* &c. Quibus igitur diſcuſſis ab aliis, delabimur ſtatim ad reliqua Metaphyſicam explanantia ſcripta, quae Wolfio debemus. Quamuis immenſa fuerit aduerſariorum huius viri multitudo, & ita maxima ex parte prodierint, vt Wolfii philoſophiam non legiſſe, ſed in eius perniciem conſpiraſſe cre-

(*ll*) De editionibus operis huius ad Cap. II. §. XVII. pag. 126. recurrere poteſt, cui aliquid memoriae eſt ſubductum. Diligentia ſingulari, qua vinci non patitur excellentiſſimus Ludouici, diuulgauit etiam alias collectiones huc ſpectantes, quae in omnium verſantur manibus.

edas; aequa tamen mente, & tenaci virte, ac pari animi acie, ſingulas Metaphyſie diſciplinas, tantis acceſſionibus adauxit, quomodo tantis laboribus, (non dicam innumeris aliis ſcriptis) ſufficere potuerit ius homo, legentem ſubeat admiratio. Ex nimirum formae quadruplicatae tomos, gentis admodum molis, latine litteris nſignatos, Metaphyſicam vnice compleentes, emiſit in lucem. *Philoſophia Prima,* ue *Ontologia methodo ſcientifica pertractata, qua nis cognitionis humanae principia continentur,* ancofurti & Lipſiae 1730. impreſſa, (*n*) pri-

) Et 1735. tam ibidem, quam Veronae recuſa 1737. conf. *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen* 1737 N. LXXX. p. 707. Id autem ſibi propoſuit hoc opere vir illuſtris, vt quaereret notiones diſtinctas cum entis in genere, tum eorum, quae ipſi conueniunt praedicatorum, atque ex iſtis ideis propoſitiones eliceret determinatas, quas ſolas ratiociniis formandis inſeruire, ex Logicae praeceptis abunde conſtat; vt denique in demonſtrandis propoſitionibus non admitteret principia, niſi in antecedentibus ſtabilita. Atque ſic tandem enatum eſt opus egregium: adſeruatus tamen in eodem eſt ſcholae ordo, quantum licuit; vnde factum eſt, vt ſubinde vſus fuerit terminis nondum explicatis, quod, etſi methodi demonſtratiuae legibus aduerſari videatur, ſine vllo tamen periculo fieri potuit, quod per notiones claras, etſi confuſas, vulgo obuias intelliguntur; notiones autem earum diſtinctae, antequam in medium afferuntur, demonſtrationem nullam inſtar principii ingrediuntur.

primum tenet locum. Hanc excepit *Cosmologia Generalis, methodo ſcientifica pertractata, qua ad ſolidam, inprimis Dei atque naturae, cognitionem via ſternitur*, Francofurti & Lipſiae 1731. (*nn*) Sequenti autem anno luculentiſſimus pariter ac grauiſſimus auctor *Pſychologiam Empiricam methodo ſcientifica pertractatam, qua ea, quae de anima humana indubia experientiae fide conſtant, continentur, & ad ſolidam vniuerſae philoſophiae practicae ac theologiae naturalis tractationem via ſternitur*, Francofurti & Lipſiae prelo ſubiecit, (*o*) Hanc *Pſychologia Ra-*

(*nn*) Coſmologiae vniuerſalis ſeu tranſcendentalis nomen, ante Wolfium plane inauditum fuit, neque tamen vano conſilio eam fecit ſecundam Metaphyſicae partem, quum vſus eius in Theologia Naturali, Pſychologia, Phyſica & Matheſi ſit ampliſſimus. In Theologia enim Naturali Deum exiſtere, ex principiis Coſmologicis dilucide demonſtratur. Atque ita in aliis diſciplinis inde efficiuntur concluſiones bene multae. Quemadmodum vero in Ontologia ea traduntur, quae enti in genere ſpectato conueniunt, ita praedicata illa entis abſtracta in Coſmologia generatim conſiderata, ad mundum adplicantur.

(*o*) Empiricam adpellare ſueuit hanc diſciplinam; quia de anima exponit, quae experientiae ope addiſcuntur, eruendo notiones ex iis, quae in nobiſmet ipſis obſeruamus. Explicantur ibidem animae humanae ſingulae facultates, quibus vtimur tum in rebus cognoſcendis, tum in rebus gerendis, tum in actionibus liberum determinandis. Non alia profecto cauſſa eſt quo-

*ationalis methodo ſcientifica pertractata, qua ea, uae de anima humana indubia experientiae fide noteſcunt, per eſſentiam & naturam animae exicantur, & ad intimiorem naturae eiusque auoris cognitionem profutura proponuntur;* anno culi huius triceſimo quarto Francofurti & ipſiae inſecuta eſt. (*oo*) Quo facto *Theoloae Naturalis methodo ſcientifica pertractatae ars Prior, integrum ſyſtema complectens, qua exi-*

quod adhuc philoſophi, virtutum ac morum diſciplinas ad artis perfectam formam non redegerint, quam quod minime perſpexerint, quomodo per leges, quas ſequuntur animae vires, eaedem arbitrio noſtro ſubiiciantur, earundemque vſu actiones liberae eo dirigantur, quo tendere debent, vt adeo ſingulorum actuum demonſtrationes atque directiones per conſtantes quasdam leges, non minus rationali & perſpicuo modo explicentur, & ex natura animae a priori deducantur, quam in Phyſica actiones corporum, ac pendentes inde mutationes in vniuerſo hodie explanari ſolent. v. Praefatio auctoris pag. 4.

(*o*) Veronae iterum impreſſa 1737. vid. *Neue Zeitungen von Gelehrten Sachen* A. 1738. Num. V. pag. 36. In ea ratio redditur eorum, quae in Pſychologia empirica condocentur. Inquirit nempe vir ſummus in eſſentiam & naturam animi, vt conſtaret, vnde intelligatur, quaeque in illum cadere poſſint. Id ipſum in vi illa, qua vniuerſum ſibi repraeſentat, deprehendit, hanc altius ſcrutatus, exinde plane omnes actus, qui quidem innumeri ſunt, ratiociniorum perpetua colligit ſerie.

*exiſtentia & attributa Dei a poſteriori demonſtrantur*, Francofurti & Lipſiae (*p*) 1736. e prelo exiit; cui non ſine numinis benigniſſimi prouidentia mirabili, *Theologiae Naturalis, methodo ſcientifica pertractatae Pars Poſterior, qua exiſtentia & attributa Dei ex notione entis perfectiſſimi & natura animae demonſtrantur, & Atheiſmi, Deiſmi, Fataliſmi, Naturaliſmi, Spinoſiſmi, aliorumque de Deo errorum fundamenta ſubuertuntur*, Francofurti & Lipſiae 1737. nexa fuit. (*q*)

## §. XIII.

Ex Wolfii foecundiſſima illa doctrina, fontes vberes & flumina, vt ſic loquar, in ſe atque alios, deriuauere complures. Quae ſingula partitim cognitu vtiliſſima ſunt, & iu-

(*p*) Veronae 1738. etiam prodiit. Demonſtrata *Entis a ſe* exiſtentia, ex eius attributis oſtenditur, nec mundum materialem, nec elementa rerum corporearum, nec animas eſſe a ſe, ſed ens plane ab iis diuerſum, cui ea inſunt attributa, ex quibus ratio ſufficiens contingentis exiſtentiae caeterorum omnium concipi poteſt. A poſteriori autem, vti in ſchola loqui amant, euicit auctor has veritates, id eſt, mundum hunc & animas noſtras exiſtere finxit, atque ex hac hypotheſi Deum O. M. eſſe demonſtrauit.

(*q*) Ex contemplatione animae humanae, & definitione ipſa de Deo hic ſubducuntur rationes. Ex mente quidem Wolfii opus non eſt, vnam eandemque veritatem pluribus modis probari, quum vna, ſi

iucundiſſima, collecta reperiuntur in *Dilucidationibus Philoſophicis de Deo, Anima humana, Mundo, & generalibus rerum Affectionibus* GEORGII BERNHARDI BÜLFFINGERI, Tubingae 1725. in 4. typis exſcriptis. (*qq*) Non ſtrenue ſolum & grauiter Wolfii metaphyſicae cogitationes in iis vindicatae, ſed in ordinem etiam perſpicuum, concinnum, naturalem, hoc eſt, optimum, comexae ſunt omnes. Voces ſingulae diſtincte explicatae, effata quaelibet probata, & prout methodi mathematicae leges id requirunt, vinculo commiſſa arctiſſimo cuncta. Quanta eruditione, quanta perſpicacia, quanta modeſtia, quanto candore, hac in palaeſtra fuerit verſatus illuſtris vir, ſentire facilius, quam dicere eſt. Quae BAELIVS olim de *Ferrando* in *Nouvelles de la Republique des Lettres* A. 1685. menſe Iul. pag. 809. ſq. dulciſſime ſcribit, iure meritoque Bül-

ſi rite ſeſe habeat demonſtratio, aſſenſui extorquendo ſufficiat; non tamen inconſultum eſt, Dei exiſtentiam cum eius attributis, variis adſtruere argumentis; eo magis, quoniam multa altero modo facile eluceſcunt, altero minus.

[*qq*] *De reductione Philoſophiae*, ſpeciatim logicae, metaphyſicae, & moralium diſciplinarum, *oratio*, recitata, quum Tubingenſibus muſis valediceret, ad academiam ſcientiarum Petropolitanam euocatus, eſt ſubiuncta, vt & *oratio de methodo docendi in ſcholis illuſtribus diſciplinas morales & mathematicas, quae inſtituto eius generis collegiorum quam proxime accedit.*

Bülfingero tribui poſſunt. (*r*) En verba: *Il écrit avec une ſi grande moderation, qu'il craint de ſe ſervir d'un mot trop rude, lors qu'il dit aux gens, qu'il ſe trompent. Cependant il ne blame point ceux, qui font mourir les hérétiques. A la verité, il trouve plus raiſonnable, de ne point pouſſer la ſeverité jusques-là, mais enfin il déclare nettement, que comme il croit, qu'il eſt permis, de punir les hérétiques du dernier ſupplice, il ne condamne pas ceux, qui les y livrent.* Eundem campum nactus Io. NICOLAVS FROBESIVS, & doctiſſimus & politiſſimus, in omnes Metaphyſicae diſciplinas laetiſſimo excurrit impetu, *Delineatione Syſtematis Metaphyſici Wolfiani* 1729. emiſſa in lucem; paullo poſt, anno ſcilicet 1734. quum fauſto ſidere omne ſyſtema Wolfii deſcriberet, recuſa. (*s*) Quidquid aut ad perſpicuitatem facit, aut ad ſolidam maſculamque rerum cognitionem, ſectatus etiam eſt Io. PETRVS REVSCHIVS, cuius *Syſtema Metaphyſicum antiquiorum atque recentiorum, item propria dogmata & hypotheſes exhibens*, edit. Ienae 1735, in 8. in cenſum hunc reponendum eſt quam maxime. Ipſe auctor excellentiſſimus, cuius laudibus beneuole adplaudunt cuncti, profitetur ingenue, (*t*)

(*r*) Vid. Praefatio Bülfingeri pag. 3.

(*s*) Repetantur Cap. II. §. XVIII. pag. 134. hanc in rem diſputata.

(*t*) Wolfii ſcripta metaphyſica latina ſe in compendio exhibuiſſe. Veritates praeterea aliorum philoſophorum, quae cum principiis illis ſemel firmatis in concordiam coire, & Wolfiano ſyſtemati aptari potuerunt, non tralatitia, ſed incredibili opera adiecit. (*u*) WOLFII doctrinam Metaphyſicam adumbraſſe etiam eum, qui ſub nomine SINCERVS AMATOR VERITATIS latet, conſtat; etenim *ſuccinctas meditationes de exiſtentia Dei, origine mali, fundamentis Iuris Naturae* &c. 1724. imprimi curauit. Maculas varias libro huic inurunt quidam, (*v*) quo iure autem quaue iniuria, iam non diſputo, quoniam nunquam opus illud ad manus venit noſtras. Quilibet autem facile

(*t*) In praefat. pag. 6.

(*u*) Sub finem operis *Pneumatica hypothetica* legitur, ſeu coniecturae, quibus ſpirituum operationes variaeque mutationes eorum explanantur Probe vero noſter obſeruat, ſe veritatem iſtarum nec defendere nec impugnare, ſed potius aliis permittere inquirendam emendandamque. Haec delibaſſe ſufficiat.

[*v*] Prae ceteris editor libelli, cui titulus: *Neceſſarium additamentum ad ſcripteris cuiusdam anonymi ſuccinctas meditationes* &c. *quo nebulae, quibus minus felix meditatio grauiſſima quaedam & ſanae rationis & ſanctiſſimae religionis dogmata inuoluit, diſpelluntur, & quae vera ſunt, denuo e tenebris in lucem reuocantur*, Lipſiae 1724. 4. in eo eſt, vt conficiat iſtius cogitata.

le diuinauerit, M. Io. LIBORIVM ZIMMERMANNVM ex WOLFII fontibus hausiſſe, indeque promanaſſe eius *Natürliche Erkentniß Gottes, der Welt vnd des Menſchen, nebſt andern dahin gehörigen Wahrheiten, welche die Grund-Saetze aller wahren Gelehrſamkeit, fürnehmlich der Welt-Weißheit in ſich enthalten, in deutlichen Erklaerungen vnd gründlichen Demonſtrationen, nach beſtaendigen Zuſammenhange vnd natürlicher Ordnung verfaſſet, vnd zum Gebrauch auf Begehren ſeiner Herren Zuhörer dem Druck übergeben*, lenae 1729. 8. Quamquam non raro mentem Wolfii vel minus intellexerit, vel intellectam corruperit, & in cogitando nondum ſatis exercitatorum animis, opinionum figmenta ſuggerere ſit adniſus. Infeſta hinc ſigna cogitationibus Wolfii de moralitate actionum humanarum, aliisque intulit, ſed marte aduerſo dimicauit ſemper; hac de re alibi fuſius. Potiori iure addimus clariſſimi Io. FRIDERICI BAVMEISTERI *Inſtitutiones Metaphyſicas, Ontologiam, Cosmologiam, Pſychologiam, Theologiam denique Naturalem complexas, Methodo Wolfii adornatas*, Wittebergae 1738. 8. excuſas, lectoribusque noſtris multis nominibus commendandas. (*w*)

§. XIV.

[*w*] Vid. Sectio VIII. Tomi III. Supplem. ad noua Acta Erud. N. X.

## §. XIV.

Scriptores *Hermeneutici* ex Ariſtotelicorum ſententia referendi ſunt ad Logicos. Ipſe Ariſtoteles περι ερμηνειας egit, qui quinque ſectionibus abſoluitur exiguae molis libellus. Vbi vero nihil occurrit, quam doctrina de nomine & verbo, de affirmatione & negatione, tandemque de enunciatione. Quae omnia, etſi nec ad intelligendos ſcriptores, nec ad indagandas alius generis veritates multum valeant, magno tamen applauſu recepta ſunt ab eius ſectatoribus, & in omnibus libellis logicis ad nauſeam vsque inculcantur. Eruditorum de Ariſtotelis libro iudicia & cenſuras exhibuit Io. ALBERT. FABRICIVS *Bibl. Graec.* Libr. III. Cap. VI. pag. 111. Equidem cenſuras illas inde plurimum exortas eſſe, quod ſenſum huius vocis non recte ceperint eruditi fere omnes, & *interpretationem* interpretati fuerint, quae per *elocutionem* reddi debuiſſet, ſolide euicit cel. HEVMANNVS in *Poecile* Tom. II. Lib. I. Epiſt. I. pag. 6. ſequ. adeoque, inmerito ab illis taxatum fuiſſe *Stagiritam*, oſtendit, quippe qui neutiquam, quod illi volunt, regulas interpretandi dare voluit, ſed *de elocutione logica* differere. Inuenti tamen quoque ſunt, qui dictum Ariſtotelis librum, mira quaſi my-

myſteria in receſſu habentem, operoſis commentariis illuſtrarunt. E quibus praeſtantiores putantur MICHAEL PSELLVS in *paraphraſi* in dictum librum, Venetiis 1503. 4. Lipſiae 1506. 4. THOMAS AQVINAS *in Commentario ad librum περι ερμηνειας, & poſteriora analyticorum*, Pariſiis 1646. fol. ALPHONSVS BAROVIVS *in librum Ariſtotelis de interpretatione*, Venetiis 1569. fol. ANICIVS SEVERINVS BOETIVS *in iſagogen Porphyrii in categorias & librum de interpretatione*, Venetiis 1491. f. Prae omnibus vero laudatur IACOBVS SCHEGKIVS, qui commentarium ſuum in dictum librum aliosque Ariſtotelis vulgauit Tubingae 1570. f. & CORN. MARTINI *Commentarius in Ariſtot. de interpr.* Helmſtadii 1594. 4. (*x*) Sed, quemadmodum hi omnes interpretandi rationem parum adiuuant, ita maiorem hac in parte laudem merentur IOANNES LVDOVICVS VIVES, (*y*) in *ratione ſtudendi ac legendi*

(*x*) Huc pertinet etiam FORTVNATVS CRELLIVS in *Iſagoge logica*, IOANNES NELDELIVS *de vſu organi Ariſtotelici*, MICHAEL PICCARTVS in *organo Ariſtotelico in quaeſtiones & reſponſiones redacto.*

(*y*) IOANNES LVDOVICVS VIVES & LAVRENTIVS VALLA, duumviri illi, ſummum meruere nomen, quia antiquiorum Logicam ludibrio lae-

*endi interpretandique auctores*; quae edita eſt iguri 1562. 8. LAVRENTIVS HVMFREDVS *ratione interpretandi auctores*, Baſileae 1559. IOANNES CONRADVS DANNHAVERVS *idea boni interpretis, & malitioſi calumniato-*, Argentorati 1670. 8. PETRVS DANIELVETIVS in libris duobus *de interpretatione*, orum prior eſt *de optimo genere interpretan-* poſterior *de claris interpretibus*, Pariſiis 51. 4. & Stadae 1680. 8. Egregium eſt iptum IOANNIS CLERICI *de arte Critica*, od prodiit Amſtelodami 1700. & 1712. 8. ſtat etiam editio Londinenſis & Lipſienſis 12. 8. in quo potiſſimum occupatus eſt, vt ceat, qua ratione veri ſcriptores a ſuppo-itiis poſſint diſtingui, & regulas quasdam ermeneuticas praeſcribit. Promulſidis 20 praemiſerat auctor celeberrimus *Regles Critique pour l'intelligence des anciens auteurs*, omo X. *bibliothecae vniuerſalis* pag. 309 - 378. ANNIS HENRICI ERNESTI *compendium rmeneuticae profanae, ſeu de legendis ſcriptoris profanis praecepta nonnulla*, prodierunt pſiae 1699. 12. quod ob breuitatem & perſpi-

laeſere, atque ita fundamenta recentioris rationalis philoſophiae poſuerunt; ille hoc praeſtitit in opere *de corrupta dialectica*, hic in *diſputationibus dialecticis*. Vid. RYSSEL in *ſupplement. ad* VOSSIVM *de ſectis philoſ.* pag. 177. ſqq.

ſpicuitatem commendatur. Neque minorem laudem meretur IOANNIS A FELDEN tractatus *de ſcientia interpretandi, tum in genere omnes alias orationes, tum in ſpecie leges Romanas*, Helmſtadii 1689. 4. ab illuſtri THOMASIO *in den Monath. Geſpraechen* 1698. menſ. Decembr. pag. 1017. ſequ. inſigni elogio mactatus. Adde & IOANN. GOTTL. MEISTERI diſſ. *de interpretatione*, Lipſiae 1691. Huc facit etiam IOANNES CLAVBERGIVS in parte tertia Logicae, & CHRISTIANVS THOMASIVS in Logica ſua, aliique ſcriptores, quorum aliquos in *praefatione* ad GVARINI tractatum *de modo docendi & diſcendi ſimul* adduximus. Vt taceam illos, qui *de lingua vniuerſali*, quale ſpecimen in *collegio* ſuo *curioſo* propoſuit STVRMIVS, vel *alphabeto naturae* egerunt, vti FRANCISCVS MERCVRIVS HELMONTIVS in *Alphabeti verè naturalis Ebraici delineatione*, Solisbaci 1657. 12. & *germanice* ibidem 1667. 12. confer MORHOFIVM *Polyhiſt.* Tom. I. Libr. IV. Cap. III. §. 1. & STOLLIVM *hiſt. erudit.* Tom. I. Cap. II. §. VIII. pag. 79. (z) Huc facit etiam GVILIEL-

(z) His iungendus eſt CASP. NEVMANNVS in libro d. cto: *Clauis domus Heber.* Lege de hoc argumento: *bigam difficultatum phyſico-ſacrarum gemmis, Vrim & Tummim dictis, & de cibo Samariae obſeſſae*, ad LEIBNIZIVM ſcriptam, edit. 17[illegible].

ILMI POSTELLI *alphabetum*, introdu-
nem & legendi modum linguarum XII.
racteribus differentium continens, Pari-
1538. 4. licet haec ingenioſa magis ſint,
m vtilia. Vide THOMAE ITTIGII *opuſ-*
a cel. CHRISTIANO LVDOVICI, Lipſ.
8. edita, vbi quarto loco b. viri diſſ. *de*
*lielmo Poſtello*, pag. 235 - 315. legitur, quae
endari augerique poterit ex illis, quae in
*moires litteraires de Mr.* SALLENGRE, Tom.
iſe *de Poſtello* diſſeruntur.

1707. vid. etiam WOLFII illuſtris *Pſychologia Empirica*, §. 303. edit. Latin. quae prodiit Halae Saxonum 1732. 4. Conf. etiam M. G. BVCHNERI duas epiſtolas *contra hieroglyphicam vocum Ebraearum ſignificationem*, quas inſeruit FRANCISCVS WOKENIVS *bibliothecae theologico - philologico - philoſophico - hiſtoricae*, Tom. I. Part. III. Num. I. edit. Wittebergae 1733.

# CAPVT QVINTVM

DE

# SCRIPTORIBVS

## PHYSICIS, THEOLOGIAE NATVRALIS, ET PNEVMATICIS.

§. I. *Qui de physicis scriptoribus egerint.* §. II. *Antiquiores scriptores physici.* §. III. *Scriptores physicae Aristotelicae.* §. IV. *Scriptores physicae Cartesianae & aliorum naturalis philosophiae auctorum.* §. V. *Scriptores physicae Epicureae.* §. VI. *Scriptores physicae eclecticae.* §. VII. *De Physica Wolfii.* §. VIII. *Scriptores, qui per sola experimenta naturalem philosophiam illustrant.* §. IX. *Scriptores physicae Hermeticae.* §. X. *Scriptores physicae diuinae, Mosaicae & Christianae.* §. XI. *Scriptores de anima.* §. XII. *Scriptores de homine.* §. XIII. *Scriptores de animalibus, piscibus, & insectis.* §. XIV. *Scriptores de plantis.* §. XV. *Scriptores de caelo, aethere & terra.* §. XVI. *Scriptores de luce & meteoris.* §. XVII. *Scriptores de mari, fluuiis & montibus.* §. XVIII. *Scriptores de metallis.* §. XIX. *Scriptores de magnete & virgula diuinatoria.* §. XX. *Scriptores ephe-*

*me-*

*meridum curioſarum.* §. XXI. *Scriptores de muſeis curioſis.* §. XXII. *Scriptores pneumatici.* §. XXIII. *Scriptores de Theologia gentilium generales.* §. XXIV. *Scriptores ſpeciales.* §. XXV. *Scriptores theologiae naturalis Scholaſtici.* §. XXVI. *Recentiores Scriptores.* §. XXVII. *Anti-Atheiſtici.*

## §. I.

Inter hiſtoriae phyſicae ſcriptores (*a*) primo loco commendandus eſt DANIELIS GEOR-

*a*) De *Scriptoribus* hiſtoriae phyſicae conf. REIMANNI *hiſtor. litter. german.* Vol. I. pag. 61. & 299. ſqq. Vol. II. pag. 160. ſeqq. 305. ſeqq. Vol. III. pag. 471. ſeqq. Vol. V. p. 793. ſeqq. BVDDEI *philoſ. theoret.* Part. I. Cap. I. RÜDIGERVS in *phyſica diuina* Lib. I. Cap. I. Sect. I. De *methodo philoſophandi in rebus phyſicis* oratio Praeſulis reuerendi FRANCISCI BIANCHINI, excuſa Veronae 1687. & inſerta *Giornale di Parma* 1687. De *praeſtantia phyſicae* vid. RVARDI ANDALAE oratio inauguralis *de phyſicae praeſtantia, vtilitate, & iucunditate*, Franequerae 1701. fol. HERMANNVS BOERHAAVE *de comparando certo in phyſica*, Lugd. Bat. 1715. in 4. De *vſu phyſices in medicina* vid. ALBERTI diſp. in dictum illud: *vbi deſinit phyſicus, ibi incipit medicus*, edit. Halae Saxonum 1732. Io. PETRVS DE CROVSAZ de *phyſicae origine, progreſſu, eamque tractandi methodo, & de corporum eſſentia in ſpecie* oratio, Groningae 1725. vid. menſis April. *Journal des*

GEORGII MORHOFII *polyhiſtor phyſicus*, publica luce digniſſimus, qui tamen in MSpto adhuc latet; in cuius priore parte phyſici ſcriptores celebriores ſecundum ſectas ſuas recenſentur; in altera vero naturalis doctrinae principia traduntur egregie. vide celeberrimi MOLLERI *prolegomena ad polyhiſtor. Morhofianum* §. LXXXV. 59. ſ. Propoſuit illius fragmenta & quaſi ſummam vir doctiſſimus in *Polyhiſtore* Tom. II. Lib. II. qui in duas partes diuiſus a pag. 121. ad 480. vsque extenditur. Ceterum ille primus fuit, qui *hiſtoriae phyſicae* deſcribendae calamum commodauit. Huc etiam facere poteſt HERMANNI CONRINGII tractatus *de natu-*

*Savans* 1727. VERDRIES in *prolegomenis conſpectus philoſ. natural.* §. XIII. pag. 29. ſeqq. IOANNES FRIDERICVS WVCHERERVS in diſp. *de ſtudio phyſicae dogmaticae, cultori ſapientiae ad modum neceſſario*, & eiusdem diſput. *de certitudine ſtudii phyſici.* BVDDEI *Iſagoge hiſtor. theol.* Lib. I. Cap. IV. §. XIV. pag. 172. ſeqq. Io. IACOB SCHEVCHZERI *bibliotheca ſcriptorum hiſtor. natur.* prodiit cum IAC. LE LONG *commentar. de ſcriptoribus hiſtor. natural. Galliae.* Tiguri 1716. 8. *L'origine ancienne de la Phyſique nouvelle, où l'on voit dans des Entretiens par lettres, ce que la phyſique nouvelle a de commun avec l'ancienne, le degré de perfection de la Phyſique nouvelle ſur l'ancienne, les moyens, qui ont amené la Phyſique à ce point de perfection.* Par le P. REGNAVLT de la Compagnie de Jeſus. Pariſiis 1734. 12. in III. Tomis.

*tura physices, eiusdemque auctoribus*, Helmstadii 1657. 4. vbi vero de physicis recentioribus parce nimis dictum est. Cum fructu etiam consuli simul poterit, quae leui penicillo adumbrata, dedit cel. GOTTLIEB STOLLIVS *hist. erud.* Tom. II. Cap. IV. nec negligenda plane sunt, quae PASCHIVS *de inuentis physicis* Cap. VII. passim adnotauit. CORNELII A BEVGHEM *bibliographia Medicophysica*, Amstel. 1681. 12. librariorum vsibus relinquenda est. Io. ANDR. SCHMIDII *de sectis physicorum in genere*, Ienae 1676. habita dissertatio autem inspicienda est, & conferenda, quae ὡς ἐν συνόψει de hoc argumento dixit cel. WALCHIVS *in der Einleitung zur Philosophie* Part. II. Cap. III. Illustris viri IVLII BERNHARDI DE ROHR *physicalische Bibliotheque*, Lipsiae 1724. 8. excusa, in recensendis scriptoribus physicis tum generalibus tum specialibus curate versatur.

## §. II.

Inter antiquiores varii fuerunt, qui physicam exponerent. vide *Obseruationes Halenses* Tom. II. Obseruat. XIV. sequ. & SCIPIONEM AQVILIANVM *de placitis physicis philosophorum ante Aristotelem*, supra iam adlegatum. Huc pertinet quoque doctissimus

Anglus THOMAS BVRNETVS, qui in *Archaeologiis philoſophicis, Theoriae telluris ſacrae* annexis, Amſtelod. 1694. 4. recuſis, hiſtoriam phyſices antiquioris dogmaticam dedit. Recenſuit illam HEVMANNVS in *act. philoſ.* Part. XIV. Diſſ. VII. pag. 298 - 341. ſuamque ſimul de iisdem ſententiam extulit. THALES MILESIVS, vnus ex ſeptem ſapientum numero, *primus omnium quaeſiuiſſe de cauſſis naturalibus* dicitur LACTANTIO *diuinar. Inſtitutionum* Lib. I. Cap. V. atque omnium rerum principium *aquam* eſſe voluit. (*b*) conf. b. AD. RECHENBERGII diſſ. *an aqua tantum ſit omnium corporum materia & principium primum?* Lipſiae 1676. 4. Lege quoque *Acta philoſ.* Part. XIV. Diſſ. I. §. VII. pag. 161. ſequ. vbi & de ANAXIMANDRI, (*c*) ANAXIMENIS & ANAXAGORAE (*d*) doctri-

(*b*) Principia THALETIS phyſica commemorantur in ARISTOTELIS *Metaphyſicorum* Lib. I. Cap. III. Tom. IV. Opp. pag. 265. De eo vero etiam egit TERTVLLIANVS in *apologetico* §. XXVI. STRABO Lib. XIV. PLVTARCHVS Lib. I. *de placitis philoſophorum* Cap. III. *Obſeruat. Halenſ.* Tom. II. Obſeruat. XVI. XIIX. XX. Jo. HENR. MÜLLERI diſp. *de aqua principio Thaletis*, Altdorf. 1719. 4.

(*c*) De ANAXIMANDRO vid. PLVTARCHVS *de placitis philoſophorum* Lib. I. Cap. III. EVSEBIVS in *Praeparat. Euangel.* Lib. I. Cap. VIII.

(*d*) SIMPLICIVS in *Comment.* in Lib. I. *Phyſic. Ariſto-*

ina physica disputatur. *De Anaxagora que physiologia* GODOFREDVS LOMERVS, ae 1688. *De Anaximene* (*e*) vero DA-EL GROTHIVS ibidem 1689. praeside v-que b. Io. ANDR. SCHMIDIO, singulari-s dissertationibus egerunt. HERACLITI *ficam* (*f*) illustrauit cel. GODFR. OLEA-RS in dissertat. *de principio rerum naturalium nente Heracliti*, Lipsiae 1697. & in alia *de um naturalium genesi ex mente eiusdem*, ibid. 2. vtraque STANLEIO posthaec latino rta est. Secuti Thaletem sunt varii, in-quos OCELLVS LVCANVS *de natura v-rsi*. vide, quae dicta sunt supra Cap. II. 1. & adde STOLLIVM *hist. erudit.* Part. II. Cap.

*stotelis*, pag. 7. edit. Aldinae. EVSEBIVS l.c. Lib. XV. Cap. IV. exposuere de Anaxagora.

(e) *Obseruat. Halenf.* Tom. II. Obs. XIX. copiosa antiquitatis seges percipi potest.

(f) ZENO atque HERACLITVS *ignem* corporum constituerunt elementum, hinc antiquiorum plurimi ignem vocant ασωματοτατον, id quod jam obseruatum ab ARISTOTELE videmus, *Metaphysicorum* Lib. I. Cap. VII. pag. 275. Alia philosophorum exempla sistit MOSHEMIVS incomparabilis *ad systema intellectuale* RADVLPHI CVDWORTHI Cap. III. §. XII. pag. 109. De Heracliti physica vid. etiam PHILO in libro: *quod mundus sit incorruptibilis*, pag. 951. & IOANNES POTTERVS ad CLEMENTIS ALEXANDRINI opera pag. 746.

Cap. IV. §. XII. pag. 528. ſequ. LVCRETIVS poeta, & PLINIVS in *hiſtoria naturali*, de quo vid. FABRICII *Bibl. lat.* pag. 401. nec non SOLINVS in *Polyhiſtore*, atque alii veſtigia eius preſſerunt; inprimis SENECA in *Quaeſtionibus naturalibus*, Libr. VII. Venetiis 1522. 8. ab Aldo ſeparatim editis. Prima operis Pliniani praeſtantiſſimi *de hiſtoria naturali* editio, Venetiis 1469. apud *Ioannem de Spira* in fol. edita, recenſetur in *Memoires de litterature, par Mr.* SALLENGRE Tom. I. Part. II. Art. IV. p. 275. ſequ. vbi ſimul varia circa editionem primam HARDVINI monentur. STOLLIVS ex FABRICII *Bibl. latin.* pag. 405. primam PLINII editionem Veronenſem an. 1468. fol. editam laudat. Altera HARDVINI editio Pariſiis 1723. III. Tom. fol. prodiit, (*ff*) de illius cenſoribus iam nihil dicimus. NICOLAI LEONICENI *de Plinii & aliorum Medicorum erroribus* liber, Baſileae 1529. 4. edit. citatur in *Amoenitat. litt.* Part. I. pag. 28. Exſtant quoque CLAVDII SALMASII *exercitationes Plinianae ad Solinum*, Pariſ. 1629. & Vltraiecti 1689. fol. ſed nimis feſtinanter ac ſine delectu ſcriptas iudicant eruditi.

§. III.

(*ff*) IOANNES HARDVINVS A. 1685. Tom. V. in 4. primam euulgauit editionem operis auro contra carioris, quod LA MOTTHE LE VAYER adpellare fueuit *la bibliotheque des pauvres.*

## §. III.

Phyſici autem ſcriptores in varias claſſes iiunt diſtinguendi. *De phyſica Platonica* (*g*) le MORHOFIVM *polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. rt. I. Cap. XI. qui & Cap. VIII. *de principiis ſicis Stoicorum* (*h*) diſſeruit. PETRVM ILANNAM in libro rariſſimo, quem *Phiphiam ſeniorem, Sacerdotiam & Platonicam* cripſit, Panormi 1599. 4. cuius curata reiſio in cel. Io. HENRICI VON SEELEN *ctis litterariis* ſelectiſſimis pag. 693 - 718. itur. conf. & *acta philoſ.* Part. IV. Diſſ. VII. §. 751. ſequ. Hiſtoricam introductionem o in *phyſicam Pythagoream* (*i*) dedit cel. Io. IA-

*De phyſica* PLATONIS vid. DIOGENES LAERTIVS Lib. III. Cap. LXIV. ſeqq. APVLEIVS in doctrina Platonis Cap. XV. Et liber PLATONIS *de natura mundi*, in opuſculis phyſicis & ethicis, quae prodierunt Cantabrigiae 1671. & Amſtelod. 1688. 8. Metaphyſicam autem potius ſpirat, quam phyſicam. add. IACOB. THOMASII *ſchediaſm. philoſ.* pag. 10. GASSENDVS *phyſices* Sect. I. Libr. III. Cap. V.

IVSTVS LIPSIVS euoluatur *de phyſiologia Stoicorum* Lib. III. Lugd. Bat. 1644. 12. edit. & in opp. paſſim. IAC. THOMASIVS in exercitat. *de exuſtione mundi Stoica*, in eius diſſertat. ad hiſtoriam philoſ. Stoicae facientibus, Lipſ. 1676. 4. BVDDEI *Analect. hiſtor. phil.* pag. 340. ſeqq.

Ad phyſicam Pythagoream pertinet OCELLI LVCANI

IACOB SYRBIVS in *Pythagora intra ſindonem noſcendo*, Ienae 1702, 8. Phyſicam *Ariſtotelis* (*k*) olim diligentiſſime expoſuit BENEDICTVS PERERIVS *de omnibus omnium rerum naturalium principiis & affectionibus*; (*l*) Coloniae 1595. 8. & GVILIELMVS TASWEL Anglus in *Phyſica Ariſtotelica*, *modernae accommodatiori*, Londini 1718. 8. Cui iungendus eſt HONORATVS FABRI, Ieſuita, cuius *phyſica* pro-

CANI liber *de vniuerſi natura*, qui motum terrae circa ſolem credidiſſe Pythagoraeos, perhibet. vid. BVRNET. *Archaeol. phil.* Lib. I. Cap. XI. pag. 204. retinuit itaque Thaletis principia. Lunam quoque αὐτόχθονα ſiue terrae noſtrae oppoſitam & a ſole illuſtratam docuit. Conf. ARISTOTEL. *Meteor.* Lib. I. PLVTARCH. *de plac. philoſ.* Lib. II. 31.

(*k*) Spectat huc CONR. HORNEII *compend. philoſ. nat.* Francof. 1652. 8. De GVILIELMI TASWELLI *phyſica Ariſtotelica*, vid. *Gelehrte Zeitungen* 1718. pag. 134. Conferatur *Coronis biennii philoſophici*, *Peripatetico-Thomiſtici*, in alma & archiepiſc. Benedictina Vniuerſitate Salisburg. ad conſuetam ibidem docendi normam per IV. partes ante hac editi; ſiue *phyſica particularis*, *complectens doctrinam Ariſtotelico-Thomiſticam*, auctore P. BERNARDO OBERHAVSER, Ord. P. P. Bened. Salisburgi 1730. *Filoſofia ſceptica*, *ſ. Extracto de la Fiſica antigua*, *i moderna*, *recopilada en Dialogos*, *entre un Ariſtotelico*, *Carteſiano*, *Gaſſendiſta*, *i ſceptico*, *por el Dr.* D. MARTIN MARTINEZ 1730. 4.

(*l*) Hic PERERII liber lucem affundit ſplendidam ARISTOTELIS operi phyſico.

prodiit V. tomis Lugduni 1767. 4. IOANNIS LVDOVICI HAVENREVTERI *compendium in libros* VIII. *phyſicorum*, Francofurti 1600. 8. & auctores *collegii Conimbricenſis*. Maxime commendantur DAN. SENNERTI *Epitome ſcientiae naturalis*, Witteb. 1633. 8. & IOANNIS SPERLINGII *inſtitutiones phyſicae*, Witteb. 1649. 8. licet non vbique mentem Ariſtotelis intellexiſſe videantur. Dedit idem *poſitiones phyſicas miſcellas*, ibid. 1652. 4. Huc ſpectant etiam inprimis CASPARIS POSNERI *propaedeumata phyſica* XII. *tabulis deſcripta*, Ienae 1676. fol. Lege Io. CHRIST. STVRMII diſſ. *de auctoritate interpretum naturae & ſpeciatim Ariſtotelis*, Altorf. 1672. 4. Ceterum de Ariſtotelis ſcriptis phyſicis, octo ſcil. libris *phyſicae auſcultationis*, decem *hiſtoriae animalium*, (*m*) *de caelo* quatuor, *de anima* tribus, rel. eorundemque interpretibus conſule FABRICIVM, *Bibl. graec.* Libr. III. Cap. VI. & Cap. IX. AEGIDII ROMANI *commentaria in* VIII. *libros phyſicorum*, magni olim habita, excuſa ſunt Patauii 1493. fol. Reliquos in phyſicam Ariſtoteleam commentarios recen-

(*m*) I. C. SCALIGERO interprete, cum eiusdem commentar. PHIL. IAC. MAVSSACVS primus vulgauit, additis Prolegom. & animaduerſ. Rec. Fragmentum quidem X. hiſtoriarum inſcribitur, emendatius & auctius Toloſae 1629. fol.

cenſet ISRAEL SPACHIVS in *Nomenclatore philoſophico*, pag. 605 - 608.

## §. IV.

Sed haec Ariſtotelis phyſica ob naeuos ſuos inſignes, (*n*) rariſſimos recentiori aeuo reperit aeſtimatores. Ipſe etiam P. RAMVS, licet dialecticam praecipue Ariſtotelis impugnandam purgandamque ſumſiſſet, *ſcholarum* tamen *phyſicarum libros* VIII. *in totidem acroamaticos Ariſtotelis* edidit, Pariſiis 1565. 8. Seculo XVI. quoque BERNARDINVS fuit TELESIVS, qui ſcriptis *de natura rerum* libris *iuxta propria principia*, Romae primum 1565. 4. poſt recuſis Neapoli 1570. 4. & iterum ibidem auctius longe editis 1586. fol. vnice i egi

(*n*) Naeuos Phyſicae Ariſtotelicae CLERICVS in *arte crit.* Part. II. ſect. I. Cap. VIII. §. X. pag. 2 i, RÜDIGERVS in *philoſ. pragmat.* pag. 37. WACHIVS in *Lexico philoſ.* ſub voce: *Abſtractio*, inq i- ſiuerunt, Phyſicam Carteſianam THOMASIVS *in cautelis circa praecogn. iurispr.* Cap. III. §. XII. ſq. RÜDIGERVS *phyſ. diuin.* Io. RAYVS in libro *de exiſtentia & ſapientia Dei in operibus creationis* Part. I. pag. 28. ſeqq. PARKERVS *de Deo & prouidentia* Diſp. III. Sect. XV. ſeqq. pag. 281 - 350. carpunt. Iungatur *Bibliotheque Italique* Tom. XI. vbi legimus: *Extrait d'une lettre ſur les objections, que font les Newtoniens contre le ſyſteme des tourbillons de Descartes*; Conf. *Gelehrte Zeitung.* 1733. pag. 91.

ıit, vt ARISTOTELIS placita conuelleret, PARMENIDIS (*o*) philoſophiam reſtitue-t. Neque fautoribus omnino caruit; licet ſius philoſophia non multo poſt iterum ıanuerit. conf. FR. BACONIS DE VERV-ıMIO *de philoſophia Teleſii* libellus, Opp. pag. o - 676. edit. Francof. 1665. fol. MORHO-VS *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. XV. pag. 8. ſeqq. & Libr. II. Part. I. Cap. XIII. pag. ) - 238. & LOTTERI diſſ. *de vita ac philoſo-ia B. Teleſii*, Lipſiae 1726. vbi aduerſarios ius atque hyperaſpiſtas itidem expoſuit, ſtematisque *Teleſiani* ideam concinnauit. )CARTESIVS poſtea Ariſtotelis phyſicam erisque in partibus emendauit, id quod etiam

Agunt de PARMENIDE & XENOPHANE SEXTVS EMPIRICVS Lib. I. *Hypotheſ. Pyrrh.* Cap. XXXIII. WOLFIVS *in notis ad Origenis philoſophumena* pag. 98. GASSENDVS in *phyſica* Lib. V. Cap. I. PLVTARCHVS *de placitis philoſophorum* Lib. II. Cap. XX. BVDDEVS in diſſert. de *Spinoziſmo ante Spinozam* in *Analectis* pag. 224. BERNARDINVS TELESIVS in Tab. IX. *de rerum natura*, Lugduni 1588. fol.

) Silet auctor, ſilent omnes de Phyſica patrum eccleſiae; verumtamen BASILII & AMBROSII hiſtoriae creationis mundi in hunc cenſum reponi poſſunt, vti etiam COSMAE, monachi Aegyptii, *Chriſtianorum opinio de mundo*, inſerta a venerabili P. BERNHARDO MONTEFALCONIO nouae collectioni P. P. Pariſiis 1706. impreſſae Tom. II. pag. 113.

etiam experimentis ſuis mathematicis feliciter praeſtitit. Sed exſtant FRANC. GVIL. L. B. DE NVLAND *Elementa phyſica*, ſ. *noua philoſophiae principia, vbi Carteſianorum principiorum falſitas oſtenditur, ipſiusque errores ac paralogiſmi ad oculum demonſtrantur*, Hagae 1669. 12. Ceterum ipſe CARTESIVS mentem ſuam oſtendit vberius de doctrina phyſica in tr. *de principiis philoſophiae, de meteoris, de paſſionibus animae atque de homine*; licet nuſpiam integrum diſciplinae naturalis ſyſtema confecerit. *Opuſcula* illius *phyſica poſtuma*, Amſtel. 1701. 4. prodierunt. Secutus eundem fuit HENRICVS REGIVS, cuius *philoſophia naturalis*, quae Amſtelodami 1646. & 1654. 4. prodiit, compendium eſt philoſophiae Carteſianae, licet non ſatisfaciat omnibus. (*q*) IOANNIS CLAVBERGII *phyſica* pro-

(*q*) REGII *Fundamenta Phyſices*, & *Notae ad Corollaria Theologico-Philoſophica* D. GISBERTI VOETII ſunt in omnium manibus; conferantur ſupra a nobis diſputata ad Capitis ſecundi §phum XV. pag. 118. ſqq. In hunc cenſum veniunt denique *Entretiens phyſiques d'Ariſte & d'Eudoxe, ou Phyſique nouvelle en Dialogues, qui renferment preciſement, ce qui s'eſt decouvert de plus curieux & de plus utile dans la Nature, enrichis de beaucoup de figures*, par le P. REGNAVLT, *de la Compagnie de Ieſus* 1729. ll. Vol. 12. Sed 1733. re-

prodiit Amſtelod. 1664. 4. (*qq*) Praeter hunc exſtat ANTONII LE GRAND *phyſica*, Amſtelod. 1664. 4. recuſa Norimb. 1678. 4. ARNOLDI GEVLINX *phyſica*, quae cum *Cornelii Bontekoe metaphyſica* edita, Lugd. Bat. 1688. 8. poſt cura *Caſparis Langenhert*, prodiit Franequerae 1688. 4. cui editioni etiam *brutum Carteſianum* acceſſit. IACOBI ROHAVLTII *phyſica* (*r*) gallice primum prodiit Pariſiis 1671. 4. & Amſtelod. 1671. 12. poſt latinitate donata per *Theophilum Bonetum*, cum animaduerſionibus *Antonii le Grand* edita, primum Geneuae 1674. 8. poſt Londini 1682. 8.

recuſa Pariſiis & ita aucta, vt in IV. Vol. 12. prodierint. In Anglorum linguam verſum eſt hoc opus a THOMA DALE, M. D. ac cum adnotationibus & tabulis aeneis Londini 1732. II. Tomis e prelo exiit.

(*qq*) De Claubergio Cap. II. §. XV. in nota *a*. diximus. Phyſicam contractam ad mentem Carteſii, Diſputationes Phyſicas; Theoriam Corporum viuentium; tractatum de coniunctione mentis cum corpore, hoc loco commendamus, quoniam Carteſii ſyſtema tam luculenter & perſpicue adornauit, vt ex eius ſcriptis facilliori ratione, quam ex ipſis Carteſii operibus queat addiſci.

(*r*) Syſtema philoſophiae naturalis ROHAVLTII a IOANNE CLARKIO in Anglorum ſermonem tranſlatum, ſed animaduerſionibus inſtructum a fratre SAMVELE CLARKIO, edit. Londini 1728. 8. II. Volum.

8. ) Haec nititur principiis Carteſianis, quae multis experimentis, in regia Pariſiorum academia factis, confirmatur. Recentiſſima eſt editio, quae ex recenſione SAMVELIS CLARKE, (*rr*) qui & proprias & ANTONII LE GRAND *animaduerſiones* addidit, Amſtel. 1708. Londini 1710. 8. in lucem exiit conf. MARVILLE *Melanges de litterature* Vol. I. pag. 300. coll. pag. 1. Praeter laudatos *Carteſium* in phyſicis ſecutus eſt IOANNES MVRALTVS, qui in *compendio*, Tiguri 1694. 8. impreſſo, ex his fontibus ſua deducit. Addendae etiam heic veniunt RVARDI ANDALAE *exercitationes Academicae in philoſophiam primam & naturalem, in quibus philoſophia Carteſii explicatur, confirmatur & vindicatur*, Franequerae 1709. 4. Combinare haec Carteſianorum principia cum Ariſtotelicis voluit IOANNES CASPARVS SVICERVS in *compendio phyſicae ſuae*, Amſtelodami 1685. 8. (*s*)

§. V.

(*rr*) CLARKIVS etiam Newtoni adpoſuit cogitata, quae non poſſunt non lectoribus eſſe grata.

(*s*) Ad phyſicas conciliatrices pertinent Io. RAYI *Clauis philoſophiae nat. ſeu introductio Ariſtotelico-Carteſiana ad naturae contemplationem*, Lugd. Bat. 1654. & 1674. 4. I. C. STVRMII *phyſica conciliatrix*, Norimbergae 1677. 12. ADRIANI HEREORDI *paralleliſmus & diſſenſus Ariſtote-*

## §. V.

*Epicuream* (t) philoſophiam vna cum *Democritica* inſtaurare conatus fuit PETRVS GASSENDVS, cuius opera coniunctim prodierunt Lugduni 1658. f. in quibus tomos II. priores abſoluit. In compendium eadem redegit FRANCISCVS BERNIER in *abregé de la philoſophie de Gaſſendi en* VII. *Tomes, à Lion* 1684. D. (u) Scripſit idem *doutes ſur quelques vns de principaux chapitres de ſon abregé de la philoſophie de Gaſſendi, à Paris* 1682. D. iisdem principiis inſtitit DE SAINT ROMAIN *phyſica ſcholaſticis tricis liberata*, quae Lugd. Bat. 1684. D. prodiit. (v) Notandus heic quoque eſt GVALTERVS CHARLETON, Anglus, qui lingua ſibi vernacula *Phyſiologiam Epicuro-Gaſſendo-Charletoniam* ſcripſit, ſiue

*licae & Carteſicae philoſophiae in philoſophia natur. eſtenſus*, Lugd. Bat. 1643. 8. Io. AMERPOEL *Carteſius Moſaizans*, Leowardiae 1669. 12. &c. vid. MORHOFII *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. I. Cap. XV. § II. & Lib. II. Cap. III. BVDDEVS in *Obſervat. Halenſ.* Tom. III. Obſerv. XIII.

(t) STOLLIVS in diſſert. *Epicurus creationis & prouidentiae diuinae aſſertor*, rei huic lumen adfundit.

(u) Vid *AA. Erudit.* anno 1685. pag. 70. ſeqq.

(v) Lege *AA. Erudit.* anno 1684. pag. 364. ſeqq.

ue *fabricam ſcientiae naturalis ex hypotheſi atomorum reparatae*, Londini 1654. fol. vid. MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. I. Cap. VII. §. V. Secutus Gaſſendum fuit WOLFERDVS SENGVERDVS, (*w*) cuius *philoſophia naturalis* quatuor partibus primarias corporum ſpecies, affectiones, viciſſitudines & differentias exhibens, prodiit Lugduni Batauorum 1681. & 1685. 4. Poſt hanc edidit *Inquiſitiones experimentales*, quibus naturae operandi ratio in nonnullis detegitur, & mechanice exponitur; effectus ex ea reſultantes exhibentur, ad cauſſas reuocantur, experimentis & ratiociniis illuſtrantur, Lugduni Bat. 1690. 4. licet medius incedere velit inter Carteſianos & Democriteos. Idem ille *Rationis & experientiae connubium, continens experimentorum variorum compendioſam enarrationem*, Roterodami 1715. 8. edidit, vide STOLLIVM H. E. Tom. II. Cap. IV. §. XLVI. pag. 558. Eiusdem corpuſcularis philoſophiae adſecla eſt FRANCISCVS BACO DE VERVLAMIO (*x*) in *philoſophia* ſua *naturali*, Am-

(*w*) Conf. *Act. Erudit.* 1682. pag. 83. ſeqq.

(*x*) Magiae fuit accuſatus vir ſummus, VERVLAMIVS, ſed vide apologiam eius in NAVDAEI *apologie des grands hommes accuſés de magie*, Cap. XVI. Scripta omnia recenſet WOOD in *hiſtoria Vniuerſitatis Oxonienſis*, Lib. I. ad annum 1572.

mſtelodami 1653. 8. & in variis ſcriptis OBERTVS BOYLE, (*y*) inter quae praeuum eſt eiusdem *origo formarum & qualium iuxta philoſophiam corpuſcularem, conſiderationibus & experimentis illuſtrata*, ex anco latine reddita, Oxonii 1669. 12. Genee 1688. 4. & ſimiles eiusdem tractatus, orum perplures ſunt. Eius *introductionem hiſtoriam qualitatum particulariam* ex angli- in latinum vertit DANIEL. GE. MORHOFIVS, Hamburgi 1671. 12. Elegantes etiam admodum ſunt eiusdem exercitationes *vtilitate philoſophiae naturalis experimentalis, modum colloquii familiaris, vna cum eius- additionibus*, Lindauiae 1692. 4. quibus ige cel. Io. PETR. DE CROVSAZ diſſ. iloſ. *de phyſicae vtilitate*, Groningae 1726. 8.

BOYLE non tantum experimenta bene multa ipſe inſtituebat, ſed & certatim ad eum ferebant amici, exterique, res memorabiles. De eo conf. LEIBNIZIVS in Epiſt. CLVIII. §. 11. pag. 249. ex edit. KORTHOLTI. Vitam eius vid. in ſummi viri RICHARDI BENTLEII *ſtultitia & irrationabilitate atheiſmi*, pag. 439. Operum BOYLII compendium cum illuſtrationibus atque obſeruationibus adornatum dedit nobis PETRVS SHAW, M. D. in tribus Volum. in 4. ſub tit. *the philoſophical Works of the honourable Robert Boyle, epitomized and illuſtrated by* PETER SHAW Londini 1725.

8. elaboratam. Eandem philoſophiam ſectatur GVILIELMVS LAMY in libris tribus *de principiis rerum*, qui Pariſiis 1680. 12. prodierunt, vbi tamen in primo & ſecundo libro aeque principia philoſophiae Ariſtotelicae atque Carteſianae exponit, in libro tertio vero huius Democriteae, quae fidei lumine corrigenda eſſe exiſtimat. Spectat huc quoque HENRICVS MAIVS, Prof. Marburg. qui *phyſices veteris noue adornatae ad principia Democriti a Gaſſendo, Verulamio, Boyleo, Derodone, Digbaeo aliisque redintegrata, Synopſin* dedit Francof. 1689. 8. Edidit quoque THOMAS HOBBESIVS ſuas de variis diſciplinae naturalis capitibus cogitationes, in libro: *Decameron phyſiologicon, or, ten Dialogues of natural Philoſophy, by* TH. HOBBES, Londini 1678. 8. Huc pertinet etiam eiusdem primus liber *elementorum philoſophiae*, quem *de corpore* inſcripſit, & cuius ideam exhibet MORHOFIVS *polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. I. §. IV. pag. 246. (z)

§. V.

(z) De eo ſupra Cap. II. §. XIX. pag. 137. ſeqq. plura adumbrauimus. In Phyſica, Epicuri ſcita ſibi elegit propaganda; cui volupe eſt ſuis potius videre oculis, quam fidere noſtris, is euoluat Hobbeſii *Dialogum Phyſicum ſiue de Natura aeris* librum, Londini 1661. 4. & Amſtelodami 1668. 4. editum; & *Decameron phyſiologicon*, an-

## §. VI.

Inter *eclecticos* primum atque praecipuum habemus IOANNEM CHRISTOPHORVM STVRMIVM, cuius *physica conciliatrix* Norimbergae 1687. 12. prodiit. Aristotelem cum Carteſio conciliat. In hanc quasi commentarius est eiusdem *physica electiua seu hypothetica*, cuius prior tomus tantum partem physicam generalem complectens, excusus est Norimbergae 1697. 4. Posterior tomus prodiit cum praefatione cel. CHRIST. WOLFII, Norimb. 1722. 4. vid. *Acta erudit.* eiusdem anni pag. 537. seqq. Antea edebatur *Collegium* eiusdem *experimentale*, seu *curiosum*, in quo primaria huius seculi inuenta & experimenta physico-mathematica, ad methodum naturis suis conuenientem rediguntur, cuius pars prior, Norimbergae 1676. 4. pars secunda, Norimbergae 1685. 4. prodiit. Germanice etiam Hamburgi 1713. 8. impressa eiusdem *Kurtzer Begriff von der Natur-Lehre in Frage vnd Antwort vorgestellet*. Aestimantur quoque scripta MARIOTTI varia, vtpote *Essays de Physique, ou Memoires pour servir à la Science des choses naturelles, premier essay de la*

anglice excusum, grauiterque a multis impugnatum.

*la Vegetation des plantes, à Paris* 1676. 12. *ſeconde eſſay de Phyſique, de la nature de l'air, à Paris* 1679. 12. *troiſieme eſſay de phyſique, du chaud & du froid, à Paris* 1679. 12. *quatrieme eſſay de Phyſique, de la nature des couleurs, à Paris* 1680. 12. Singula ſunt exactiſſima, atque certiſſimis experimentis confirmantur. IOANNES BAPTISTA DV HAMEL, (zz) praeter alia philoſophica, multum quoque praeſtitit in phyſicis. Exſtant enim eiusdem *de corporum affectionibus, cum manifeſtis, tum occultis, libri duo, ſeu promotae per experimenta philoſophiae ſpecimen*, Pariſiis 1670. 12. *De corpore animato libri* IV. *ſeu promotae per experimenta philoſophiae ſpecimen alterum*, Pariſiis 1673. 12. *De mente humana libri* IV. Pariſiis 1672. 12. *De conſenſu veteris & nouae philoſophiae Libri* IV. *ſeu promotae per experimenta philoſophiae pars prima*, Rothomagii 1669. 12. Oxonii 1669. 8. & Norimbergae 1682. 4. (*a*) Pro-

(zz) *Philoſophiam veterem & nouam* DV HAMEL compoſuit, cuius maxima pars in Phyſica enucleanda verſatur; licet multa a veritate abludant in ea, tamen etiam memorabiles experientias deſcribit, quarum inſignem copiam facile communicare potuit, quoniam ab epiſtolis erat academiae ſcientiarum.

(*a*) Huic etiam debemus: *Divers ouvrages de Mathématique & de Phyſique, par Mrs. de l'Académie ro-*

rodierunt eius *opera philoſophica* iunctim orimbergae 1681. 4. duobus tomis. Elo-um eiusdem dedit BERNARDVS FONTE-ELLIVS in *hiſtoire de l'Academie des ſciences*, g. 150. ſequ. edit. Amſtelod. 1709. 8. HO-ORATVS FABRI in *phyſica* ſua, quae in cem tractatus diſtributa, Lugduni edita eſt 69. 4. & Norimb. 1674. 4. Ariſtotelis idem ſcholam in plerisque ſequitur, ob perimenta tamen commendatur. (*aa*) RANCISCI BAYLII *inſtitutiones phyſicae* tri-is tomis, Toloſae 1700. & Francof. 1703. (*aaa*) excuſae proſtant. Refer huc etiam HILAGRII LE ROY *philoſophiam radicalem lecticam, inter Peripateticos & Antiperipateticos diam, ex ſelectiſſimis auctoribus compilatam, & ia methodo iuxta ordinem Alphabeticum dige-m in tractatus quinquaginta*, Antwerp. 1713. fol.

*royale des Sciences, à Paris* 1693. fol. De quibus vid. LE CLERC in *Bibliotheque Choiſie* Tom. IX, pag. 204.

z) Matheſeos vſum praecipuum in Philoſophia Naturali Fabri monſtrauit luculenter; & vel hac de cauſſa legendus, etſi hypothefibus ſaepe ducitur alienis. Ordinis ceterum prae aliis habuit rationem.

aa) Non Francofurti, vti titulus habet, impreſſae ſunt hae inſtitutiones, ſed Geneuae; ob cogitationum ſeriem, & progreſſionem ſyſtemati adcommodatam, multis probatae.

fol. Io. DAN. HORSTII *phyſicam Hippocrateam*, *Tackenii*, *Helmontii*, *Carteſii*, *Eſpagnet*, *Boylei*, *rel. aliorumque recentiorum commentis illuſtratam*, Francof. 1682. 8. LAVRENTIVM STRAVSSIVM, qui in *Iſagoge phyſica*, *per theoremata & axiomata*, Vlmae 1684. 8. ſaepe a Peripateticis diſcedit, ſaepe SPERLINGIVM ſequitur, recentiſſimorumque placita. CHRISTIANVS THOMASIVS edidit *den Verſuch vom Weſen des Geiſtes*, Halae 1699. & 1709. 8. quod ſcriptum prodromum eſſe voluit maioris operis, poſt haec intermiſſi. Equidem principia ſua de materia & ſpiritu, omnium rerum principiis, exponit, ſed cum aduerſarios de illis nactus fuiſſet, iisdem reſpondit in praefatione ad opuſcula ſua germanica. Bilem ſcilicet hoc ſcriptum illis mouit, qui THOMASIO mouerant riſum. Refutarunt Thomaſium GABRIEL WAGNER, adſumto REALIS DE VIENNA nomine, *in der Prüffung vom Weſen des Geiſtes*, a. 1707. 8. & ELIAS CAMERARIVS in *den Anmerckungen über den Verſuch*, Tubingae 1701. 8. Sed reſponſum eſt WAGNERO a IVCVNDO DE LABORIBVS in *den freyen Gedancken von der Prüffung Realis de Vienna*, Halae 1709. & 1710. 8. Elegans eſt IOANNIS CLERICI *phyſica*, ſiue de rebus corpore-

libri V. Amſtelod. 1698. 8. cum aliis eiusdem ſcriptis philoſophicis edita, atque ſanis rationibus firmata. (*b*) Singulares quasdam ſententias fouet in *principiis phyſicae* NICOL. HARTSOECKER, (*bb*) quae gallice prodierunt Pariſiis 1696. 4. vbi duo rerum naturalium eſſe elementa ſtatuit, vnum infinite extenſum, alterum finite extenſum. Vir hic, ad ſcientias naturales tractandas natus, edidit etiam *Conjectures phyſiques*, Amſtelod. 1706. 4. *Suite des Conjectures Phyſiques*, Amſtelodami 1708. in 4. excudebatur; & *Eclairciſſement*

(*b*) Clericus non absque ſarragine minutiarum & ſpinarum Phyſicam docuit; quae in nihilum poſtremo recidunt.

(*bb*) Suo abundat ſaepe ingenio Hartſoeckerus, &, vti loqui amant in ſcholis, per ſaltum probat haud raro, redditque rationes, quae nihil ad farinam conferunt. Tomus tamen poſterior coniecturarum eius maiorem diligentiam, quam prio rdeclarat. De eius ſcriptis crebrae etiam exortae ſunt concertationes. *Mr.* LA MONTRE Phyſica principia A. 1696. ſtatim impugnabat, quam ob cauſſam Hartſoeckerus conſcripſit *Des elemens du Corps naturel & des qualitez qu'ils doivent avoir. Pour ſervir de Reponſe aux Objections que M. la Montre a faites dans le Journal du 16. Avril. 1696. contre les Principes de Phyſique de M. Hartſoeker:* quae cum publico communicantur in *Hiſtoire des Ouvrages des Savans*, Menſ. Oct. 1696. pag. 70. Acceſſit etiam *Reponſe à la Replique de M. la Montre, touchant les Elemens du Corps naturel*, prodiit inſerta *Journal des Savans* M. Sept. 1696.

*ment des conjectures Phyſiques*, Amſtel. 1710. 4. (*bbb*) WIERVS GVILIELMVS DE MVYS *Elementa phyſices methodo mathematica demonſtrata ſcripſit*, Amſtelodami 1711. 4. Ad eclecticos quoque pertinet (*c*) Io. REGIVS, *qui*

(*bbb*) Prodiit etiam Hagae Comit. 1730. 4. *Cours de Phyſique, accompagné de pluſieurs Pieces concernant la Phyſique, qui ont deja paru, & d'un Extrait critique des Lettres de* M. LEEVWENHOEK, *par feu* M. HARTSOEKER. Neque liber ſine ſumma voluptate legi poterit, neque vita a FONTENELLIO illuſtri, fautore meo, fingulari obſeruantia colendo, conſcripta, praemiſſa.

(*c*) Spectat huc etiam *Compendium phyſicae theoretico-experimentalis in vſum auditorum concinnatum*. Gryphisw. 1733. Auctor eſt D. Io. LEMKE, Prof. Medic. vid. *Hamburgiſche Berichte &c.* 1733. pag 434. Summum vero inter omnes nomen meretur acris matheſeos & philoſophiae naturalis indagator, praeceptor meus maxime venerandus, D. THEOPHILVS DESAGVLIERS, in libro inſcripto: *A Courſe of experimental Philoſophy*, cuius Tomus I. in 4. prodiit Londini 1734. Elementa operis huius edidit ibidem 1717. f. t. *Leçons phyſico-mechaniques, ou abregé du Cours de Philoſophie mechanique & experimentale*, in 8. Maximi etiam pretii ſunt *Elementa phyſicae conſcripta in vſus Academicos a* PETRO VAN MVSSCHENBROEK, Lugd. Bat. ed. 1734. auctor abhinc paucis annis in *epitome elementorum phyſico-mathematicorum* propoſita, fuſius explicat atque demonſtrat; quilibet vel ſolis EVCLIDIS elementis tinctus, librum illum egregium intelligere poteſt. *Philoſophia ſenſuum mechanica*, ad vſus

*Elementis ſcientiae naturalis*, Franequerae
1. 8. ſingularem iudicii vim oſtendit, hau-
que ex *Ariſtotele*, *Carteſio*, *Poireto*, *Leibni-*
, (*d*) qui fertilia ſcientiae naturalis ſemina
*actis eruditorum* & in *ephemeridibus naturae*
*ioſorum* ſparſit, aliisque bene connectit.
ANNES SCHOTANVS *a Sterringa*, *phy-*
*caeleſti & terreſtri*, Franequ. 1700. 8.
gnam laudem meritus eſt. A perſpicui-
e tironibus olim commendabatur Io.
NDR. SCHMIDII *phyſica poſitiua*, Helmſt.
)2. 8. Recentiſſimae ſunt cl. viri Io. FRID.
VCHERERI *inſtitutiones philoſophiae naturalis*
*ficae*, Ienae 1726. exſcriptae. Idem vir
ctiſſimus antea *delineationem phyſicae diui-*
,Ienae 1720. 4. dederat. Cl. Io. MELCHIO-
VERDRIES *Conſpectus philoſophiae naturalis*

vſus academicos accommodata, opera & ſtudio P.F. FORTVNATI A BRIXIA, Ordinis Min. Ref. Prou. Brix. ſac. Theol. Lectoris, & in Brixienſi Academia Mechanicae Philoſophiae P.P. Tom. II. *Breſciae* 1736. in 4. addi poteſt. Sed vnice probabilibus conflictatur auctor propoſitionibus.

Cuius huc etiam pertinet *hypotheſis phyſica noua, qua phaenomenorum naturae plerorumque cauſae ab vno quodam vniuerſali motu, in globo noſtro ſuppoſito, repetuntur.* Moguntiae 1671. 12. quam deinde CHRIST. KNORR. A ROSENROTH verſioni ſuae Germanicae THOMAE BROWNE *pſeudo doxiae epidemicae* adiecit, editae ſub nomine CHRISTOPH. PEGANII, Norimbergae 1680, 4.

*lis*, ſ. *in phyſicam recentiorem introductio*, Gieſſae 1720. 8. itidem egregius eſt. Editio ſecunda auctior lucem adſpexit Gieſſae 1728. 4. IO. IACOB. SCHEVCHZERI *Kern der Natur-Wiſſenſchafft*, Tiguri 1711. 8. quae eodem anno auctior & duobus tomis comprehenſa, *phyſicae* titulo prodiit, omnium plauſum tulit. (*e*) Recentiſſime in Belgio prodierunt IAÇOBI ODE *principia philoſophiae naturalis*, Part.

(*e*) Haec *phyſica* prodiit etiam Tiguri 1729. 8. multo politior atque emendatior. Idem SCHEVCHZERVS edidit *die Kupffer-Bibel, in welcher die Phyſica ſacra, oder geheiligte Natur-Wiſſenſchafft der in heiliger Schrifft vorkommenden natürlichen Sachen, deutlich erklährt und bewährt wird.* Auguſtae Vindelicorum & Vlmae 1735. fol. in Batauorum idioma quoque hoc opus translatum fuit. Deſcripſit etiam: *Itinera Alpina tria*, in quibus incolae, animalia, plantae, montium altitudines barometricae, caeli & ſoli temperies, aquae medicatae, mineralia, metalla, lapides figurati aliaque foſſilia, & quidquid inſuper in natura, artibus & antiquitate, per Alpes Helueticas rarum fit & notatu dignum, exponitur & iconibus illuſtratur. Londini 1708. 4. Vid. LE CLERC in *Bibliotheque choiſie* Tom. XVII. pag. 188. Itinerariorum ſcriptores infiniti hic addi poſſent, & collectores curioſarum rariorumque rerum, inter quos noſtra aetate eminet excellentiſſimus FRIDERICVS ERNESTVS BRÜCKMANNVS, Med. D. cuius exſtant *epiſtolae itinerariae*, Guelferbyti 1728. & 1729. in 4. aliaque bene multa ab eo edita in lucem.

art. II. Vltraiecti 1727. 4. (*ee*) Neque omittenda est cel. ANDREAE RÜDIGERI (*f*) *phy-*

*ſe*) Eodem anno GEORGII ERHARDI HAMBERGERI, Ienenſium Profeſſoris longe celeberrimi, *Elementa Phyſices methodo mathematica in vſum auditorii conſcripta, cum figuris aeneis atque indice* in 8. impreſſa ſunt. Si quis vnquam philoſophiae naturalis doctorum, laudem ſummam iure meritoque eſt conſecutus, Hambergerus ſane, venerandus praeceptor noſter, nominandus eſt, quippe qui huius ſcientiae campum, quam late patet, emenſus, ad perſpicuitatis & certitudinis gradum adſpirauit ſupremum. Leges etiam adhaeſionis fluidorum & ſolidorum, experimentis edoctus, inuenit, explicuitque ſequentes: 1.) *Fluidum ſpecifice leuius adhaeret omni corpori grauitate ſpecifica aequali, vel etiam ſpecifice grauiori.* 2.) *Nullum fluidum ſpecifice grauius paulo maiori quantitate collectum adhaeret corpori ſpecifice leuiori.* Contra eas diſputata quidem nonnulla ſunt a Io. DANIELE PERLICIO, ſed ſolide profligata confutataque a noſtro, in *Vberiori dilucidatione legum ſuarum adhaeſionis atque tranſitus ignis ex vno corpore in aliud*; edit. Ienae 1728. in 8.

*f*) De aduerſariis RÜDIGERI, WALCHII *Einleitung*, ſ. *Entwurff der allgemeinen Gelehrſamkeit*, Lib. III. Cap. III. §. XXX. not. pag. 228. agit. LEHMANNI, Prof. Lipſ. duo programmata contra eius phyſicam, ipſe in fine ſuae adiecit *phyſicae diuinae*. Excellentiſſimi GEORG. FRIED. RICHTERI *obiectiones contra Rüdigeri phyſicam diu.* Lipſ. 1717. 4. prodierunt, contra quas cum ſe defenderet RÜDIGERVS in *notis ad nouam edit.* rurſus publicauit RICHTERVS *obiectionum vindicias* ſ. *reſponſionem ad notas Rüdigeri*, Lipſ. 1718. 4. vid. *Gel. Zeit.* 1719. pag. 40. BERNARDVS quoque quae-

*physica diuina, recta via, eademque media inter superstitionem & atheismum, ad vtramque hominis felicitatem, naturalem & moralem ducens*; Francof. ad Moenum 1716. 4. vide STOLLIVM *Hist. erudit.* Tom. II. Cap. IV. §. XLIX. pag. 562. qui & in *supplementis* pag. 768. sequ. fusiori stilo vitam insignis huius philosophi descripsit. (*g*)

§. VII.

quaedam monuit in *Nouvelles de la republique des lettres*, a. 1717. p. 378. It. POLYCARPVS LYSERVS in *apparatu litterar.* P. VI. n. VIII. & in *miscellaneis Lipsi.* Tom. VI. Num. XVIII. cui respondit RÜDIGERVS in *appendice obseruat. contra physicam diu.* 1717. 4.

(*g*) Add. *Observations curieuses sur toutes les parties de la Physique, extraites & recueillies sur les meilleurs Memoires*, in II. Vol. in 12. Pars prior est noua editio operis impressi 1719. P. BOVGEANT, e societate Iesu, auctor est. Pars posterior est continuatio nunquam ante edita, quam debemus presbytero Oratorii cuidam, cuius nomen latet. Lutetiae Parisiorum 1726. Hae obseruationes depromtae sunt ex *Journal des Savans*, *Nouvelles de la Republique des Lettres*, *Bibliotheque universelle*, Italorum *Giornale*, *Philosophical Transactions*, *Actis eruditorum Lipsiensibus*, Germanorum diariis reliquis, *Histoire de l'Academie des Sciences*, *Memoires de Trevoux*, aliis. Pars tertia ab anonymo edita est 1730. 12. Bene multa etiam physicam illustrantia vid. in Tomo IV. *Opere di* FRANCESCO REDI, *Gentilhuomo Aretino*, Fiorenze 1724. in 4. edit. Conf. *New Memoires of the litterature* 1726. mense Iul. Num. IV.

## §. VII.

Ad philoſophiam naturalem operam retulit incredibilem CHRISTIANVS WOLFIVS, cuius libros malo legi, quam hic tenui oratione commemorari. Telam ſuam orſus eſt experimentis, quorum fide reliqua in hac diſciplina maxima ex parte nituntur, ſolerter deſcriptis, editisque ſ. t. *Allerhand nützliche Verſuche, dadurch zu genauer Erkaentnis der Natur vnd Kunſt der Weg gebaehnet wird, denen Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet*, Tom. I. 1721. in 8. (*b*) In his eo quidem modo ſcrutatur naturam rerum, vt ex euidenti ſenſuum teſtimonio, partim principia ducantur certiſſima, partim vero vt ex notionum nexu eruta ratiocinia, experientia ipſa firmentur, corroborentur. Non a ſe inuenta ſolum, verum etiam ab aliis collecta experimenta, perſpicuo ſermonis filo ita pertexuit, vt nucleum, fracta nuce, lectoribus adponat; ac luculenter monſtret, qua ratione ab omnibus, eius ad exemplum queant inſtitui. Tomus II. 1722. in 8. exaratus fuit; (*i*) ad cuius lectionem non minus ſuauiter alliciuntur, quibus volupe fuerit mirabi-

[*b*] Vt & 1727. paullo auctior Francofurti & Lipſiae.
[*i*] Et 1728.

rabiles naturae receſſus inueſtigare. (*k*) Eodem anno III. Tomus etiam in lucem expoſitus eſt, Halae in 8. (*l*) His primitiis cum publico communicatis, quantam parauerit meſſem ſcientiſſimus naturae interpres, quilibet facile coniicere poteſt. Qui alienae alias inſultant laudi, & ad ſolam nominis Wolfiani mentionem perhorreſcunt, eius tamen *Vernünfftige Gedancken von den Würckungen der Natur, den Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet*, 1723. in 8. (*m*) faciunt magni. Non corraſis vndique hypotheſibus turgidum opus illud eſt, ſed cogitationum iuſtam ſeriem & progreſſionem, propoſitionum catenam, iis quoque intellectu facilem, qui vel minus, vel leuiter ſaltem Matheſeos ſalutarunt praecepta, veriſſime complectitur. (*n*) Notione corporum eorumque indole

[*k*] Quae ſine vllo diſpendio ignorare licet experimenta, vt &, quae ex antecedentibus explicari haud poſſunt, ſeruata ordinis ratione, poſthabuit auctor, remiſitque in Tomo praecipue ſecundo lectores ad Elementa Matheſeos.

[*l*] Recuſus 1729. Plures addere animus fuit, ſed bonae mentis reliqua auocamenta obſtiterunt.

[*m*] Secunda editio 1725. tertia autem 1734. prodiit.

[*n*] Ex experientiis, in prioribus Tomis exploratis, rerum cauſſas in hoc libro elici, nec ex opinionibus dubiis, quas permulti phyſici, vti Carteſius, perperam principia certa adpellitarunt, inter omnes

dole explicata, ex his attributa pariter atque actiones, tam ſimplices quam compoſitas, ita collegit noſter, vt ſine voluptate percipi non poſſint. Neque ego dubitem de reliquis eius phyſicis ſcriptis id ipſum affirmare. Innuo *Vernünfftige Gedancken von den Abſichten der natürlichen Dinge, den Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet*, 1723. 8. (o) In his cogitatis, Coſmologiam Wolfii tranſcendentalem, (p) ex mundi diuerſarumque eius partium compage, & finibus ſibi inuicem ſubordinatis, mirifice demonſtratam reperimus. Quam apte inter ſe congruant, cognitio, ſapientia, potentia, bonitas & iuſtitia numinis optimi, infinita, & quanta tantorum attributorum vis ſit, luce meridiana clarioribus auctor ibidem euicit argumentis. Fieri autem non potuit, quin iſta illuſtratio finium diuinorum quodammodo redundaret in cauſſarum efficientium explicationem. Si ex vngue leonem iudicare licet, ex dictis ſtatim efficiet vnus-

mnes prope conuenit. Nec tamen coniecturas prorſus reiecit Wolfius, ſed retinuit eas, quae ad veritatem viam vlla pandere poſſunt ratione. Conf. LVDOVICI PHILIPPI THÜMMIGII programma de *figmentis e philoſophia naturali ope verioris metaphyſicae eliminandis*, Halae 1722.

[o] Secunda editio euulgata eſt 1726. 8.

[p] De qua Cap. IV. §. XII. diſſeruimus.

vnusquisque concluſionem, ſummi huius philoſophi *vernünfftige Gedancken von dem Gebrauche der Theile in Menſchen, Thieren vnd Pflantzen, den Liebhabern der Wahrheit mitgetheilet*, 1725. 8. (*q*) notae etiam eſſe optimae. Corporis humani partiumque eius praecipue habita ratione a Wolfio; brutorum ſtructura, mechanicaeque vires eum potiſſimum in finem hic explanantur, vt conuenientia cum noſtris organis inde eruatur. (*r*) In votis igitur tantum habemus, vt qui erecta ceruice ad laudes feruntur, ad Wolfii exemplum illud egregium ſemet componant; atque phyſicam augmentis pluribus adornent. Adtulimus ſupra Cap. II. §. XVIIII. ſcriptores, qui eum in naturali ſecuti ſunt philoſophia; hinc tantum adſcribere iis liceat clariſſimi WENCESLAI KASCHVBII *elementa phyſicae mechanico-perceptiuae vna cum appendice de geniis*, edit. Ienae 1718. 8. (*s*)

§. VIII.

[*q*] Iterum prodiit 1730.

[*r*] Arborum anatomiae praecipuam impendit diligentiam noſter. Generatim linguae germanicae puritati ſtuduit, vocibus barbaris in vernaculae ſuauitatem inflexis.

[*s*] Sagaciſſimus LVDOVICVS PHILIPPVS THÜMMIGIVS, non quidem phyſicam omnem, ſed varia tamen eaque difficiliora ſcientiae huius capita litteris conſignauit. Prodeat in medium eius diſſer-

## §. VIII.

Per ſola *experimenta* (*t*) naturalem philoſophiam qui illuſtrant, praecipui ſunt ATHA-

ſertatio ſ. t. *Experimentum ſingulare de arboribus ex foliis educatis, ad rationes phyſicas reuocatum.* Halae 1721. eiusdem Diſſertatio: *de propagatione luminis per ſyſtema planetarum*, Halae 1721. Diſſertatio *qua phaenomenon ſingulare ſolis caelo ſereno pallescentis ad rationes reuocatum*, Halae 1722. *Specimen nouum Nephelemetriae, ſeu Diſſertatio Phyſico-Mathematica de pondere nubium*, Halae 1722. *Verſuch einer gründlichen Erläuterung der merckwürdigſten Begebenheiten in der Natur, wodurch man zur innerſten Erkaentnijs derſelben geführet wird*, Halae 1723. Eodem auctore Diſſertatio *de inflexione luminis*, Caſſellis 1724. Diſſertatio *de Machina Wybiana transportatoria*, Caſſellis 1725. Scripta reliqua percenſet doctiſſimus HARTMANNVS *in der Anleitung zur Hiſtorie der Leibnitz-Wolffiſchen Philoſophie*, Sect. II. P. II. Cap. XIII. pag. 1106. ſeqq.

(*t*) De methodo inſtituendi experimenta phyſica perlegatur *Oratio* PETRI VAN MVSSCHENBROEK, adiecta *tentaminibus experimentorum naturalium* factorum in academia *del Cimento*, edit. Lugd. Bat. 1731. 4. Conf. etiam *Recueil de differens Traités de Phyſique & d'Hiſtoire naturelle, propres à perfectionner ces deux ſciences*, quem debemus illuſtri DESIANDES, commiſſario rerum maritimarum Gallorum regis, edit. Pariſiis 1737. 12. Vetuſtioris ſcholae philoſophi experimentalem philoſophiam voce Εμπειρια ſeu Εμπειρευειν deſignarunt. Plato de Εμπειρια eiusque vtilitate perſaepe diſputat; & Ariſtoteles Hiſtoria ani-

THANASIVS KIRCHERVS & FRANCISCVS TERTIVS A LANA. Ille quidem in *mundo ſubterraneo*, quem in libros XII. digeſſit, atque edidit Amſtelodami 1665. f. & in *phyſiologia experimentis comprobata*, Amſtelod. 1674. f. edita. Hic in *magiſterio naturae & artis*, opere phyſico-mathematico, cuius Tomus I. prodiit Brixiae 1684. 4. alter 1688. tertius Parmae 1692. (*u*) Ariſtotelem quandoque ſequitur, nec tamen eiusdem ſolum principiis innititur, ſed eclecticum plerumque agit. Ex *Kircheri* ſcriptis *phyſicam* ſuam *curioſam* digeſſit CASPAR SCHOTTVS, Norimbergae 1666. 4. (*v*) editam. Prodiit quoque Io. STEPHANI KESTLERI *Phyſiologia Kircheriana experimentalis*, qua naturalium rerum ſcientia per experimenta phyſica, mathematica, medica, chymica, muſica, magnetica, mechanica, comprobatur atque ſtabilitur, Amſtelod.

animalium conſcripta, omnes retro hac in re ita ſuperauit naturae interpretes, vti a recentioribus ille ipſe ſuperatur. Philoſophi tamen nomen haud merentur, qui experimenta tantum inſtituunt colliguntque, id quod HARTSOEKERVS in *Recueil de pluſieurs pieces de phyſique* ſupra citat. dilucide probauit.

(*u*) vid. *Acta Erudit.* 1685. pag. 31. ſeqq.

(*v*) It. Herbipoli 1662. 4. Eiusdem *Technica curioſa* ib. prodiit 1664. & 1682. 4. Et *Magia vniuerſalis* P. IV. Bambergae 1677. 4. eodem auctore.

ſtelod. 1680. fol. Magni fiunt ab eruditis ISAACI NEWTONI (*vv*) *philoſophiae naturalis principia*, Londini 1687. & Amſtelod. 1714. 4. edita. (*w*) Ad mentem NEWTONI *phy-*

(*vv*) Philoſophi magni huius elogium nonnemo ita protulit:

*All Nature and her Lavvs lay hid in Night*
*God ſaid: let Newvton be; and All was light.*

In diario cuius titulus eſt: *New memoirs of Literature* Vol. V. Menſe Mart. 1727. pag. 238. laudibus his ornatur Newtonus: *We have loſt the glorious Founder of the beſt Philoſophical School, that ever appeared in the World. The celebrated Sir Iſaac Newton died on Monday the 20th of this month, about one of the Clock in the morning in the 85th Year of his age. To expreſs my ſentiments concerning that incomparable Man, it will not be improper for me to repeat here, what I have ſaid of him upon another occaſion. I ſhall not preſume to ſet forth the penetration of his wit, the Depth of his Knowledge, the beauty and importance of his diſcoveries: ſuch an undertaking is above my ſtrength. I ſhall only ſay, after* Dr. HALLEY, *that no mortal can come nearer the Deity: Nec fas eſt propius mortali attingere diuos.* Epitaphium Newtoni idem fere loquitur, tam illud quod ſepulchro eius fuit inſculptum, omnibusque notum eſt, quam id, quod IOANNES EAMES compoſuit, & legitur in *Miſcellaneous Thoughts in Proſe and Verſe, written* by I. WATTS Londini 1734. in 8.

(*w*) ANDREAS MOTTE Newtoni *principia philoſophiae naturalis mathematica* e latino fonte in

*phyſices elementa mathematica* conſcripſit GVILIELMVS IACOBVS S'GRAVESANDE, Lugd. Bat.

Anglicum ſermonem transtulit, typisque exſcribi curauit Londini 1730. in 11. Volum. in 8. Sed quam mala fide interpretatio haec compoſita ſit, vel ex vnico demonſtrari poterit exemplo. Sect. II. Prop. VII. in Schol. pag. 253. edit. 1687. Newtonus ita ſcribit: In litteris, quae mihi cum Geometra peritiſſimo G. G. LEIBNIZIO annis abhinc decem intercedebant, cum ſignificarem, me compotem eſſe methodi determinandi maximas & minimas, ducendi Tangentes, & ſimilia peragendi, quae in terminis ſurdis, aeque ac in rationalibus procederet, & litteris transpoſitis hanc ſententiam inuoluentibus (data aequatione quotcunque fluentes quantitates inuoluente, fluxiones inuenire & v. v.) eandem celarem: reſcripſit vir clariſſimus, ſe quoque in eiusmodi methodum incidiſſe, & methodum ſuam communicauit, a mea vix abludentem, praeterquam in verborum & notarum formulis. Interpres Anglus vero, ne tantus honos Leibnizio & Germanis conſeruaretur, eo vsque procedit impudentiae, vt Vol. II. Lib. II. Prop. VII. in Schol. pag. 21. plane diuerſa verba, iis ſcilicet omiſſis, adhibeat; quae quidem adpingere liceat, vt veritas rei conſtet inter eos, in quorum manibus vtraque non eſt editio: *In a letter of mine to Mr.* I. COLLINS *dated December* 10, 1672. *having deſcribed a method of Tangents, which I ſuſpected to be the ſame with Sluſius's method, which at that time was not made publick; I ſubjoined theſe words: This is one particular, or rather a corollary, of a general method, which extends it ſelf, without any troubleſome calculation, not only to the drawing*

*of*

1721. & iterum 1725. duobus tomis in 4. excusa, quae in compendium posthaec coegit, & titulo

*of Tangents to any curve lines, whether Geometrical or Mechanical, or any how respecting right lines or other Curves, but also to the resolving other abstruser kinds of Problems about the crookedness, areas, lengths, centres of gravity of curves &c. nor is it (as* HVDDEN's *method de maximis & minimis) limited to equations which are free from surd quantities. This method I have interwoven with that other of working in equations, by reducing them to infinite series. So for that Letter. And these last words relate to a Treatise I composed on that subject in the Year* 1671. In Italorum ceterum idioma versa sunt ista Newtoni principia Venetiis 1733. addita eiusdem dissertatione *de dimensione grauitatis corporum*, desumta ex *Transactionibus philosophicis*, titulus est: *Saggio della Filosofia del Signore Cavaliero*, ISAACO NEWTON, *esposto con Chiarezza &c. con una Dissertazione dello stesso su la misura della forza de' corpi, cavata dagli Atti filosofici d'Inghilterra.* GEORGIVS PETRVS DOMKIVS vero Londini 1730. 8. *Philosophiae mathematicae Newtonianae illustratae* Tomos II. concinnauit. Tomus prior duabus partibus absoluitur: pars altera continet Arithmeticam vniuersalem, altera comprehendit Geometriam planam & solidam, doctrinam de sectionibus conicis, quadraturam curuarum & Trigonometriam planam. Tomus II. tradit definitiones & leges motus, speciatim virium centripetarum, theoriam attractionis corporum & mundi systema. HENRICVS etiam PEMBERTON, Professor Greshamensis collegii, quod Londini floret, celeberrimus, fautor

tulo *Inſtitutionum philoſophiae Newtonianae in vſus Academicos* prodire iuſſit, Lugd. Batau. 1723. 12. confer. IAC. GERINGII ſchediaſma *de philoſophia Newtoniana*, Lipſiae 1722. 4. (*x*) & STOLLIVM *hiſt. erudit.* Tom. II. Cap. IV. §. XLVII. pag. 558. ſequ. Sectatur etiam NEWTONVM celebris Anglus IOANNES KEIL, cuius exſtat *introductio ad veram phyſicam*, Oxonii 1702. & 1705. 8. excuſa, & tertium denique curante s'GRAVESANDIO vna cum *introductione ad Aſtronomiam*, Lugd. Bat. 1725. 4. recuſa. (*w*) Planę egregia eſt Domini

atque amicus noſter maxime colendus, praecipue illuſtrauit NEWTONI philoſophiam, ediditque anglice NEWTONI *philoſophiae naturalis principia mathematica* auctiora & emendatiora, Londini 1726. 4. vid. *Acta erudit. Lipſ.* Febr. 1727. *New memoirs of litterature*, menſe April. 1726. D. IOANNES CLARCKE itidem, in *Demonſtration of ſeveral ſections*, prae ceteris Newtoni philoſophandi rationem expoſuit, Londin. 1730. 8. Ceterum NEWTONVS multa depromſit e KEPLERI, GALILAEI & CARTESII ſcriptis. Varia contra eius placita propoſuit ROBERT GREES in *the Principles of the Philoſophy of the expanſive and contractive Forces*, Cantabrigiae 1727. in fol.

(*x*) Conf. illuſtris FONTENELLE in elogio Newtoni, quod reperitur in *Hiſtoire de l'Academie Royale des Sciences* A. 1727. pag. 209. ſqq.

[*w*] Veſtigia eorum, licet non paſſibus aequis, premens, *Mr.* DE VOLTAIRE *Elemens de la Phi-*

*lo-*

mini de STAIR *physiologia noua experimentalis*, Londini 1661. 4, quae ex Anglico latine versa prodiit, Lugd. Batauorum 1686. 4. (*xx*) in qua medius incedit inter Gassendum & Carteſium, atque ſingula variis comprobat experimentis. (*y*) Magni fiunt noſtra aetate

*loſophie de Newton, mis à la portée de tout le monde*, Amſtelodami 1738. 8. publici fecit iuris. Tamquam vatem hunc admiramur virum, tamquam philoſophum eum miſſum facimus cum iis, qui theatrum ingrediuntur tantum, vt exeant. Id ipſum compendium mancum, mutilum, ſuperficiarium, ſiccum eſt, & adpellatur etiam in Lipſienſium *Gelehrten Zeitungen* Ann. 1738. p. 925. Ceterum obſeruandum eſt, Newtonum inter exteras gentes caput non extuliſſe, & ſectatores perpauciſſimos eſſe adſecutum. Id ipſum doctiſſimi Angli E. CHAMBERS F. R. S. teſtimonio comprobatur. Verba eius ita ſeſe habent: *Newtonianiſm has ſcarce two or three adherents in a nation; but Carteſianiſm, Huygenianiſm and Leibnitzianiſm remain ſtill in the chief poſſeſſion.* Vid. *Cyclopaedia or the vniuerſal Dictionary* Vol. II. ſub voce *Newtonian Philoſophy.*

(*xx*) vid. *Acta Erudit.* An. 1686. pag. 402. ſequ.

[*y*] Scriptores nonnulli de inſtrumentis ad experimenta facienda conducentibus accenſeri potuiſſent. v. c. De *Microſcopiis & Teleſcopiis* vid. MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. lib. II. Part. II. Cap. III. §. V. PETRI BORELLI tractatus *de vero Teleſcopii inuentore, cum breui omnium conſpicillorum hiſtoria*, 1655. 4. Io. ZAHNII, monachi Ordinis Praemonſtratenſ. *oculus artificialis teledioptricus*, libris III, explicatus, Herbipoli 1687. 4.

te ſtudii naturalis cultoribus CHRISTIANI WOLFII & LVD. PHIL. THVMMIGII, VV. CC.

4. Io. FRANC. GRINDELII AB ACH *Micrographia noua*, Norimbergae 1687. 4. De ſpeculis cauſticis vid. PASCHII *inuenta nou-antiqua*, pag. 730. OLAVS BORRICHIVS in diſquiſitionibus ex vniuerſa Matheſi depromtis, Quaeſt. XVII. Optima & celeberrima ſpecula cauſtica ſunt generoſiſſimi *de* TSCHIRNHAVSEN, vid. *Acta erudit.* Lipſ. An. 1687. pag. 52. 1688. pag. 206. 1691. pag. 518. 1697. pag. 414. PASCHIVS l. c. Cap. VII. §. LIII. SCHOTTVS *de magia* Cap. VII. De *Barometris* vid. MORHOF *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. II. Cap. XVIII. §. VI. *Gelehrte Zeitungen von* 1725. pag. 643. 1724. pag. 9. CHRIST. LVDOVICI GERSTEN, *tentamina ſyſtematis noui, ad mutationes barometri*, Francof. 1733. 8. vid. quoque *Diſſertation ſur les variations du barometre, qui a remporté le prix à l'Academie royale des belles lettres, ſciences & arts de Bourdeaux, par Mr. d'* ORTOVS DE MAYRAN DE BESIERS. Bourdeaux 1715. 12. *Bibl. anc. & moderne du* CLERC Tom. IV. pag. 211. ſqq. vid. etiam *Lettre écrite à l'auteur de la* B. A. & M. *De barometris, thermometris & phoſphoris*, Tom. VIII. *Bibl. anc. & moderne* pag. 223. SCHWENTER, in *deliciis mathematicis*, Part. XII. Probl. II. HARSDOERFFER. *delic. mathem.* Vol. II. Part. IV. Probl. XXXIII. STVRMII *collegium experimentale* Tom. I. Tentamine IX. Tom. II. Tentam. IX. SAMVEL REYHERVS in diſſert. *de aëre.* Cap. VII. IOAN. GEORG. LEVTMANN. *de inſtrumentis meteorognoſiae inſeruientibus*, Wittebergae 1725. 8. vid. *German. Act. erudit.* Vol. X. pag. 403. *Antiq.*

. ſcripta, non multis abhinc annis edi pta, quae mirifice rem phyſicam illu- nt. (z) Sola ſunt experimenta, quae ſi- ordine collegit DANIEL SCHWENTE- in *deliciis* ſuis *mathematicis*, quas conti- uit GEORG. PHILIPPVS HARSDOERFFE- . Magis tamen aeſtimanda ſunt MA- I MERSENNI *cogitata phyſico-mathematica*, iſiis 1647. 4. edit. & GODOFREDVS VOG- S in *curioſitatibus phyſicis*, Guſtrouii 1668. 8.

*liae pneumaticae* auctor eſt OTTO GVERIKE, vid. Lib. III. *Exper. Magd.* Cap. XIII. WOLFERDVS SENGVERDVS in *praefat. ad philoſophiam naturalem*, Lugd. Bat. 1685. 4. PETRVS WOLFART in diſſert. *de antlia pneumatica*, Gieſſae 1697. 4. De *noua* FRANCISCI HAVKSBEE *antlia* vid. *Acta erudit. Lipſ.* in *ſuppl.* Tom. V. Sect. IX. pag. 403. De Io. LEVPOLDI, mechanici Lipſienſis, *antlia* vid. *Act. erud.* 1708. pag. 354. & 1712. pag. 365. De *antlia* CHRISTOPHORI GOTTLIEB HERTELII vid. *Noua litteraria Lipſienſia*, anno 1710. pag. 1. ſq. *Tubae ſtentoreae* inuentor eſt SAMVEL MORIANDVS, cui honorem dubium reddere ſtuduit ATHANASIVS KIRCHERVS in *Phonurgia* Lib. I. Sect. XVII. pag. 112. vid. STVRM. Part. II. *Collegii experim.* Tentam. VIII pag. 142. HENRICI MVLLERI diſſert. de *tuba ſtentorea*, Altorf. 1712. Auctor *campanae vrinatoriae* eſt GEORG. SINCLARVS *Scotus*, cui debemus *artem magnam grauitatis & leuitatis*, Lib. I. Dial. V. STVRM. l. c. Part. I. & Part. II. Tentam. I. Quibus infiniti alii addi poſſent. De his §. VII. fuſius egimus.

8. & Lipſiae 1698. 12. excuſis. Refer etiam huc (*a*) Io. HENR. MÜLLERI *Collegium experimentale*, Norimb. 1721. 4. cuius & oratio inaug. *de vtiliſſima phyſices tractatione*, Norimbergae 1706. 4. prodiit. CHRISTIANI VATERI *phyſiologiam experimentalem*, Witemb. 1712. 4. (*aa*) HERM. FRIED. TEICHMEYERI *phy-*

(*a*) Legi etiam merentur *Oeuvres de Phyſique & de Mechanique de Mrs.* C. & P. PERRAVLT, *de l'Academie royale des ſciences & de l'Academie Françoiſe*, *en* II. *Tomes*, à Amſterdam 1727. 4. quae optima eſt editio, vid. Pars I. Tomi X. *Bibliotheque Françoiſe*. It. *Journal des obſervations Phyſiques*, *Mathematiques & Botaniques du* R. P. FEVILLEE, *contre la Relation du Voyage de la Mer du Sud*, de M. FREZIER. Huius libri quis verus ſit auctor, docent *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* An. 1729. pag. 451. PETRI VAN MVSSCHENBROEK *phyſicae experimentalis & geometricae de magnete*, *Tuborum capillarium vitreorumque ſpeculorum attractione*, *magnitudine terrae*, *cohaerentia corporum firmorum*, *Diſſertationes*; vt & *Ephemerides meteorologicae Vltraiectinae*, Lugd. Bat. 1729. 4. Nec non *Spectacle de la Nature*; qui liber ſaepius gallice impreſſus & ab anglis translatus ſ. t. *Spectacle de la Nature or*, *Nature diſplay'd. Being diſcourſes on ſuch particulars of natural Hiſtory*, *as were thought moſt proper to excite the curioſity*, *and form the Minds of Youth*, Londini 1733. 8. cum tabulis aeneis prodiit. It. *Les principes de la Nature*, *ou de la generation des choſes*, par M. COLONNE Pariſiis 1730. 12.

(*aa*) Experimentis & demonſtrationibus edoctus, naturae in-

*phyſicam experimentalem*, Ienae 1712. 8. 1717. 4. & 1724. MARTINI GOTTHELFF LOESCHERI *phyſicam experimentalem compendioſam*, Witembergae 1715. 8. (*b*) & alios. Inprimis addi etiam poſſunt PETRI POLINIERI *Experiences de phyſique*, Pariſ. edit. 1709. 12. (*bb*) ob ſingularem, qua proponuntur omnia, dexteritatem. (*c*)

## §. IX.

interpretibus in hoc libro praeiuit feliciſſimus medicus; primo prodiit opus illud Vateri Wittebergae 1702. poſtea 1737. in 4.

(*b*) Conf. *Journal de Sçavans* menſe Febr. 1720.

(*bb*) Prodierunt etiam 1718. vid. *Gelehrte Zeitung*. 1719. pag. 178. & quarta vice Pariſiis 1734.

(*c*) Subnecti heic etiam potuiſſent ſcriptores de motu, legibusque eius ſpeciatim diſputantes, vid. multis probatum librum, inſcriptum: *Eſſay ſur le Mouvement, où l'on traite de ſa nature, de ſon origine, de ſa communication en general, & en particulier des chocs des corps, où on ſuppoſe parfaitement ſolides, & des effets, qui doivent reſulter de leurs differens ſituations, & à cette occaſion on examine encore la queſtion du plein & du vuide, & la nature de la reaction*, par M. de CROVSAZ, Groningae 1726. 4. item *Traité des petits Tourbillons de la Matiere ſubtile, où l'on fait voir par les ſeuls effets du choc, que l'univers eſt rempli d'vne matiere très fluide, très agitée & compoſée d'une infinité de Tourbillons de figures ſpheriques, qui produiſent tous les reſſorts de la nature.* Pour ſervir d'introduction à une nouvelle Phyſique, & d'eclairciſſement à la Piece, qui a remporté le prix de l'Academie Royale des Sciences en 1726. par *un Pretre de l'Oratoi-*

## §. IX.

Ex principiis chymicis, phyſicam ſuam Hermeticam titulo *naturae ſanctuarium* editam deduxit HENRICVS NOLLIVS, (*d*) quae

*toire*, Pariſiis 1727. 4. auctorem huius libri P. MAZIERVM eſſe, perhibent. Controuerſiae etiam agitatae ſunt ratione *legum motus* praecipue inter acres mathematicos, excellentiſſimum G. I. s' GRAVESANDE & SAMVELEM CLARCKE, vid. *Remarques ſur la Force des Corps en mouvement, & ſur le Choc; precedées de quelques Reflexions ſur la maniere d'ecrire de Monſieur le Docteur* SAMVEL CLARCKE, *par* G. I. s' GRAVESANDE. vid. quoque *Piece, qui a remporté le Prix de l'Academie royale des Sciences, pour l'année* 1724. Pariſiis 1724. 4. auctore COLIN MAC LAVRIN, Matheſeos Profeſſore in nouo Collegio *Aberdeenſi*. NICOLAVS BERNOVLLIVS *de motu corporum ex percuſſione*, in *Commentariis* Academiae ſcientiarum Imperialis Petropolitanae, Tom. I. ad annum 1726, edit. 1728. 4. Petropoli, diſſerit. In iisdem reperitur quoque perilluſtris GEORGII BERNARDI BÜLFFINGERI diſſ. *de viribus corpori moto inſitis & illorum menſura*, & IOAN. FRID. SCHREIBERI, Regiomontani, *corporis ac motus conſideratio*, inſtituta coram Academia ſcientiarum Petropolitana. 1731. Ceterum operam huic impendit argumento KEILIVS in Introductione in veram Phyſicam Lect. XI. pag. 115. WHISTONVS in Praelect. Phyſ. Meth. Prael. V. pag. 41.

(*d*) vid. ARNOLDI *Kirchen - vnd Ketzer - Hiſtorie* Tom. II. Lib. XVII. Cap. XVIII. §. XXVI. pag. 652.

quae prodiit Francofurti 1619. 8. Ex iisdem (e) profluit IOANNIS BAPTISTAE HELMONTII *phyſica inaudita*, Lugduni 1667. f. quae multa circa principia phyſica atque medica emendat. confer GVIDONIS PATINI *Epiſtol. Gallic. ſelect.* Lib. I. Epiſt. IV. pag. 11. edit. Pariſiis 1692. 8. & vide, quae diximus ſupra Cap. II. §. XIII. IOANNIS d'ESPAGNET vero *enchiridion phyſicae reſtitutae*, quod *Pariſiis* 1625. prodiit, *Rothomagi* 1642. & *Geneuae* 1694. 8. recuſum eſt, breuiter principia Chymicorum phyſica exponit. Recudi illud curauit IOANNES LVDOVICVS HANNEMANTES, titulo *Synopſeos philoſophiae naturalis ſanctioris reſtitutae*, Tubingae 1718. 12. conf. *le Iournal des Sçauans* 1720. M. Martio. IOANNES IOACHIMVS BECHERVS in *phyſica* ſua *ſubterranea*, quae cum ſupplementis duobus prodiit Francofurti 1675. 8. & iterum 1675. ac Halae 1703. recuſa eſt, cauſſas & naturas metallorum ſolide explicat. De ſcriptoribus *phyſico-chymicis*

[e] De THEOPHRASTO PARACELSO vid. REIMANNI *hiſt. litter. German.* Vol. III. p. 551. ſeqq. De OSWALDO CROLLIO eadem l. c. Vol. III. pag. 480. & *Obſeruat. Halenſ.* Tom. VI. pag. 188. ſequ. De aliis quoque l. c. it. MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. I. Cap. XVI. pag. 249. ſequ.

*micis antiquioribus*, ARNOLDO DE VILLA NOVA, cuius *opera* prodierunt Pariſiis 1585. fol. RAIMVNDO LVLLIO, de quo vide cel. BVDDEI diſſ. *an Alchymiſtae in republica ſint tolerandi ?* Halae 1702. §. XIII. pag. 28--33. & BASILIO VALENTINO, conf. cel. STOLLIVM H. E. Tom. II. Cap. IV. §. XXV. ſequ. pag. 538. ſequ. & adde PASCHIVM *de inuentis nou-antiquis* Cap. VI. §. XXIV. pag. 399. & Cap. VII. §. IV. pag. 527. atque OLAVM BORRICHIVM in *conſpectu ſcriptorum chymicorum*, §. XXII. & in diſſ. *de ortu & progreſſu chemiae*, Hafniae 1668. 4.

## §. X.

Neque vero praetereundi heic ſunt ſcriptores, qui phyſicas diuinas Moſaicas aut Chriſtianas dare inſtituerunt (*f*), vide MORHOF.

[*f*] De phyſicis ſcriptoribus, codicem ſacrum, de rebus naturalibus agentem, explicantibus, dicendi hic quoque locus eſt. Hunc ſuſcipere laborem ſuſtinuerunt: GEORGIVS WOLFFGANGVS WEDELIVS in *Exercitationibus medico philologicis*, FRANCISCVS VALLESIVS in libro, *de ſacra philoſophia*, ſiue *de iis, quae ſcripta ſunt phyſice in libris ſacris*, Lugduni 1588. & 1595. in 8. IOANNES DE MEY in *phyſiologia ſacra*, edit. Middelburgi 1661. in 4. VALENTINVS HENRICVS VOGLERVS *de rebus naturalibus ac medicis*

HOF. *Polyh.* Tom. II. Lib. II. Part. I. Cap. III. pag. 158–167. GVNDLINGIVM *hiſt. phil. mor.* Cap. VII. §. I. f) pag. 64. ſequ. STOLLIVM H. E. Tom. II. Cap. IV. §. XXIX. pag. 541. & CHRISTOPH. STEPHANI KAZAVERI diſſ. duas eruditas *de philoſophia Chriſtiana*, Witembergae 1714. lege quoque ſupra Cap. II. §. XI. dicta. (*g*) Pertinent ad hanc caueam CONRADVS ASLACHVS, cuius *Phyſica & Ethica Moſaica* Hanouiae 1613. 8. exſcripta eſt. IOANNES BAIERVS tum in *oſtio ſiue atrio naturae ichnographice delineato, id eſt in fundamentis interpretationis & adminiſtrationis*

*dicis, quarum in S. Scripturis ſit mentio*, Helmſtadii 1682. in 4. IOANNES IACOBVS SCHMIED in *Phyſico biblico*, ſeu *Einleitung zur bibliſchen Natur-Wiſſenſchafft, nach ihren allgemeinen und beſondern Stücken oder Abtheilungen, zur Erkäntniſs und zum rechten Verſtand der heiligen Schrifft, ſo fern dieſelbe von phyſicaliſchen Dingen handelt, in einer deutlichen und ſyſtematiſchen Ordnung vorgetragen, und mit der heutigen gründlichen Philoſophie verglichen*, &c. Lipſ. 1729. in 8. De SCHEVCHZERI *phyſica ſacra* vid. ſupra §. VI. & *den Anhang der Sammlung von alten und neuen theologiſchen Sachen auf das Iahr* 1729. Num. X. f. add. WALCHII *Lexicon philoſ.* ad tit. *Chriſtliche Philoſophie.*

[*g*] Huc facit IOANNIS FRIDERICI WVCHERERI *Hiſtoria creationis, obſeruationibus phyſicis illuſtrata.* Ienae 1729. 4.

*tionis generalibus, ex mundo, mente & scripturis iactis*, tum in *filo Labyrinthi, siue Cynosura aut luce mentium vniuersali, cognoscendis, expendendis & communicandis vniuersis rebus accensa*; vtrumque scriptum Cassouiae 1662. 8. editum est. Io. AMOS COMENIVS, qui praeter illa, quae in reliquis scriptis philosophicis hanc in rem dixerat, *physicam* scripsit *ad lumen diuinum reformatam*, Amstelod. 1632. & 1663. 12. IOACHIMVS LANGIVS, qui edidit *theses physicas Comenianas ad lumen diuinum reformatas*, Berolini 1702. 8. EDMVNDVS DICKINSON quoque ob *physicam veterem & nouam*, Londini 1702. 4. Roterodami 1703. 4. & Leoburgi 1705. 12. locum heic tenet. (*b*) NEHE-

[*b*] DICKINSONO accensemus Guthmannum, Franckenbergium, Kuhlmannum, Boehmium, de his superiora pag. 96. a nobis notata dicta sunto. Ceterum Londini 1644. prodiit *The Life of one Iacob Boehmen, who although he were a very mean man, yet wrote the most wonderfull deepe Knowledge in natural and divine things, wherein is contained a perfect Catalogue of his works*, in quo libro anonymus auctor benigno in Boehmium animo se adfectum esse, testatur abunde. Eiusmodi scriptoribus addimus vnice iudicium Venerabilis Doctoris Parisiensis, nimirum HOLDENII, quod ita sese habet: *Qui Physicas, Mathematicas, Astrologicas, aut alterius cuiusuis scientiae philosophicae veritates ex sacrae scripturae locis obiter*

HEMIAS GREW vulgauit libros quin-
*Cosmologiae ſacrae, or a diſcourſe of the Vni-*
*ſe*, (*hh*) Londin. 1702. fol. Io. DE MEYEN
icinnauit *phyſicam diuinam*, Delphis 1704.
editam. OTTO CASMANNVS tam
)pter *Cosmopoeam Chriſtianam*, quam pro-
r alia ſua ſcripta, a venerando BVDDEO
rrata in *hiſtor. philoſ. Ebraeorum*, §. XXXVI.
.315. ſequ. ad hanc claſſem referendus eſt.
que ſilendus denique ROBERTVS
VDD ſiue DE FLVCTIBVS, *cuius Phy-*
*Moſaica* Goudae 1638. fol. & alibi excuſa
Non idem vero his, quos nominaui-
is, viris inſtitutum eſt; alii enim phyſi-
n ex ſ. ſcriptura illuſtrare tantum in ani-
mo

*ter inſertis, & iuxta vulgi loquelam expreſſis, tradere vellet, & Theologo & Philoſopho indignum ageret.*

] Diuinorum oraculorum, quae in ſacris paginis enarrantur, veritatem & fidem adſtruere in hoc opere adlaborauit Grewius; eo magis, quoniam atheismi notam turpiſſimam naturalis philoſophiae doctoribus pluribus inuſtam eſſe, obſeruauit; verum enim vero eiusmodi tuetur opiniones, quae non ſine diſcrimine cauſſae, quam agit, admitti poſſunt. Mundum e. c. vocat ſubſtantiam viuentem. Conf. CLERICVS *Bibliotheque Choiſie* Tom. II. Articulo XIII. pag. 352. Tom. III. Art. V. pag. 278. Tom. V. Artic. IV. pag. 283.

mo habuerunt, neque adeo rationis vſum abiecerunt, vti *Aslachus*; alii contra vnice ex diuinioribus litteris, repudiato ſanae rationis miniſterio, in phyſicis ſapere voluerunt, quod *Baierus*, *Comenius*, *Fluddus* (*i*) aliique fecerunt. Quibus addi poſſunt tres *anonymi*, quorum vnus *Eſſays de Phyſique prouvés*

[*i*] Lucem & tenebras, & ſpiritum ſeu aetherem, naturae eſſe veriſſima elementa, Fluddus arbitrabatur; formam lucem, materiam tenebras vocans, illi actionem, huic paſſionem vnice adſcribebat. Quam ieiunae fuerint concluſiones inde illatae, vel inde conſtat, quod lucem modo mundi animam, modo Deum, modo formam dixerit. Longius vero & operoſe haud conquiram opiniones, quae ſpisſis immerſae ſunt tenebris. Quod reliquum eſt, raritate ſe commendat eiusdem Fluddi liber, cui titulus: *Tractatus Theologo-Philoſophicus L. I. de vita II. de morte III. de reſurrectione. Inſeruntur nonnulla ſapientiae veteris Adami, infortunio ſuperſtitis, fragmenta. Auctore* RVDOLFO OTREB, *Anglo. Oppenheimii. Hier. Gallerus* Typogr. *Theod. de Bry Biblioph.* Eodem enim nomine tectus pro Roſaecrucianis apologiam Leidae edidit. Conf. BAILLET *auteurs deguiſés* Opp. Tom. V. pag. 334. CELSPIRIVS de *Anagrammatismo* pag. 96. In iſto autem libro pronunciat, effectus carnalis concupiſcentiae eſſe cauſſam lapſus Adami. Indeque elucet, notiſſimum Beuerlandum ex OTREB hauſiſſe impiam atque impudicam hypotheſin ſuam. Legantur M. AVGVSTI BEYERI *memoriae Hiſtorico-Criticae librorum rariorum* edit. Dresdae & Lipſiae 1734. pag. 31. ſequ.

*prouvés par l' Experience & confirmés par l' Ecriture ſainte, à Paris* 1684. 8. conſcripſit, vid. *Act. Erudit.* 1685. pag. 496. alter vero *Moyſe eclairci, Amſtel.* 1707. 12. edidit, lege *Act. Erudit. german.* Tom. VII. pag. 549. Tertius denique *le Monde naiſſant, ou la Creation du monde demonſtrée par des principes tres ſimples & tres conformes à l' hiſtoire de Moyſe, à Vtrecht* 1686. 8. vulgauit. vide cl. KAZAVERI diſſ. allegat. I. §. XIII. pag. 20. Praeſtantior his eſt LAMBERTI DANAEI *Phyſica Chriſtiana,* ſiue *Chriſtiana de rerum creatarum origine & vſu diſputatio,* Geneuae 1580. 8. cui poſt biennium addita eſt pars altera, *de rerum creatarum natura.* Ex recentiorum phyſicorum claſſe iure quodam ſuo huc referendus eſt IOAN. RAYVS, Anglus cel. cuius liber praeſtantiſſimus, *the Wisdom of God manifeſted in the Works of the Creation,* Londini 1722. 8. octauum prodiit, a CALVOERIO in vernaculam transfuſus. (*ii*) De RVDIGERI atque WVCHERERI *phyſicis diuinis* §. VI. huius capitis dicitur.

§. XI.

[*ii*] In Batauorum vernaculam quoque verſus Amſtelodami 1732. Nouam germanicam editionem THEODORVS ARNOLDVS exhibuit Lipſiae 1732. 8.

## §. XI.

Fuere tamen alii quoque, qui certas phyſices tantum partes rationibus vel experimentis comprobarunt. (*k*) Nobilior pars tractationis phyſicae eſt *de anima*. (*l*) Tacemus iam MELANCHTHONIS, Witembergae 1549. 8. SCHEIBLERI, Marpurgi 1654. 4. PICCOLOMINI & ſimilium, ſcripta *de anima*, hodie abolita; quo etiam ſpectant (*m*) CHRISTOPHORI MARCELLI *vniuerſalis de anima traditionis opus*, Venet. 1508. fol. VITI AMMERBACHII *de anima* Lib. IV. Argentorati 1542. 8. Refer huc etiam ex Carteſianis LVD. DE LA FORGE *traité de l' Eſprit de l' homme, à Paris* 1666. 4. in latinum ſermonem translatum *Amſtel.* 1669. 4. ſaepiusque editum. Recentior atque vtilior longe eſt tractatus de CORDEMOY, *le diſcernement du corps & de l' ame, à Paris* 1666. 12. qui

[*k*] Vid. REIMANNI *hiſt. litter.* Vol. I. pag. 61. DE ROHR in *der phyſicaliſchen Bibliothec.*

[*l*] Differit auctor ex mente veterum, noſtra enim aetate corpora obiectum Phyſicae vnice conſtituunt.

[*m*] Spectat eo non minus CREMONINVS Italus quidam, in libro rariſſimo, quem vocauit: *Illuſtres de anima contemplationes*, de quo lege *Recueil de Litterature, de Philoſophie, & d' hiſtoire* pag. 31. edit. Amſtelodami 1730. in 12.

qui tractatus poſtea ſub titulo: *de corporis & mentis diſtinctione*, in latinum translatus, prodiit Geneuae 1679. 12. Idem de celeb. Io. PETRI DE CROVSAZ diſſ. gallica, *de mente humana, ſubſtantia a corpore diſtincta & immortali*, Groningae 1726. 12. pronunciandum eſt. Inter Patres Eccleſiae TERTVLLIANVS ſingularem librum *de anima* ſcripſit. AVGVSTINI de anima ſententiam MICHAEL ANGELVS FARDELLA, Siculus eruditus, illuſtrauit in libro, quem inſcripſit, *animae humanae natura, ab Auguſtino detecta in libris de animae quantitate, decimo de Trinitate, & de animae immortalitate*, (*n*) Venetiis 1698. 4. Ceterum

[*n*] Animae immortalitatem negarunt varii. COWARDI librum *de mortalitate animae*, de quo *les Nouvelles de la Rep. des lettres* 1702. pag. 469. agunt, erudite refellit M. IACOBVS STAALKOPFIVS ſ. t. *Placita philoſophica Guilielmi Cowardi*, Gryphiswald. 1708. 4. Cui accingimus *Three Dialogues between Hylas and Philonous, by* GEORGE BERKELEY. M. A. *Fellow of the Trinity Colledge at Dublin.* Londini 1725. 8. vid. etiam *Acta erudit.* Menſe Aug. 1727. Anonymi *Ernſtliche Vnterſuchung vom Ort vnd Zuſtand vnd Leben der Seele nach dem Tode*, 1725. 8. Add. VINC. PLACCII *gründlicher Beweiſs von der Seelen Vnſterblichkeit aus dem bloſſen Lichte der Natur abgefaſſet* 1685. 8. Bene multae reperiuntur in *Faſciculo rariorum ac curioſorum tractatuum theologicorum* quaeſtiones de animae poſt mortem ſtatu, loco, immortalitate. &c. Francof. 1692. 8. in

terum hiſtoriam doctrinae de anima M. CHRISTIAN. AVG. SALIG in diſſ. hiſtorico-philoſophico-litteraria, qua *philoſophumena veterum & recentiorum de anima & eius immortalitate* ediſſeruntur, Halae 1714. 4. & ven.

8. in duabus partibus. *Free Thoughts concerning Souls, in four Eſſays.* I. Agitur de animae humanae natura. II. De anima in reſpectu & comparatione cum brutis. III. De praeexiſtentia animae vulgo credita. IV. De futuro animae ſtatu. Subnexae quoque ſunt cogitationes *de creatione*, Lond. 1733. 8. Auctorem Angli dicunt COLLIBERVM. Quam maxime vero LVDOVICI PHILIPPI THÜMMIGII diſſertationem *de immortalitate animae*, ex intima eius natura demonſtrata. Halae 1721. praedicamus; nec non excellentiſſimum I. TH. CANZIVM de *vſu Philoſophiae Leibnitianae & Wolfianae in Theologia* Tom. I. pag. 260. Alios ſcriptores bene multos exhibet Io. ALBERTVS FABRICIVS in ſyllabo ſcriptorum de veritate religionis chriſtianae, Cap. XVIII. pag. 421. Animae *facultas diuinandi* a nonnullis quoque fuit adſcripta, ad labefactandam vaticiniorum, quibus Chriſtianorum ſacra nituntur, praeſtantiam; ad vindicandam igitur rei veritatem hoc de argumento duas conſcripſi diſſertationes, quarum altera 1734. in Academia Halenſi typis fuit excuſa, altera ibidem 1735. ac publico expoſita vtraque fuit eruditorum examini; addidimus tertiam de *Scholis prophetarum*, habitam Gottingae 1737. in qua idem argumentum fuſius deducitur. De *apparitionibus* animarum vid. *Lettres de* M. *de* SAL. . . . *Medecin à M. l' Abbé de* M. D. L. *ou diſſertation critique ſur l' apparition des Eſprits*, Pariſiis 1731. 8.

ven. IOACHIMVS OPORINVS *in hiſtoria critica de animi humani perennitate*, qua barbarorum, Graecorum, Romanorumque ſententiae & opiniones de hoc argumento recenſentur atque diiudicantur, *Kiliae* 1719. 4. & *Hamburgi* 1735. 8. egregie illuſtrant. Functiones animae optime explicauit DANIEL DVNCAN in tractatu ſuo, quem inſcripſit *explication nouvelle & mechanique des actions animales*, *à Paris* 1678. 12. in quo, vt eo melius proficiat, cerebrum quoque hominis tanquam ſedem animae examinat. (*o*) Taceamus iam celebrem

[*o*] Celeberrimus BORRI in epiſtola ad Bartholinum data, ſubtilem liquorem quendam in cerebro ſedem animae eſſe aſſerit, cuiusmodi craſſae hypotheſes, quum rationis principiis primis repugnent, nullam requirunt reſponſionem. Ne dicam de Carteſio, qui animam in glandula pineali deliteſcere, fingit; multo minus de iudaeis, quorum nonnulli ſedem animae opinantur in *naſo* eſſe, id ipſum probaturi ex Geneſ. VII. 22. vide WAGENSEILII *Sota*. Egregie fallentes ſententias veterum plures collegit PAMELIVS in *Obſeruationibus in Tertulliani opera pag.* 416. Remittimus lectorem ad praeclariſſimi CHRISTIANI GABRIELIS FISCHERI libellum: *Quaeſtio philoſophica, an ſpiritus ſit in loco? ex principiis rationis ſcientifice reſoluta, cuius occaſione plurimae ideae obſcuriſſimae e. g. Spiritus, ſpatii, loci, praeſentiae, omnipraeſentiae &c. accuratius euoluuntur; ſpirituumque exiſtentia, dependentia a ſummo ſtatuitur, multum denique controuerſiarum intri-*

lebrem olim controuerſiam *de traduce*, ſeu propagatione animae, quae inter SPERLINGIVM & ZEISOLDVM fuit diſceptata, hodie abolitam. (*p*) Nuper tamen eandem quaeſtionem iterum indagauit BARTHOLOMAEVS CORTE *in epiſtola* ſua ad *Alfonſum Lodi* ſcripta, atque edita 1702. 8. *de tempore, quo anima rationalis foetui infundi ſoleat?* in qua contra ſententiam, ab Eccleſia Romana receptam, defendit, eo ipſo tempore, quo in ouulo viuere incipiat foetus humanus, fieri animae rationalis cum corpore intimam connexionem. *Controuerſias de anima recentiores*

*tricatiſſimarum, puta de ſpatio & loco Dei, de animae ortu, ſedè, ſtatu poſt mortem, ſumma tangitur.* Regiomonti 1723. in 4.

[*p*] Illuſtris BVLFINGERVS in *Dilucidationibus* pag. 108. GEORGIVS MEYER in *Pneumat.* pag. 538. ſqq. CANZIVS l. c. pag. 287. de animi origine videantur pluribus. Leibnizii explicatio ortus iſtius praecipua ſe commendat probabilitate, quoniam animalculorum ſpermaticorum exiſtentia abunde probata fuit. Vid. LEEVWENHOECK in *continuat. arcan. nat.* Ep. CXIII. pag. 59. HARTSOEKER in *tentamine Dioptricae*, & in *Suites des Conjectures Phyſiques* ſupra citatis. Libro I. Diſc. VII. pag. 105. ſqq. HVGENIVS in *Dioptrica* Prop. 49. pag. 228. WOLFIVS Phyſ. Experiment. Tom. III. §. 99. pag. 445. ſqq. SCHVRIGII *Spermatologia* Cap. I. pag. 27. BOERHAAVE in *Inſtitutionibus medicis* pag. 153. 342. edit. Lugduni Bat. 1734.

*tiores* libello Academico ſatis prolixo expoſuit b. Io. HERMANNVS AB ELSWICH, *Vitemb.* 1717. 4. *De traduce* lege b. IACOBI THOMASII diſſ. *de origine animae*, *Lipſiae* olim habitam, & *Halae* 1724. 4. recuſam, in qua vir doctiſſimus hiſtoriam atque ſummam huius controuerſiae dilucide expoſuit, quin immo integram hiſtoriam dogmaticam doctrinae huius nobiliſſimae, ab antiquiſſimis temporibus deriuatam, tradidit. Lege & Io. CASP. GÜNTHERI diſſ. hiſtorico-dogmaticam *de anima*, *qua ortum concernit*, *vbi aliorum ſententiis hiſtorice recenſitis*, *noua*, *quae media dicitur*, *exhibetur*, Lipſ. 1720. 4. CHRISTOPHORI, CHRISTOPHORI fil. SANDII liber *de animae origine* ſingularis, (*pp*) *Cosmopoli apud Libertum Pacificum* 1671. 8. ſtabiliendae praeexiſtentiae animarum gratia conſcriptus, praeter IACOB. THOMASIVM in *oratione de animarum humanarum praeexſiſtentia*, Lipſiae 1674. 8. a non paucis Theologorum refutatus eſt. vid. cel. CHRISTOPH. MATTH. PFAF-

[*pp*] Idem SANDIVS in *Exercitat. Paradox.* in IV. Euangel. pag. 145. congeſſit ſententias patrum multorum de anima; vt & MOLINAEVS de *poenitentia & clauibus* Lib. VII. Cap. IX. pag. 447. ſqq. VOETIVS Part. V. Diſp. pag. 553. ſqq. SIXTVS SENENSIS *Biblioth.* S. L. VI. pag. 345; POIRETVS in *poſtumis* pag. 612. ſqq.

PFAFFII *hiſt. Theol. litter.* Libr. II. §. X. pag. 322. ſequ. & BALTHASAR BEBELIVS in exercitatione theologica aduerſus praeexiſtentiam animarum, Argentorati 1675. 8. (*q*).

## §. XII.

## De homine (*r*) ſcriptores haud pauci exſtant.

[*q*] Wolfii de anima praeceptiones ſupra Cap. IV. §. XII. p. 308, 312. ſqq. attigimus. Variae & multiplices agitatae ſunt noſtra praeſertim aetate, controuerſiae, de hac parte hominis praecipua, quas illuſtrant tam defenſores quam aduerſarii Wolfii, quorum ſegetem copioſam collegit laudatus a nobis CAROLVS GVNTHERVS LVDOVICI in Hiſtoria Philoſophiae Wolfianae Cap. XIV. & alibi. Inter paucos commendandae ſunt BÜLFINGERI *Dilucidationes* ſupra citatae, & eiusdem Commentatio hypothetica de *Harmonia animi & corporis humani maxime praeſtabilita ex mente illuſtris Leibnizii, edit.* Tubingae 1721. & iterum Francofurti & Lipſiae 1735, reuiſa variisque in locis aucta. Maxime venerandi viri, fautoris, atque amici noſtri veriſſimi GEORGII HENRICI RIEBOVII *Fernere Erläuterung der vernünfftigen Gedancken des Herrn Hoff-Rath Wolffens von GOtt, der Welt, vnd der Seele des Menſchen, auch allen Dingen überhaupt, wie auch einiger Puncte aus der Sitten-Lehre, darinnen inſonderheit gezeiget wird, daſs die bey ihm von Herrn D. Langen angefochtenen Puncte mit den Lehren der reineſten Theologorum der Euangeliſchen Kirche übereinkommen.* Francofurti & Lipſiae 1726, in 8.

[*r*] Hippocrates, Democritus, Ariſtoteles, Galenus & alii,

ſtant. Plures ſunt ex antiquis, quos tamen reticemus. Aeſtimata fuit olim IOANNIS SPERLINGII *anthropologia phyſica*, Witemb. 1647. & ſaepius ibidem (*rr*) excuſa. Io. BENEDICTI SINIBALDI *Geneanthropiam, Romae* 1642. fol. laudat MORHOF. *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. II. Cap. XLVII. pag. 444. RENATI CARTESII *de homine* tractatus Amſtelod. 1664. & 1677. 4. prodiit, a LVDOVICO DE LA FORGE notis perpetuis illuſtratus.

alii, neceſſitatem anthropologiae, ſiue anatomiae recte animo ſecum reputarunt, nihilominus fatum interrupit incrementum ſtudii vtiliſſimi. Seculo tandem XVI. efflorescere coepit, quum antea imperante Carolo V. anceps videretur quaeſtio, an ſalua conſcientia, legumque ſanctimoniae conuenienter, cadauera ſecari poſſent. Vid. BOYLE *Vſefulneſs of Philoſophy*. Non multo poſt autem CARPVS, FERNELIVS, SYLVIVS, FALLOPIVS, EVSTACHIVS, FABRICIVS, PAREVS, BAVHINVS, & alii innumeri, fauſtis auſpiciis in adyta penetrarunt artis nobiliſſimae.

[*rr*] *Phyſicas inſtitutiones* Sperlingius etiam concinnauit Wittebergae 1639. 1669. 1672. in 8. editas. *Synopſis* earundem 1656. 12. itidem Wittebergae, & Halae 1684. 12. prodiit. *Exercitationes Phyſicae* autem Wittebergae 1663. 8. impreſſae ſunt. De *formatione hominis in vtero* libellum typis exſcribi curauit Wittebergae 1641. 1655. 1661. 1672. 8. *Corpologia Phyſica poſthuma* obſtetricante GEORG. CASP. KIRCHMAIERO ib. 1668. 8. emiſſa eſt in lucem.

ſtratus. (*rrr*) Eiusdem principia ſectatur HENRICVS GERARDVS HERFELDVS, cuius *philoſophia hominis de corporis humani machina, deque centro, nobili ſede, ſeu vinculo mentis* tractans, confirmata obſeruationibus anatomicis *Williſii, Bartholini,* (*s*) *Malpighii, Fracaſſati,*

[*rrr*] Nouiſſima editio prodiit ſub titulo: *l' homme de* RENE DES CARTES; *& la formation du Foetus, avec les Remarques de* LOVIS DE LA FORGE, *nouvelle edition revûe, corrigée & remiſe en meilleur ordre.* 1729. 12.

[*s*] THOMAE BARTHOLINI *Inſtitutiones corporis humani, vtriusque ſexus hiſtoriam & declarationem exhibentes, cum figuris,* Lugd. Bat. 1641. 8. PHILIPPI VERHEYEN *Anatomia corporis humani,* Bruxellis 1710. 4. LAVRENT. HEISTERI *Compendium,* Altorf. 1717. auctius ib. 1719. 8. & denuo emendatius 1722. 8. & 1727. 8. In Anglicanam linguam verſum Londini 1727. 8. laudant, quotquot iniquo partium ſtudio non ducuntur. Eidem debemus *Inſtitutiones Chirurgicas,* in quibus, quidquid ad rem chirurgicam pertinet, optima & nouiſſima ratione pertractatur, atque in tabulis multis aeneis, praeſtantiſſima, ac maxime neceſſaria inſtrumenta, itemque artificia ſiue enchireſes praecipuae & vincturae chirurgicae repraeſentantur. Opus triginta annorum, nunc demum poſt aliquot editiones, Germanica lingua euulgatas, in exterorum gratiam latine publicatum. Amſtelodami 1739. Conf. *Göttingiſche Zeitungen von gelehrten Sachen* Num. XXXVIII. pag. 330. ſequ. *Expoſition de la Structure du corps humain par* IACQVES BENIGNE WINSLOW. Pariſiis 1730. etiam adridet bene multis, conf.

*caſſati*, *Haruaei*, aliorumque edita *Amſtelod.* 1685. 8. (*t*) Poſt hunc prodiit THEODORI CRAANEN tractatus phyſico medicus *de homine*, Lugduni Batauorum 1689. 4. Auctoris potiſſimum eſt inſtitutum, mechanismum ſtatus humani demonſtrare, id quod etiam ex recentiorum aeque ac antiquorum principiis haud male demonſtrauit. Paragraphen in eundem ſcripſit DAVID GRAEBNERVS in *medicina veteri reſtituta*, quae Lipſiae 1695. 4. prodiit, in qua demonſtrare voluit, noua non eſſe, quae *Craanen* propoſuit, ſed vel ex Hippocratis vel Galeni ſcriptis depromta. FRANCISCI TIDICAEI exſtat *Humanitatis Horizon*, ſeu *conformata hominis cum*

conf. M. *Nouemb. Iournal des Sçauans* 1732. DRAKEI & KEILII merita omnibus exploratа, miſſa facimus. Haud ita pridem denique exarata eſt: *Anatomia compendioſa, i noches Anatomicas, por el Dr.* D. MARTIN MARTINEZ. Madriti 1717. 4. Eiusdem *medicina ſceptica, i Cirurgia moderna, con un tratado de operationes Quirurgicas*, duobus Tomis comprehenſa in 4. prodiit Madriti 1727. & *Anatomia completa del Hombre con todos los hallazgos, nueuas dotrinas, i obſeruationes raras haſta el tiompo preſente, i muchas aduertencias neceſſarias para la Cirugia ſegun el metodo con que ſe explica en nueſtro Theatro de Madrid, por el Dr.* MARTIN MARTINEZ. 1728. 4.

[*t*] vid. *Act. erudit.* A. 1686. pag. 602. ſequ.

*cum mundo commendatio*, Lipſiae 1638. 4. Noti etiam ſunt libri tres *diſceptationum philoſophicarum de quaeſtionibus logicis & phyſicis* inter *Fr. Tidicaeum & Io. Cramerum*, Profeſſores Lipſienſes, agitatarum, Marpurgi 1590. 8. Noſtro aeuo Io. GODOFREDI BERGERI *phyſiologia medica, ſiue de natura humana liber bipartitus*, Witenb. 1701. 4. (*tt*) commendatur. De circulatione ſanguinis & Medici agunt in ſcriptis ſuis phyſiologicis & Phyſici. (*ttt*) Quo

[*tt*] Recuſa fuit illuſtris huius viri phyſiologia medica Francofurti 1738. 4. Conf. *Acta Eruditorum* A. 1701. pag. 492. ſqq. IOANNES GODOFREDVS BRENDELIVS, artis ſalutaris apud nos Profeſſor experientiſſimus & celeberrimus, nouam eius parat editionem, luculentis atque egregiis plane acceſſionibus adornandam; quarum nonnullas beatus Bergerus litteris conſignatas nepoti digniſſimo reliquit; plures autem proprio marte hic ipſe concinnabit.

[*ttt*] Circulationem ſanguinis in homine primus detexit GVILIELMVS HARVAEVS anno 1628. eamque expoſuit in *exercitatione de circulatione ſanguinis motuque cordis*, 1628. 4. impreſſo. IANSON AB ALMELOVEEN quidem in libro *of new inventions* 1684. edito, varia ex Hippocrate loca adfert, quibus euincere ſtudet, eam Hippocrati fuiſſe exploratam. Chinenſium medicos etiam de iſta inieciſſe abhinc quingentis annis mentionem, perhibent. Vid. WALAEVS in *Ep. ad Bartholinum*. BERN. GENGA autem, verum inuentorem adpellat FRA. PAOLO SARPIVM; a Sarpio

Quo faciunt *Recentiorum diſceptationes aliquot de motu cordis*, (*uu*) *ſanguinis & chyli in animalibus*, Lugduni Batauorum 1647. 4. coniunctim editae. In his continentur GVILIELMI HARVAEI *de motu cordis & ſanguinis exercitatio anatomica*, cum refutationibus AEMILII PARISINI & IACOBI PRIMEROSII, aliaque. (*v*)

## §. XIII.

Alii ſe in deſcribenda hiſtoria animalium exercuerunt. (*w*) Exſtat ARISTOTELIS *de*

pio edoctum fuiſſe FAB. AB AQVAPENDENTE, perhibet, atque ab hoc Haruaeum, auſpiciis Aquapendentis operam tunc temporis impendentem medicae arti, Paduae.

[*uu*] Seculi huius anno XXXIII. prodiit *An Anatomy of the Heart, and of the Circulation of the Blood* by W. WOOD. conferenda.

[*v*] Viri experientiſſimi IOANNES MANGET & DANIEL CLERC *Bibliothecam Anatomicam* compoſuerunt, Geneuae 1699. II. Vol. fol. a lectoribus eo magis conſulendam, quia, inuenta ſingula, diligentia ſingulari & pari fide in ea enarrantur, figuris additis aeneis.

[*w*] Hunc & ſequentem §phum illuſtrant GERHARDI BLASII *anatomia terreſtrium animalium, volatilium, aquatilium, ſerpentum, inſectorum.* &c. Amſtelodami 1687. 4. cum figuris. T. S. I. F. *curioſitates philoſophicae, ſiue de principiis rerum naturalium diſſertatio ſelecta*, in qua noua me-

*de animalibus exteris* fragmentum hiſtoriae animalium, in quod commentatus fuit IVLIVS

thodo de generatione hominum, animalium, arborum, plantarum, itemque de cauſſis frigoris, ventorum, tonitru, fulminis &c. tractatur, cum figuris aeneis. Londini 1713. 4. 2. alphab. ANTONII a LEEVWENHOEK *epiſtolae phyſiologicae ſuper compluribus naturae arcanis*, vbi variorum animalium atque plantarum fabrica, conformatio, proprietates atque operationes, nouis & hactenus inobſeruatis experimentis illuſtrantur, &c. Delphis 1719. 4. vid. CLERC *biblioth. anc. & moderne* Tom. XI. pag. 418. *Lettres philoſophiques ſur la formation des Sels, & des Criſtaux, & ſur la generation & le mechaniſme organique des Plantes & des Animaux, à l'occaſion de la Pierre Belemnite & de la Pierre Lenticulaire, avec un memoire ſur la Theorie de la Terre* par Mr. BOVRGVET. 1729. 12. Vix quisquam ſyſtema omne huius auctoris probabit, multa tamen continent epiſtolae illae lectu digna. Inſtar omnium commendanda *Locupletiſſimi rerum naturalium theſauri accurata deſcriptio & iconibus artificioſiſſimis expreſſio*, per vniuerſam phyſices hiſtoriam opus, cui in hoc rerum genere nullum par exiſtit. Ex toto terrarum orbe collegit, digeſſit, deſcripſit & depingendum curauit ALBERTVS SEBA, Etzela Oſtfriſius, Academiae Caeſareae Leopoldino-Carolinae naturae curioſorum collega, *Xenocrates* dictus, Societatis regiae Anglicanae &c. ſodalis, Amſtelodami, Tom. I. in folio prodiit 1734. Tomus II. 1735. Inter antiquos MANVELIS PHILE opus *de animalium proprietate* hic eſt memorandum, etſi auctor erroribus multis in eo ducitur; verſibus graecis continetur, & ab ARSENIO fuit emiſſum. Haud ita pridem etiam

LIVS CAESAR SCALIGER, Toloſae 1619. f. Exſtant quoque hac in parte ſcripta Io. IONSTONI, (x) *hiſtoria* quidem *naturalis de quadrupedibus*, Francof. 1652. f. *hiſtoria naturalis de piſcibus & cetis, Francofurti* 1649. f. *hiſtoria naturalis de auibus*, Francof. 1650. f. CONRADI GESNERI *hiſtoria animalium*, quae Tiguri 1551. f. libris quinque prodiit. Huic praeferenda ſunt ſcripta VLYSSIS ALDROVANDI, *ornithologia, de piſcibus & cetis, de animalibus*

etiam a I. C. PAW, Vltraiecti 1729. 4. Hic editor multas adiecit notas & caſtigationes, vt & Bersmanni verſionem latinam. In adornando hoc libro prae ceteris codice vſus fuit MS. Oxonienſi, vid. *Nieder-Sächſiſche Neue Zeitungen von gelehrten Sachen auf das Jahr* 1730. edit. Hamburgi 1730. in 8. pag. 52. ſequ.

[x] *Theatrum vniuerſale omnium animalium, piſcium, auium, quadrupedum exſanguium, aquaticorum, inſectorum exſanguium*, 260. tabulis ornatum &c. a. Io. IONSTONO collectum, auctum ab HENRICO RVYSCH, Medico Amſtelod. ſex partibus. duobus tomis comprehenſum prodiit, Amſtelod. 1718. vid. CLERC. *biblioth. anc. & mod.* Tom. X. pag. 410. Et quid maioris iam pretii eſſe poteſt REAVMVRII, acerrimi naturae indagatoris, operibus. Exſtant eius *memoires pour ſervir à l'hiſtoire des Inſectes*, quarum Tomus primus *ſur les Chenilles & ſur les Papillons* Pariſiis 1734. in 4. publicae luci eſt expoſitus, quem plures partim exceperunt partim excepturi ſunt. Quartum nimirum Tomum exire e prelo paſſus eſt 1738. Vid. *Iournal des Sçavans Iuin* 1739. Num. VI. pag. 238. ſqq.

*malibus inſectis, de animalibus exſanguibus, de quadrupedibus, ſolidipedibus* & alia, quae Bononiae primum edita, poſt Francofurti recuſa, licet Bononienſis editio ſplendidior non ſolum ſit, ſed etiam accuratior. Hic enim non ſolum phyſice hiſtoriam animalium tractat, ſed etiam ex hiſtoriis, fabulis atque moralibus eandem illuſtrat. Pertinènt huc etiam CLAVDII AELIANI *de hiſtoria animalium libri* XVII. Colon. Allobrog. 1616. 8. excuſi, ſaepiusque alibi. conf. eruditam VALENTINI HERMANNI THRYLLITII obſeruationem *de Aelianorum, quorum monumenta ſuperſunt, aetatibus*, in *Miſcellan. Lipſienſ.* Tom. IV. Obſeru. LXXXI. pag. 120. ſequ. De *motu animalium* IOANNES ALPHONSVS BORELLVS Romae 1680. 4. librum ſcripſit plane egregium, (*xx*) poſt mortem auctoris, auſpi-

[*xx*] Pendeo animi, quid prius laudem, ſiue aduertam mentem ad ακρίβειαν illud diſquiſitionis PERRAVLTII Tomo III. *Oeuvres diverſes de Phyſique & de mechanique*, ſiue ad ſummam ingenii vim viri huius, quippe qui pereleganter primo de organis ſenſoriis animalium, ſecundo de motu animalium, tertio de generatione & nutritione eorundem diſſeruit. Add. KEIL *in Tentam. Phyſ. Med.* & Io. TH. BRINII *Bergomenſis* I. C. Philoſ. & Medici, *de Spiritibus animalibus, deque iis praecipue quae iisdem attributa, in animantibus, ſiue ſanis, ſiue morboſis contingunt*, Inqui-

auſpiciis CHRISTINAE reginae Sueciae, prelo ſubiectum a CAROLO IOANNE A IESV. (*y*) *Piſcium & aquatilium hiſtoriam* perduxit GVILIELMVS RONDELETIVS, Londini 1544. fol. Melior tamen adhuc eſt FRANCISCI WILLVGBEII *hiſtoria piſcium*, quae cura *Ioannis Rayi* (*z*) prodiit Oxo-

Inquiſitio Phyſico-Medica. Patau. 1729. 4. Doctiſſimus LANGRISH in *new Eſſay on Muſcular motion* edit. Londini 1733. qui motum ad mentem Newtoni explicat ſigillatim; vt & IACOBVS DOVGLAS in *deſcriptione comparata muſculorum ſorporis humani & quadrupedis* Lugd. 1728. in 8. edit. a Io. FRIDERICO SCHREIBERO, variis ſcientiis praeclare imbuto.

[*y*] Pars II. ibidem prodiit 1681. 4. conf. *Acta erudit.* A. 1682. pag. 351. ſeqq. 1683. pag. 32. ſequ. & pag. 63. ſequ.

[*z*] WILLVGHBEII de hiſtoria piſcium libri IV. auſpiciis ſocietatis regiae Londinenſis editi; in quibus non tantum de piſcibus in genere agitur, ſed & ſpecies omnes tum ab aliis traditae, tum nouae & nondum cognitae bene multae, naturae ductum ſeruante methodo diſpoſitae, accurate deſcribuntur, earumque effigies, quotquot haberi potuere, vel ad viuum delineatae, vel ad optima exemplaria impreſſa, artificis manu elegantiſſime in aes inciſae ad deſcriptiones illuſtrandas exhibentur. Totum opus recognouit, coaptauit, ſuppleuit, librum etiam I. & II. integros adiecit Rayus; hic in praefatione quoque honorifice de iis ſentit, qui obſeruationes ei communicarunt memorabiles. Conf. *Nouvelles de la Republique des Lettres* menſe Iun. 1686. Artic. IX.

Oxonii 1686. e theatro Sheldoniano f. atque hodie praecipua habetur. (*a*) Exſtat quoque ipſius IOANNIS RAYI *Synopſis methodica auium & piſcium*, opus poſthumum, *Lond.* 1713. 8. WOLFFGANGI FRANTZII *hiſtoriam animalium* Witeb. 1659. 12. cum commentariis & ſupplementis edidit IOANNES CYPRIANI, Lipſiae 1704. 4. quae non inelegans eſt, & ſtudioſis Theologiae adprime vtilis. Licet SAMVELIS BOCHARTI *Hierozoicon* ſit praeſtantius, vtpote in quo de animalibus, quorum in S. Scriptura fit mentio, agit, Londini 1663. f. & Francofurti ad Moenum 1675. f. Multa tamen transſumſiſſe videtur ex IOANNIS BVSTAMANTINI tomis duobus *de animalibus ſacrae ſcripturae*, *Compluti* 1595. 4. Lugduni 1620. 8. Continua-

[*a*] Certe pluris, quam ceteros facimus PETRI ARTEDI, Sueci Medici, *Ichthyologiam*, ſiue opera omnia de piſcibus, ſcilicet Bibliothecam ichthyologicam, philoſophiam ichthyologicam, genera piſcium, ſynonyma ſpecierum, deſcriptiones ſpecierum, omnia in hoc genere perfectiora, quam antea vlla: Poſtuma, vindicauit, recognouit, coaptauit & edidit praeclarus CAROLVS LINNAEVS, M. D. Acad. Imper. N. C. C. Lugduni Bat. 1738. in 8. Conf. *Bibliotheque Germanique* Tom. XLV. Artic. VII. pag. 143. ſqq. Celeberrimi Io. ERN. HEBENSTREITII programma *de organis piſcium externis* merito ad-

nuauit Bochartum IOANNES HENRICVS MAIVS in tractatu ſuo *de hiſtoria animalium, in ſacro cumprimis codice commemoratorum*, Durlaci 1686. 8. Non praetereundi ſunt ſcriptores, qui *de anima* vel *ratione brutorum* egerunt. Inter quos primo loco nominari merentur THOMAE WILLISII *de anima brutorum* (*b*) exercitationes duae, Oxonii 1672. 4. editae, quarum prior eſt phyſiologica, altera pathologica. ANT. LE GRAND diſſertatio exſtat *de carentia ſenſus & cogitationis in brutis*, Londini 1675. 8. (*c*) Carteſianorum

[*b*] WILLISIVS Tom. II. Opp. materiales brutorum animas eſſe adfirmat. Ceterum de iis delibari nonnulla poſſunt ex: *Eſſai Philoſophique ſur l'Ame des Bêtes, où l'on traite de ſon Exiſtence, & de ſa Nature, & où l'on mêle par occaſion diverſes reflexions ſur la nature de la Liberté, ſur celle des ſenſations, ſur l'union de l'Ame & du Corps, ſur l'immortalité de l'Ame &c. & où l'on refute diverſes objections de Mr. Bayle.* Amſtelodami 1728. in 8. cuius huius libri editio auctior, quam cum commentario inſeruit: Amſtelodami 1737. in 8. BOULLIER auctor eius eſt, de quo mihi dictum in Diario: *Eſſai ſur Nature & Immortalité de l'Ame*, Part. V. Num. 3. cuiuſſumus fuit.

[*c*] Nota quoque eſt *Anatome des Bêtes, où par une explication mechanique de quelques principales actions de ces animaux on prouve clairement que les Bêtes ne ſont que de pures machines.* Parisiis 1676. 12. Eius

rum opinionem defendit quoque, per ANTONII LE GRAND veſtigia decurrens IOANNES DARMANSONIVS in tractatu *la bête transformée en machine, à Amſterdam* 1664. 12. (*d*) De anima belluarum aduerſus Carteſium librum ſcripſit MARTINVS SCHOOCKIVS, Groningae 1658. 4. & IGNATIVS GASTON PARDIES *le diſcours de la connoiſſance des Bêtes.* An vero Stoici tribuerint rationem brutis, diſquiritur in *Gundlingianis*, Tom. XV. diſſert. tertia. conf. etiam *Melanges de litterature* par Mr. MARVILLE Tom. I. pag. 92. ſequ. IENKINI THOMASII, Angli, tractatus philoſophico-apologeticus *de anima brutorum, quo aſſeritur, eam non eſſe materialem,* prodiit Altorfii 1713. 8. adde his Io. FRIED. HENNIGKA diſſ. *de ratione brutorum,* Lipſiae 1672. HIERONYMVS RORARIVS libros duos edidit, *quod animalia bruta ratione melius vtantur homine,* qui prodierunt cum praefatione Naudaei Pariſiis 1642. 8. & Amſtelod. 1662. 12. (*e*) Elegantiſſima eſt IOANNIS

*Brutes ne ſont que des machines automates*, par M. MARFOVAC DE BEAVMONT. Pariſiis 1732. 8. Arma eadem ſtrinxit HVETIVS in *Cenſura Philoſ. Carteſ.* Cap. VII. §. VIII. pag. 118.

[*d*] *Acta eruditorum* A. 1684. pag. 386. ſequ.

[*e*] Eundem Rorarii librum, Venerabilis vir GEORGIVS

NIS ANDREAE SCHMIDII *logica brutorum*, quae cum diuerſis ipſius diſputandi proceſſibus prodiit, eiusdemque *Geometria brutorum*, Ienae 1690. 4. publicata eſt. Diſſeruit idem *de republica formicarum* & *de republica apum*, Ienae 1684. Addę his IOANNIS SCHMIDII diſſ. *de brutis hominum doctoribus*. Lipſiae 1684. *Theatrum inſectorum* ab EDVARDO WOTTONO, CONRADO GESNERO, THOMAque PENIO inchoatum perfecit THOMAS MOVFETTVS, Londini 1534. f. Accuratior tamen eſt Io. SWAMMERDAMI(*f*), *hiſtoria generalis inſectorum*, Vltraiecti 1685.

GIVS HENRICVS RIBOVIVS, *S. S.* Th. D. & antiſtes ſacrorum Gottingenſium, recenſuit, diſſertatione hiſtorico-philoſophica *de anima brutorum*, adnotationibusque ſuppleuit Helmſtadii 1729. 8. Niſi cognita ſatis eſſet, quae in editore elucet rerum diuinarum & humanarum inſignis ſcientia, laudibus eruditae obſeruationes omnino eſſent ornandae.

[*f*] Quod titulum fert opus: *Hiſtoire generale des Inſectes par* IEAN SWAMMERDAM, *Docteur en Medecine, à Vtrecht*, digniſſimum eſt, quod laudibus hic celebretur, vid. *Acta Erud.* anno 1685: pag. 46. In eo inprimis eſt, vt communem fere ſententiam de inſectorum metamorphoſi repellat auctor. De Io. RAYI *hiſtoria inſectorum*, Londini 1710. 4. edita ſuperiora dicta ſunto. Io. LEONHARDI FRISCH *Hiſtorie der Inſecten X. Theile*, Berolini 1732. 4. prodierunt. MARIAE

1685. 4. & STEPHANI BLANCARDI *Schauplatz der Raupen.* Inſecta anglica deſcripſit ELEAZAR ALBIN, in *the natural hiſtory of English inſects, illuſtrated with Copper-Plates, curiously engraven from the Life,* Londini 1720. 4. (*ff*).

§. XIV.

RIAE SIBILLAE MERIAN vero *erucarum ortus, alimentum & paradoxa metamorphoſis,* in qua origo, pabulum, transformatio, nec non tempus, locus & proprietates erucarum, vermium, papilionum, phalaenarum, muſcarum, aliorumque huiusmodi exſanguium animalculorum, exhibentur, &c. Amſtelod. 1718. 4. comparuit vid. CLERC *biblioth. anc. & moderne.* Tom. XI. pag. 237. Eadem MARIA SIBILLA MERIAN edidit diſſertationem *de generatione & metamorphoſibus inſectorum Surinamenſium,* &c. Amſtelodami 1719. in fol. conf. CLERC l. c. pag. 246. ſqq. Illuſtris REAVMVR tabulas aeneas curante Meriana inciſas, non eſſe adcuratas obſeruauit, vti auctor *Hiſtoire d' un Voyage Litteraire fait en* MDCCXXXIII. pag. 99. refert, edit. Hagae Comitum 1735. in 12.

[*ff*] Vltraiecti & Hagae Comitum iam ſub prelo ſudat incomparabile opus in Batauorum idiomate conſcriptum, ſed a praeſtantiſſimo BVRMANNO latine redditum notisque nonnullis adornatum, G. E. RVMPHII *herbarium Amboinenſe,* plurimas complectens arbores, frutices, herbas, plantas terreſtres & aquaticas, quae in Amboina & circumiacentibus reperiuntur inſulis, accuratiſſime deſcriptas iuxta earum formas, cum diuerſis denominationibus, cultura, vſu ac virtutibus. Quod & inſuper exhibet varia inſectorum animalium-

## §. XIV.

Hiſtoriam *plantarum* libris X. deſcripſit graece & latine THEOPHRASTVS ERESIVS, Amſtelodami 1644. fol. & qui in eandem commentatus eſt IVLIVS CAESAR SCALIGER, Lugduni Bat. 1566. f. (*g*) Sic etiam

maliumque genera plurima, cum naturalibus eorum figuris depicta. fol. Vl. Vol. Vid. *Göttinq. Zeit.* A. 1739. N. 59. pag. 515.

[*g*] Heic quoque locum tenent TOVRNEFORTII *inſtitutiones rei herbariae*, Pariſiis 1700. 2. Vol. 4. In Anglorum ſermonem translatae a. I. MARTINI Londini 1732. Io. RAYI *Methodus plantarum noua & aucta*, Londini 1703. 8. IOANNIS CHRISTIANI BVXBAVM vero *noua plantarum genera*, in *Commentariis Acad. ſcientiarum Imper. Petropolitanae*, Tom. I. ad annum 1726. communicata ſunt cum publico. Eiusdem *plantarum minus cognitarum* Centuria III. *circa Byzantium & in Oriente obſeruatarum*, Petropoli 1729. 4. impreſſa eſt. W. SALMON, Med. D. *Botanologia, or the Engliſh Herbal, or Hiſtory of Plants, being an inſtructive Work and of univerſal uſe both for Town and Country.* Londini 1710. & recuſa 1731. aeſtimatur maxime. ADRIANI VAN ROYEN *Oratio*, qua iucunda, vtilis ac neceſſaria Medicinae cultoribus commendatur doctrina Botanica, habita d. IX. Maii 1729. cum publicum inſtitutiones Botanicas praelegendi munus in Academia Lugduno-Batava inchoaret, euulgata ibidem eodem anno, RICHARDI BRADLEY *Dictionarium Botanicum*,

etiam Io. IONSTONVS *notitiam regni vegetabilis* edidit, ſeu plantarum, Lipſiae 1661. 12. Idem ſcripſit *dendrographiam*, ſeu *hiſtoriam naturalem de arboribus & fructibus*, tam noſtri, quam peregrini orbis, Francofurti 1662. f. VLYSSIS ALDROVANDI exſtat *den-*

*cum*, ſiue *a Botanical Dictionary, for the uſe of the curious*, Londini 1728. IOSEPHI MONTI *Plantarum varii indices*, ad vſum demonſtrationum, Bononiae 1730. *Abregé de l' Hiſtoire des Plantes vſuelles, dans lequel on donne leurs noms differens tant François que Latins, la maniere de ſ' en ſervir, la doſe & les principales compoſitions de pharmacie, dans leſquelles elles ſont employées. Par M.* CHOMEL, *Docteur Regent en la Faculté de Medecine de Paris, de l' Academie Royale des Sciences*, 1730. 12. D. BARTHOLOMAEI ZORNII *Botanologia medica*, ſeu *dilucida & breuis manuductio ad plantarum & ſtirpium tam patriarum quam exoticarum in officinis pharmaceuticis vſitatarum cognitionem*, Berolini 1730. 4. AVGVSTINI FRIDERICI WALTHERI *index tripartitus plantarum exoticarum & indigenarum*, Lipſiae 1732. 8. PHILIPPI MILLERI *Lexicon Botanicum* edit. Londini 1732. & recuſum 1737. *Index plantarum rariorum atque officinalium, indigenis vulgarioribus omiſſis, quas anno* 1730. *in hortum Academiae Iuliae* intulit LAVRENTIVS HEISTERVS, eiusdem horti praefectus, ſingulare ſeculi noſtri decus, *una cum conſtitutione aliquot nouorum plantarum generum*, Helmſtadii 1730. IOANNIS HIERONYMI KNIPHOFII, M. D. Acad. Caeſ. Nat. Cur. Coll. *Botanica in originali*, Erfurti 1734.

*ndrologia* per *Ouidium Montalbanum* edita ɔnoniae 1668. f. & Francof. 1672. f. confer iam Io. ANT. BVMALDI *bibliotheca Bota-a* f. *de ſcriptoribus herbariis*, Bononiae 1675. 12.

1734. quae deſcribitur in *Neuen Zeitungen von gelehrten Sachen*, 1733. N. XXXIII. pag. 293. ſequ. *Deſcription des Plantes, qui naiſſent ou ſe renouvellent aux environs de Paris, avec leur vſages dans la Medecine & dans les Arts, le commencement & le progres de cette Science, & l' hiſtoire des Perſonnes, dont on parlera dans l' Ouvrage. Par M.* FABREGOV, *Botaniſte & demonſtrateur*, Tomus I. Pariſiis 1733. 12. Accedimus ad CAROLVM LINNAEVM, ingenium illud cultu Botanicae foecundiſſimum; Faciunt huc eius *fundamenta botanica*, quae maiorum operum prodromi inſtar, theoriam ſcientiae botanicae per breues aphoriſmos tradunt. Amſtelodami 1736. 8. *Syſtema naturae*, ſeu regna tria naturae ſyſtematice propoſita per claſſes, ordines, genera & ſpecies. Lugduni 1735. fol. Eiusdem *Flora Lapponica*, exhibens plantas per Lapponiam creſcentes, ſecundum ſyſtema ſexuale collectas in itinere, impenſis Societ. Reg. Litter. & Scient. Sueciae A. 1732. inſtituto, additis Synonymis & locis notabilibus omnium, deſcriptionibus & figuris rariorum, viribus medicatis & oeconomicis plurimarum, Amſtel. 1737. 8. nec non *Genera plantarum, earumque characteres naturales, ſecundum numerum, figuram, ſitum & proportionem omnium fructificationis partium*, Lugd. Bat. 1737. 8. Cui prae ceteris iungimus *Phytantozaiconographiam* IOANNIS WILHELMI WEINMANNI, cuius vaſti operis Tomus VI. 1737. Auguſtae Vindelicorum euulgatus eſt.

12. notiſſima eſt, vt & PETRI HOTTONI *ſermo Academicus, quo rei herbariae hiſtoria & fata adumbrantur*, Lugd. Bat. *(gg)* 1695. 4. Inſerenda heic quoque GEORGII A TVRRE *hiſtoria plantarum*, Patauii 1685. fol. edita. Auctor librum confecit in ſenectute, THEOPHRASTVM ERESIVM ducem aliosque veteres ſequutus, nouorum fortaſſis ignarus. (*h*) Optimi vero, qui de plantis ſcripſerunt, (*hh*) ſunt Mr. DEDV *de l' ame des plantes, & de leurs naiſſances, de leurs nourriture & de leurs progres, eſſay de phyſique, à Paris* 1682. 12. Mr. MARIOTTE *eſſays de phyſique,*

[*gg*] Vocamur hic ad illuſtris SILVIO BOCCONI librum *Oſſervazioni naturali, ove ſi contengono materie medico-fiſiche, è di Botanica, produzioni naturali, Foſſofori diverſi, Fuochi ſotteranei d' Italia, & altre curioſità, diſpoſte in trattati familiari in Bologna* 1684. 8. Eiusdem *Muſeo di Fiſica di eſperienza, variato è decorato di oſſervazioni naturali, note medicinali, è Raggionamenti, ſecondo i principii do moderni, con una diſſertatione dell' origine, e della prima impreſſione delle produzioni marine. In Venetia* 1697. in 4.

[*h*] *Acta erudit. lat.* A. 1686. pag. 86. ſeqq.

[*hh*] STEPHANI HALES *Statical Eſſays* &c. cuius pars prior Londini 1727. in 8. poſterior 1733. excudebatur, eximias meretur laudes. Gallice redditum eſt illud tentamen a *Mr.* DE BVFFON ſ. t. *La Statique des Végétaux & l' Analyſe de l' air, Experiences nouvelles luës à la Societé Royale de Londres* par M. HALES D. D. *& Membre de cette Societé*, Pariſiis 1735. in 4.

*que, ou Memoires pour ſervir à la ſcience des choſes naturelles, premier eſſay de la vegetation des plantes, à Paris* 1676. 12. Hi enim vegetationem plantarum exacte deſcribunt. Ab accurata diſpoſitione plantarum merito commendanda eſt Io. RAYI *hiſtoria plantarum*, Londini 1686. f. (*i*) qui multa quoque ſe hauſiſſe profitetur ex ANDREA CAESALPINO *de plantis*, Florentiae 1583. 4. *Anatomen plantarum* optime deſcripſit (*ii*) MARCELLVS MALPIGHIVS, Londini 1675. f. &, qui eodem tempore editus eſt tractatus NEHEMIAE GREW. Plures occurrunt inter Botanicos, de quibus in *bibliotheca medica* dicendum. MATTHAEI HILLERI *Hierophyticon* Vltraiecti 1725. 4. ab illis cum fructu legetur, qui plantarum in ſcriptura ſacra occurrentium hiſtoriam noſſe cupiunt; quocum HENRICI VRSINI *arboretum biblicum* iungi etiam

[*i*] Conf. *Acta erudit. lat.* A. 1686. pag. 105.

[*ii*] Vid. acumine & fertilitate ingenii nemini ſecundus ALBERTVS HALLER, Anatomes, Botanices & Chirurgiae Profeſſor in hac Academia longe celeberrimus, fautor atque amicus noſter integerrimus, in Diſſertatione de *methodico ſtudio Botanices abſque praeceptore*, Gottingae 1736. in 4. conſcripta, quae haud ſine ſumma legi poterit vtilitate.

etiam poterit, Ratisbonae (*k*) 1668. 8. excusum. (*l*)

## §. XV.

De caelo optimum est ATHANASII KIRCHERI *Iter ecstaticum caeleste*, cum scholiis *Caspari Schotti*, Herbipoli 1660. 4. Lege & CHRISTOPH. HVNICHIVM *de caelo & caelestibus corporibus*, Lipsiae 1592. 4. CHRISTOPH. SCHLEVSINGII *Vranologiam*, Lipsiae 1648. 4. IOAN. SPERLINGIVM *de caelo* Wittebergae 1657. 4. (*m*) IACOBI BERNOVLLII

[*k*] Norimbergae etiam impressum 1663. 8. *Arbereti biblici continuatio* autem, *siue Phytologia sacra* ibidem 1665. 8. excusa.

[*l*] Nec alii defuere eruditi, qui arboribus, plantis atque herbis, in sacris litteris descriptis, explicandis operam dedere, vt THOMAS BROWN in *obseruationibus de plantis in sacra scriptura memoratis*. ADRIANVS COCQVIVS in *historia sacra plantarum, arborum & herbarum sacrae scripturae*, cui accessit MATTH. HILLERI *hierophyticum*. Plures adi, si placet, recensitos in FABRICII *Bibliographia antiquaria*, Cap. XI. §. IX. pag. 356. edit. Hamburgi & Lipsiae 1716. RAMBACHII *Institutionibus Hermeneuticae sacrae* pag. 475. sqq. OLAVI CELSII denique *Paradisus* in *Actis Litterariis Sueciae* Tom. IV. An. 1733. pag. 486. promittitur, in quo idem argumentum debet enodari.

[*m*] Vid. *Clauis Astronomiae*, siue *Astronomiae pars physica*,

NOVLLII exſtant *cogitationes de grauitate aetheris*

*ſica*, auctore PETRO HORREBOVIO, Phil. & Med. D. atque in Vniuerſitat. regia Hafnienſi Aſtronomiae Profeſſore. Hafniae 1728. 4. MARTINVS FRANCISCVS PETITVS in *Traité de l' Univers materiel, ou Aſtronomie Phyſique*, I. & II. Parties, *contenant vne idée generale de l' Univers, des matieres, qui le compoſent*, &c. Pariſiis 1729. 12. acceſſiones eruditione refertas, publici fecit iuris. Agendum quoque hic eſt *de Cometis*, laudamusque ſtatim Io. CHRISTOPH. STVRMII *cometarum naturam, motum & originem ſecundum Io. Heuelii & P. Petiti hypotheſes declaratam*, Altdorf. 1681. 4. vid. *Act. erud.* Lipſ. A. 1682. pag. 118. ſeqq. IACOB BERNOVLLII *conamen noui ſyſtematis cometarum*, Amſtelod. 1682. 8. prodiit. conf. *Act. erud.* l. c. pag. 179. ſequ. Falſitas ſyſtematis *cometarum Bernoulliani a Dn.* MONTREO, Matheſeos in collegio Franciae Profeſſore, demonſtrata eſt, vid. *Acta Er.* l. c. pag. 238. ſeqq. *Abregé des obſervations & des reflexions ſur la comete* 1680. & 1681. *preſenté au Roy par Mr.* CASSINI, *à Paris* 1681. in 4. conf. *Act. Erud.* 1682. pag. 288. ſeqq. *De cometarum natura & ortu epiſtolica diſſert. ad Clar. Abbatem Franc. Nazarium, auctore* DOMINICO GVLIELMO, M. D. Bononienſi, Bononiae 1681. fol. prodiit. conf. *Act. erud.* 1682. pag. 292. ſequ. *Lettre à* M. L. A. D. C. *Docteur de Sorbonne; où il eſt prouvé par pluſieurs raiſons tirées de la philoſophie & de la Theologie, que les Cometes ne ſont point le preſage d' aucun malheur: avec pluſieurs reflexions Morales & Politiques, & pluſieurs Obſervations Hiſtoriques; & la refutation de quelques erreurs populaires, à Cologne* (Amſtelodami) 1682. 12. conf. A. E. 1682. pag.

*theris & caeli*, Amſtelodami (*mm*) 1683. 8. Elogium (*n*) eius legitur in FONTENELLII *hiſt. Acad. ſcient. Paris.* pag. 112--137. & Io. IACOBI BATTIERII oratione parentali *Iacobi Bernoullii*, edit. Baſileae 1705. 4. Quantum ad menſuram aeris faciant experimenta, inquirit *le traité des hygrometres, ou machines pour meſurer la ſechereſſe & l' humidité de l' air, à Paris* 1686. 12. Exſtant etiam BVRCHERI DE VOLDER diſputationes philoſophicae *de rerum naturalium principiis, vt & de grauitate aëris* Lugd. 1681. 8. *Aeromantiam* ſcripſit ANTONIVS MIZALDVS, Francofurti 1613. 12. recuſam. Naturam aeris expoſuit Mr. MARIOTTE in *ſecond eſſay de phyſique, de la nature de l' air, à Paris* 1679. 12. (*nn*) Aeris

318. ſequ. GEMINIANI MONTANARII, Aſtronomi Patauini, *de cometa nupero* A. 1682. *viſo, ad illuſtr.* ANT. MAGLIABECHIVM *epiſtola*, Patauii 1682. 4. exiit e prelo.

[*mm*] *Malebranchio* adſtipulatur Bernoulli, ſed in praefatione affirmat, ſe antea non legiſſe Malebranchium, multo minus ex eius *Recherche de la verité*, rationes hauſiſſe.

[*n*] Elogium huius Bernoulli etiam reperitur in *Actis Eruditorum Lipſ.* Anno 1706. *Iournal des Sçavans* Menſ. Iun. 1706. *Memoires pour ſervir à l' hiſtoire des hommes illuſtres*, Tom. II. pag. 63.

[*nn*] Nos tenet perſuaſio, aeris naturam egregie eſſe expeditam in *Diſſertation ſur l' Air maritime à Marſeille. Brochure* in 4. *& Reponſe à la Diſſerta-*

ris atmoſphaerici naturam detexit WOLFERDVS SENGVERDVS in *inquiſitionibus experimentalibus*, Lugduni Bat. 1699. 4. (o) Adde *New experiments phyſico-mechanical, touching the Air and its effects, by* ROB. BOYLE, Londini 1720. 4. Circa originem & mutationes generales orbis ſublunaris occupatus eſt THOMAS BVRNETIVS in *theoria telluris ſacra*, Londini 1681. 4. Amſtelodami 1699. 4. & alibi ſaepius edita. Contra quem tamen ſcripſit *Anti-Burnetum* IANVS BIRCHERODIVS, ſiue tractatum, in quo opus creationis diei tertii explicatur, atque telluris forma, aquarum altitudo & copia, contra THOMAE BVRNETII *theoriam telluris ſacram* illuſtrantur, Hafniae 1688. 8. in quo paradoxa Burnetii breuiter quidem, ſed in quibusdam ſolide refellit. Refutauit etiam *Burne-*

*ſertation ſur l'air maritime à Marſeille*, conf. *Memoires de Trevoux* An. 1727. Art. VI. Vid. etiam BOERHAAVE Tomo II. *Elem. Chym.*

(o) WOLFIVS non ſolum in *nützlichen Verſuchen* Part. I. Cap. V. aeris vires fuit interpretatus, ſed etiam plane nouam de aere adornauit diſciplinam mathematicam, *Aerometriam* dictam. Anno videlicet ſeculi huius nono *Elementa Aerometriae*, in quibus aliquot aeris vires ac proprietates iuxta methodum Geometrarum demonſtrantur; Lipſiae prodierunt, deinde inſerta Tomo II. Elementorum matheſeos.

*Burnetium* CASPAR BVSSINGIVS *de ſitu telluris Paradiſiacae & chiliaſticae* BVRNETIANO, *Hamburg.* 1695. 4. Cenſuram idem expertus eſt HERBERTI CROFTI, qui *animadverſiones in eius Theoriam* Londini 1685. 8. edidit; & ERASMI WARRENII, qui *Geologiam* Londini 1690. 4. aduerſus illum ſcripſit. Recentior quidam ſcriptor Anglus ROBERTVS A CLAIR in tractatu ſuo, quem inſcripſit *the Abyſſinian philoſophy confuted*, Londini 1697. 12. edito, hanc *Burnetii* hypotheſin apud Habeſſinos iam dum fuiſſe receptam probat, eandemque refutat. Ceterum *vitam Burnetii* a GVILIELMO WOTTONO breuiſſimis deſcriptam, exhibent *Acta philoſophorum* Part. XV. Diſſ. V. pag. 434. ſeqq. (*p*) Nouam telluris theoriam, *a new theorie of the earth*, auſpiciis atque ſubſidiis NEWTONI compoſuit GVILIELMVS WHISTONVS, Londini editam 1696. 8. (*q*) in qua operoſe demonſtrat, creationem mun-

[*p*] Vitam BVRNETII fuſius enarrat EASBVRY in Parte III. & vltima verſionis libri a *Burneto* ſcripti *de ſtatu mortuorum*. Conf. etiam *de la Roche* in *Bibliotheque Angloiſe* Tom. II. pag. 439. & *Memoires Litteraires de la Grande Bretagne* Tom. XI. pag. 241.

[*q*] Editio quinta *theoriae telluris* WHISTONI prodiit 1736. in 4. Ceterum vid. *Acta Eruditorum* An. 1696. pag. 8. & An. 1697. pag. 535.

mundi hexaemero factam, diluuium vniuerſale, & generalem conflagrationem, prout in ſcriptura proponuntur, cum ratione & Philoſophia optime congruere. (*r*) De Germanicis verſionibus librorum Burnetiani (*s*) atque Whiſtoniani, quarum illa 1698. haec 1713. 4. prodiit, vide STOLLII *hiſt. erud.* Part. II. Cap. IV. §. LIV. pag. 564. ſequ. IOANNES KEILL *examen* ſcripſit *theoriae a Burnetio editae, cum animaduerſionibus in theoriam nouam Whiſtoni* (*t*), Oxoniae 1698. 8. Adden-

[*r*] Tam *Burnetus* quam *Whiſtonus* Theoſophorum & Moſis ſectatorum prae ſe ferre auctoritatem, conantur; ſed quantum mutati ab illis? Fugere neminem poteſt, eos in multos lapſos eſſe errores, dum pulcherrima codicis ſacri compage inſuper habita, aliquas tantum illius partes a reliquis diuulſas inſpexerint. Non dicam eos religionis ſenſa ſe excuſſiſſe ſimulare, dubiaque reddere oracula diuina. Saltem a multis hi pernicioſi habentur ſcriptores. Conf. *Bibliotheque Vniverſelle* Tom. XXI. Part. II. pag. 72.

[*s*] Conf. *Miſcellanea Lipſienſia* ad incrementum rei litterariae edita Tom. II. pag. 762. *Acta Eruditorum* An. 1682. pag. 70. & Tom. I. Supplem. pag. 304. *Hiſt. des Ouvrages des Savans* An. 1689. MICHAELIS SVENII germanicam interpretationem Burneti haud fouent eruditi.

[*t*] WHISTONI defenſio, & ad Keillii reſponſionem iterata apologia anglice prodiit 1700. 8. Vid. Hiſt. *des Ouvrages des Sav.* An. 1698. pag. 326. & A. 1699. pag. 131.

dendus est Whistono, qui itidem paradoxa sectatur, DETHLEVVS CLVVER in *Geologia sacra, oder natürliche Wissenschafft von Erschaffung vnd Bereitung der Erd-Kugel*, &c. Hamburgi 1700. 4.

## §. XVI.

Circa materiam *lucis* habemus ATHANASII KIRCHERI *artem magnam lucis & vmbrae.* quae prodiit Romae 1645. f. & Amstelodami 1671. f. &, qui nouas atque singulares opiniones fouet, ISAACVM VOSSIVM, *de lucis natura & proprietate*, *Amstelod.* 1662. 4. Contra hunc scripserunt PETRVS PETITVS *de ignis & lucis natura*, Parisiis 1664. 8. & IOANNES BRVYN *de luce*, Amstelod. 1664. 4. Nota etiam est FRANCISCI MARIAE GRIMALDI *Physico-Mathesis de lumine, coloribus & iride*, Bononiae 1665. 4. Addendi sunt FORTVNII LICETI *de luminis natura & differentia libri* III. *Vtini* 1640. 4. MATTHIAE BVCHOLDI φωτολογια, s. *Lucis contemplatio physica*, Lipsiae 1630. 4. & plures alii. Multum Chrysippei ingenii habet colloquium *de lucis primigeniae caussis* mistum lenae inter IOANNEM RVCKERVM & Io. PHILIPPVM TREVNERVM lenae 1700. 4. recus. 1703. 8. Nostro tempore magni aesti-

man-

mantur ISAACI NEWTONI (*tt*) *treatiſe of the reflections, refractions, inflections and Colours of Light,* (*ttt*) Londini 1721. 8. & ROBERTI HOOKE

(*tt*) Lucem primariam, in certo motu particularum corporis lucidi cuiusdam conſiſtere, docet Newtonus; oſtenditque, ſubtiles ſemper particulas emitti ex eiusmodi corporibus, atque hinc lucem ſecundariam poſitam eſſe in vero motu iſtorum minutiſſimorum atomorum, in linea recta non ſine mirabili velocitate emanantium. Inde vere colligit Newtonus, lucem moueri non poſſe in inſtanti, vti in metaphyſica loquimur; quoniam inſtantaneus motus, reali haud conuenit corpori; Igitur ſucceſſiuum eſſe luminis motum, ab eo efficitur concluſio. Subducit porro rationes ita: Lux eſt verum corpus reale, nec conſiſtit in mera preſſione ſeu pulſu aliorum corporum, quoniam ſecundum rectas lineas propagatur. Vis ceterum particularum, quas lucidas vocamus, eſt inſignis, dum v. c. tempore ſeptem minutorum ſpatium 70000000. milliarium abſoluunt; id quod ſingulis diebus ſub ortum ſolis obſeruatur. - - Eo faciliori autem ratione ex mente Newtoni haec concipi poſſunt, quo maior eſt attractio in corporibus paruis e. g. in magnete, quam in ingentis magnitudinis corporibus v. c. aliis lapidibus. . . . Sunt tamen, quae hic obiici poſſent varia, quoniam ex attractionis principio, quod euidentiae & certitudinis haud habet requiſita, fluunt dicta.

[*ttt*] Newtoni iniecta eſt mentio huius capitis §. VIII. Adpingere liceat indicem libri: *Il Newtonianismo per le Dame, owero Dialoghi ſopra la Luce e i Colori.* Neap. 1737. 4. auctore Algarotti

HOOKE *Opera poſtuma* (*u*) a RICHARDO WALLER cum vita auctoris, Londini 1720. fol. edita, in quibus praeter alia rei naturalis argumenta, materia etiam *de luce* dilucide pertractatur. (*v*) Inſeri etiam debent huic

translati ſunt Anglice dialogi Londini 1739. in 11. Vol. in 12. Auctor Fontenellii, grauiſſimi & dulciſſimi ſcriptoris, ſequitur exemplum, quod *Pluralitas mundorum* fiſtit, licet non paſſibus aequis; quidquid pronunciet Mr. *Voltaire*, qui ſub finem epiſtolae, praefixae *Elemens de la Philoſophie de Newton mis à la portée de tout le monde*, ſummis Algarottum laudibus ita effert:

*Puiſſai-je auprès de vous dans ce Temple écarté*
*Aux regards des François montrer la verité*
*Tandis qu' Algaroti, ſûr d' inſtruire & de plaire*
*Vers le Tibre étonné conduit cette Etrangere,*
*Que de nouvelles fleurs il orne ſes atraits,*
*Le Compas à la main i' en tracerai les traits,*
*Des mes crayons groſſiers je peindrai l' immortelle.*

Conf. *The Hiſtory of the Works of the Learned for June* 1739. Artic. XXXI. pag. 391. ſqq. & *Memoires pour l' Hiſtoire des Sciences & des beaux Arts*. Ianuar. 1739. Art. I. pag. 1. ſqq.

[*u*] Nuper euulgabantur: *Philoſophical Experiments and obſervations of the late eminent* Dr. ROBERT HOOKE *S. R. S. and Geom. Prof. Greſh. and other virtuoſo s' in his time. With copper-plates. Publiſhed by* W. DERHAM F. R. S. Londini 1726. 8.

[*v*] ISAACO NEWTONO autem vt &, BERNOVL-

LIO,

uic catalogo PAVLLI CASATI diſſertatio-
es phyſicae *de igne, in quibus plura ad ignis naturam ſpectantia phyſice explicantur, & phyſicam philoſophandi methodum cum Ariſtotele conſentire,*

LIO, duumuiris illis, obſrepit IOANNES RIZZETTI in opere, cui titulus: *de luminis affectionibus ſpecimen Phyſico-Mathematicum*, in duos libros diuiſum, ac Eminentiſſimo Principi Sanct. Rom. Eccl. Cardinali de POLIGNAC dicatum, Taruiſii 1727. De variis libellis & ſcriptis ratione theoriae lucis vid. *Continuation des Memoires de Litterature & d' Hiſtoire*, Tomo V. Part. I. Pariſiis 1728. 12. & *Octobr.* in *Iournal des Savans* A. 1730. nec non *Lettres de* M. GAVGER *ſur la differente Refrangibilité des Rayons de la Lumiere, & l' immutabilité de leurs couleurs, où l' on réſout les principales difficultez contre l' une & l' autre, avec le Plan de ſon Traité* de la Lumiere & des couleurs. Pariſiis 1728. 12. CAROLI HENRICI RAPPOLTI *Coniecturae philoſophicae de colorum in facie telluris viciſſitudine annua, vbi maxime in viredinis aeſtiuae & hyemalis albedinis naturam & vſum inquiritur.* Londini 1730. 8. Nouam quoque lucis theoriam BERKLEY delineauit, additam libro, qui omnibus innotuit: *Alciphron, or Minute Philoſopher*, Collino aliisque oppoſito, recuſo Londini 1733. II. Volum. in 8. Expendantur inprimis *Recherches phyſiques & Geometriques ſur la queſtion, comment ſe fait la propagation de la lumiere; piece, qui a remporté le prix de l' Academie royale des Sciences, propoſé pour l' année 1736. ſelon la fondation, faite par feu* M. ROVILLE DE MESLAY, *ancien Conſeiller au Parlement. Par* M. IEAN BERNOVLLI, *Docteur*

*en*

*ſentire, oſtenditur.* Venetiis 1686. 4. (*w*) DOMINICI BOTTONI denique *pyrologia topographica*, Leontini 1692. edita. In *meteorum* doctrina (*x*) aeſtimantur maxime LIBERTI

*en Droit*, in 4. & *De la Nature du feu & de ſa propagation, diſcours preſenté à l' Academie Royale des Sciences, pour le prix de l' année* 1738. Par M. GRANDIN, *Bachelier en Theologie de la Faculté de Paris, & Profeſſeur de Philoſophie, au Collége Royal de Navarre*: Pariſiis 1738. 4 qui MOLIERII *Leçons de Phyſique* non fine ingenii acumine eſt ſecutus.

[*w*] Vid. *Acta Erudit. lat.* A. 1687. pag. 409.

[*x*] CARTESIVS in peculiari libro μετεωρα explanauit. ARISTOTELES, GASSENDVS & alii ingenii vires hac in re etiam experti ſunt; de quibus ſupra. BERNHARDVS NIEVWENTYT *in der Erkenntniſſ der Weisheit Macht vnd Güte des Göttlichen Weſens*, in der XIX. *Betrachtung* pag. 342. ſqq. egregie munere philoſophi fuit functus, vt & qui varia doctrina, inprimis matheſi, elucet, G. F. R. in *Obſeruationibus meteorologicis, habitis Lipſiae* 1728. nec non beatus IOANNES WILHELMVS ALBRECHT in tractatu Phyſico de *Tempeſtate*, Lipſiae 1732. 8. *De aurora Boreali* explicationem conuenientem cum CARTESII principiis vid. in *Diſſertation ſur le Feu Boreal par* M. P. I. A. M. B. D. C. Pariſiis 1733. HALLEYI coniecturam lege in *Philoſophical Transactions* N. CCCXLVII. ANDREAS CELSIVS, Aſtron. Profeſſ. Vpſal. CCCXVI. *Obſeruationes de lumine Boreali, ab anno* 1716. *ad an.* 1732. *partim a ſe, partim ab aliis in Suecia habitas, collegit,*

BERTI FROMONDI *meteorologicorum libri* VI. Antwerp. 1627, 4. & Londini 1656. 4. atque ſpeciatim quoque huc referenda eſt elegantiſſima diſſertatio GEORGII ALBERTI HAMBERGERI, *de iride diluuii*, habita Ienae 1696. 4. It. Io. MARCI MARCI *Thaumantias ſeu de arcu caeleſti* tractatus, Pragae 1648. 4. (*y*).

## §. XVII.

*legit*, editas Norimbergae 1733. 4. *Traité phyſique & hiſtorique de l' Aurore Boreale par* M. DE MAIRAN, *de l' Academie Royale des Sciences*, Lutetiae Pariſiorum 1733. 4. *Noua & antiqua luminis atque aurorae borealis ſpectacula*, ſecundum ſeculorum atque annorum ſeriem, ſubnexa mirabilis phaenomeni conſideratione philoſophica, recenſuit IOANNES NICOLAVS FROBESIVS, ſedulus & eximiae doctrinae vir, Helmſtadii 1739. 4. In praefatione auctor celeberrimus integrum iuſtaeque magnitudinis volumen aliquod promittit, quod concinnare propediem additisque figuris aeneis in lucem edere laborabit. De *tonitru* etiam ſcriptores multi exſtant, vid. ſublimioris ingenii foetum *Diſſertation ſur la cauſe & la nature du Tonnere, & des Eclairs, avec l' Explication des divers phenomenes, qui en dependent.* Quae diſſertatio palmam ademit in *Academie des belles lettres, Sciences & Arts à Bourdeaux.* Auctor eſt e ſocietate Ieſu, LOZERAN DV FESC; prodiit Pariſiis 1727.

[*y*] *De iride data occaſione, vbi hieme apparuit, conſiderata*, vid. diſput. CONRAD. GOTTL. MARQVARDT, Prof. Mathef Extraord. Regiomont. 1725.

## §. XVII.

Circa flumina & montes egregie occupatus fuit ATHANASIVS KIRCHERVS in *mundo* ſuo *ſubterraneo*, qui prodiit Amſtelodami 1665. f. qui inter praecipuos eſt in hac parte habendus. Accuratius tamen ingreditur DOMINICVS GVILIELMINVS in tractatu ſuo *de natura fluminum*, Bononiae 1697. 4. in quo principiis mathematicis ſua declarat. Quibus addendi ſunt (z) FORTVNII LICETI *Hydrologiae Peripateticae diſſertationes*, Vtini 1655. 4. CASPAR. BARTHOLINI *de fontium fluuiorumque origine ex pluuia* diſſ. phyſica, Hafniae 1689. 4. (*a*) Exſtat quoque IOACHIM. BVRSERI (*b*) *de origine fontium* libellus, Hafniae

[z] Vid. etiam *de origine fontium tentamen philoſophicum* per ROB. PIOT. Oxonii 1685. 8. edit. conf. *Acta Erud.* 1685. pag. 135. ſequ. *Opere Fiſiche - Mediche, ſtampate e Manoſcritte del Kavalier* ANTONIO VALLISNIERI, Tom. III. Diſſert. I. edit. Venetiis 1734. *Diſſertazioni Fiſiche ed un Egloga interno l' origine delle Fontane con le neceſſarie annotazioni del Dr.* GIVSEPPE ANTONIO PVIATI, Venetiis 1726. 4.

[*a*] Eiusdem notae eſt ANTONII VALLISNERI *Lectio academica ſuper originem fontium cum annotat.* iterum edit. Venetiis 1726.

[*b*] Totus in eo eſt BVRSERVS, vt originem fontes fluuiosque omnes e mari trahere, probet.

Hafniae 1639. 8. Io. GVIL. BAIERI *ſpecimen phyſicae conciliatricis de origine fontium*, Altorf. 1709. Alias habemus ex antiquis PLVTARCHI tractatum *de fluminibus & montibus*, qui cum *Philippi Ioannis Mauſſaci* notis prodiit Toloſae 1618. 8. Sic etiam VALERIVS FAVENTINVS dialogum edidit *de montium origine*, Venetiis 1561. 4. Elegantiſſimum eſt ſcriptum ISAACI VOSSII *de Nili & aliorum fluminum origine*, Hagae Comitum 1666. 4. Hic enim, cum in phyſicis excelleret, (*bb*) multa enodauit ſingularia. Lege etiam Io. BAPTISTAE SCORTIAE lib. *de natura & incremento Nili*, Lugd. 1617. 8. & MARCI FRIED. WENDELINI ſchediaſma *de admirandis* NILI, (*bbb*) Francof.

[*bb*] Harum litterarum cultoribus nihil iucundius erit MARIOTTI libro, cui Titulus *Traité ſur les mouvemens des eaux*, in quo pag 16. ſqq. fontium origo inueſtigatur. Add. PERRAVLTII *Traité de l' origine des fontaines*. pag. 816. ſqq. Oper. Claud. fratris, & GEORGII ERHARDI HAMBERGERI, viri, cuius virtutes latiſſime diffuſae, nullius egent praeconio, *diſſertatio de fontium origine*, habita Ienae 1723. in 8.

[*bbb*] Nili originem deſcriptam legimus in *Relation hiſtorique d' Abiſſinie, continuée & augmentée de pluſieurs Diſſertations par M. l' Abbé* LE GRAND. Pariſiis 1728. 4. Diſſertatione III. a LE GRAND praemiſſa. Et in *Deſcription de l' Egypte*,

cof. 1623. 8. Facit etiam huc LEONHARDI THVRNEYSERI *zum Thurn, Piſon, oder zehen Bücher von kalten, warmen, mineraliſchen vnd metalliſchen Waſſern, ſambt der Vergleichung der Planeten vnd Erdgewaechſe,* Francofurt. 1572. & Argentorati 1612. fol. Primi quatuor libri phyſici ſunt. Primo quidem diſquirit, vnde aquae vim mineralem atque metallicam recipiant (*c*). Secundo, qua ratione & quibus

*Egypte, compoſée ſur les memoires de Mr.* MAILLET *par Mr. l'Abbé* LE MASCRIER, Pariſiis edit. 1735. 4. pag. 86. ſqq.

[*c*] Conf. illuſtris FRIDERICI HOFFMANNI *Diſſ. de thermarum Carolinarum cauſſa, calore, virtute & vſu.* Nec non *Traités de l'Eau commune traduits de l'Anglois de divers Auteurs par M.* NOGVER, Pariſiis 1730. in 12. II. Vol. Clariſſimus D. Schwertner germanice collectionem hanc vertit; cuius pars altera cum praefatione FRIDERICI HOFFMANNI Halae 1733. pars altera autem Lipſiae 1734. prodiit. D. Io. GOTTFRIED BERGERI *Prodromus Commentationis de Carolinis & Bohemiae fontibus.* Wittebergae 1708. Eiusdem *de thermis Carolinis commentatio, qua omnium origo fontium calidorum itemque acidorum ex pyrite oſtenditur.* Wittebergae 1709. add. Io. CHRISTIANVS STRAVSS de *thermis Carolinis* Lipſiae 1695. Generatim vero cum fructu conſulatur: *Traité des eaux minerales, bains & douches de Vichi. Augmenté d'un diſcours preliminaire ſur les eaux minérales en general, avec des obſervations ſur la plûpart des*

bus inſtrumentis aquarum virtus poſſit explorari. Tertio, qua ratione quinta eſſentia ex mineralibus poſſit elici. Quarto demum agit, qua ratione thermae naturales praeparari poſſint, & comparatio inſtituitur metallorum ſingulorum, cum quibuscunque illis conuenientibus herbis. Reliqui libri omnes Germaniae fluuios, riuos & fontes recenſent, eorumque virtutem ſanandi ac vim metallicam, thermas & ſimilia (*d*) deſcribunt. Tres adhuc alios libros promiſit ſub titulo: *Gihon, Hidekel, Phrath*, quibus comprehendere promiſit fluuios Galliae, Hiſpaniae, Italiae, Angliae, Scotiae, Hiberniae, Daniae & reliquarum Europae terrarum. Sed, quantum conſtat, editi non ſunt. (*e*) *De mari* ſcripſit NICOL. AMAMA *decad-*

*des eaux minérales de France, & en particulier de celles de Bourbon- l' Archambault, & du mont d' or en Auvergne.* Par JACQVES FRANÇOIS CHOMEL, *Conſeiller, Médecin du Roi, Intendant des eaux minérales de Vichi* 1739. *Clermont-Ferrand* in 12.

[*d*] Conf. *Sir.* I. FLOYER's, & *Dr.* BAYNARD's ψυχρολουσια ſiue *Hiſtory of cold bathing.*

[*e*] Perplures ſcriptores de thermis fontibusque adſcribi poſſent, ſed otium fecit nobis Io. IACOBVS SCHEVCHZERVS in *Bibliotheca ſcriptorum hiſtoriae naturali omnium tetrae regionum inſeruientium*, edit. 1716.

*decadem diſſertationum marinarum,* Franekerae, (*f*) 1651. 8. THEODORVS MORETVS edidit tr. phyſico-mathematicum *de aeſtu maris*, (*g*) Antwerpiae 1665. 4. *De fluxu & refluxu*

[*f*] In qua praeter marina problemata, varia paſſim fundamentalia, e ſolidioris philoſophiae, quae tunc floruit, principiis deducta dogmata, diſcutiuntur.

[*g*] De fluxu & refluxu vid. KEPLERVS in *Introd. ad Theor. Mart.* NEWTON in *princ. philoſ. natur. math.* Lib. III. Prop. XXIV. Nouam aeſtus marini theoriam ex principiis Phyſico-mathematicis detectam; cui accedit *examen acus magneticae ſpiralis, quae a declinatione & inclinatione libera eſſe creditur,* inſtitutum a IOANNE FRIED. BACHSTROHM, Lugduni Batauorum 1734. 8. exaratam accepimus. A preſſione ſolis hic omnia deducit auctor, ſed difficilia, quae hoc modo ſolui plane nequeunt, phaenomena, aliam ſuadent ſententiam. Praecipue aeſtimatur *le* R. P. D. IACQVES ALEXANDRE, Benedictinus Congregationis Sancti Mauri, in *Traité du Flux & Reflux de la Mer, où l' on explique d' une maniere nouvelle & ſimple la nature, les cauſes & les particularitez de ce Phenomene, & qui a remporté le Prix au Jugement de l' Academie de Bourdeaux, le premier* Mai 1726. Pariſiis 1726. 12. Add. Acta Eruditorum An. 1728. pag. 127. Sed vid. etiam *Lettre d' un Profeſſeur de Philoſophie au* R. P. ALEXANDRE *Benedictin, touchant ſon Traité du Flux & Reflux de la Mer, qui a remporté le Prix de l' Academie de Bourdeaux en l' année* 1726. qui varias obiectiones, easque graues, ſiſtit contra illius ſyſtema. Anonymus edidit *Explication phyſique des Flux & Reflux ſurprenants*

*refluxu maris* FRIDERICVS DELPHINVS librum integrum *Patauii* 1559. 4. vulgauit. ISAACI VOSSII liber *de motu marium & ventorum*, (*h*) Hagae 1663. 4. (*i*) prodiit. Eruditum quoque ſcriptum eſt ANDREAE BACCII, quod *de thermis* compoſuit libris VII. in quo agit de vniuerſa aquarum natura,

*prenants de l' Europe*, vid. Ianuar. in *Iournal des Sauans* 1728. *Explication phyſique du Flux & du Reflux d' un Païs ſitué aux environs de Breſt ſur le bord de la Mer.* Par le P. AVBERT, de la Compagnie de Ieſus. Pariſiis 1730. Optimam vero fluxus & refluxus maris hiſtoriam debemus, Academiae ſcientiarum Pariſinae; de huius hac in re meritis vid. *Hiſtoire de l' Academie Royale des Sciences* An. 1701. pag. 14. ſqq. *Memoires de l' Academie Royale des Sciences* A. 1710. pag. 427. ſqq. A. 1712. pag. 112. & alibi: *Memoirs of Let.* Vol. II. Art. LIX. pag. 219. Denique HAVTEFEVILLE *nouveau ſyſteme du flux & reflux de la mer* 1716. edidit, de quo mentio fit in *Iournal des Sçavans* A. 1716. M. Iul. pag. 31. ſqq.

[*h*] De Ventis omnino conſulantur DERHAM in *Phyſ. Theol.* Lib. I. Cap. II. *Philoſophical Transactions* N. 297. & 321. quibus etiam inſerta eſt HALLEII Hiſtorica ſupputatio ventorum ſtatorum ac motuum, qui intra ac prope Tropicos in mari obſeruantur, vna cum tentata eorundem aetiologia phyſica.

[*i*] De motu maris vid. Acta Erudit. A. 1687. pag. 510. ſqq.

ra, (*k*) differentiis, miſtionibus cum terris, ignibus, (*l*) metallis, lacubus, fontibus, fluminibus & balneis totius orbis, methodo quoque medendi per balnea, deque lauationum atque exercitationum inſtitutis in thermis veterum Romanorum, prodiit Venetiis 1588. f. apud Felicem Valgriſium, & Francofurti 1607. f. Addendus & MARTINVS SOMMERVS *de thermis*, Lipſiae 1596. 4. & GREGORII HORSTII diſſ. *de natura thermarum, cui annexa eſt reſolutio quaeſtionis*

[*k*] De aqua marina, deque noſcenda eius natura multum conducunt *Philoſophical Tranſactions* No. CCCXLIV. vt & *Recueil de differens Traités de Phyſique & d' Hiſtoire naturelle, propres à perfectionner ces deux ſciences; par* Mr. DESLANDES, *Commiſſaire & Controlleur de la Marine en France.* Pariſiis 1737. 12. *Acta Eruditorum* A. 1687. pag. 510. ſqq.

[*l*] Hinc *terrae motus*, vid: de his P. AVBERT *ſur les Tremblemens de Terre*, Pariſiis 1730. qui ex operationibus pulueris pyrii omnia explicat. *Lettera ſcientifica intorno alla cagione de' Terre-moti, ſcritta dal Dottore* GIROLAMO GIVNTINI, *Medico-Fiſico.* 1731. 4. P. PARARCHEA, e ſocietate Ieſu, de eodem argumento ſcripſit, & artem praedicendi terrae motus iactauit, in libro, Abbati de BIGNON dedicato, edit. Pariſiis 1731. ſed vix omnibus ſe probabit. In ſententiam potius ire poſſumus pedibus D. LISTERI, qui in *Philoſophical Tranſactions* N. CLVII. mentem ſuam explanauit.

*ſtionis de modo, quo mineralium virtutes, aquis ſubterraneis communicantur.* Gieſſae 1618. 4. (*m*).

## §. XVIII.

Alii nobis *metallorum* naturam expoſuerunt. (*n*) Inter hos habemus Io. MATTHESII

[*m*] Vid. *Obſervations ſur les Eaux minerales de Lannion par le* P. AVBERT. Pariſiis 1730. Generatim de ſcriptoribus huc pertinentibus conf. *Vollſtändiges Verzeichniſs aller bekandten Schrifften, welche von denen Heil- Geſund- vnd Sauer-Brunnen, warmen vnd wilden Bädern, mineraliſchen vnd metalliſchen Waſſern, ſowohl in als auſſerhalb Teutſchlandes, handeln; ſamt einem beygefügten Bad- vnd Brunnen-Lexico, mit Fleiſs zuſammen getragen, durch Gelegenheit der geiſtlichen Heil-Brunnen, von* M. Io. MATTH. GROSSEN. Altdorff. 1729. cum praefatione IOANNIS IACOBI BAIERI, Philoſ. & Med. Doct. & Prof.

[*n*] Excitandi hic ſunt quidam ſcriptores, qui de foſſilibus in genere & de lapidibus ſigillatim diſputarunt. Apprime peritus multisque probatus Io. IOACHIMVS BECHERVS in *phyſica ſubterranea*, edit. GEORG. ERNESTI STAHLII, Lipſiae 1703. 8. CONRADVS GESNERVS *de rerum foſſilium, lapidum & gemmarum maxime figuris & ſimilitudinibus.* Baſileae 1565. 8. CHRISTOPHORVS ENGELIVS *von dem Vrſprung der Mannigfaltigkeit vnd Natur der metalliſchen Cörper.* Francofurti 1517. 8. *Traité des metaux & des*

*des mineraux, & des remarques, qu' on en peut tirer par Mr.* CHAVBON, atque alii. ALBERTI RITTERI. *Epiſtolica oryctographiae Goslarienſis*, Helmſtadii 1733. 4. Prodeant in medium WOODWARDI opera edit. Londini 1729. curioſas continentia *de foſſilibus* diſputationes, quae vniuerſale diluuium euincere debent. De mineralium rerum praeſtantia b. BAIERVS peculiarem diſſert. Altorfii edit. 1727. reliquit. Eo etiam collineant FRIDERICI CHRISTIANI LESSERI *Anmerckungen über die Baumannshöle*, Hamburgi 1735. in 4. CAROLI LINNAEI *ſyſtema naturae, ſecundum noua ſyſtemata, quoad claſſes, ordines, genera, & in plerisque ſpecies.* Hardervici 1735. acceſſit ſyſtema lapidum, quadrupedum, auium, inſectorum. FRANCISCI ERN. BRVCKMANNI *Magnalia Dei in locis ſubterraneis, oder Vnterirrdiſche Schatzkammer aller Königreiche vnd Länder, in ausführlicher Beſchreibung mehr als* 1600. *Berckwercke, durch alle 4. Welt-Theile*, &c. *mit Kupffern.* Brunſu. 1727. fol. Item *der vnterirrdiſchen Schatzkammer aller Königreiche vnd Länder* &c. *erſtes Supplement, die Schwediſchen Weltberühmten Bergwercke betreffend, zu beſichtigen dargeſtellt von* FRANC. ERN. BRÜCKMANN, Wolffenbüttel 1734. in fol. cum fig. Idem vir clariſſimus plures perutiles claſſis huius libros parturit, de quibus vid. *Hamburgiſche Berichte von neuen gelehrten Sachen auf das Jahr* 1734. pag. 281. ſeqq. IOANNIS FRIDERICI HENCKELII, S. Reg. Poloniarum Maieſtatis & Electoris Saxoniae Collegii Metallici Conſiliarii, *Idea generalis de lapidum origine, per obſeruationes, experimenta & conſectaria, ſuccincte adumbrata*, 1734. 8. Auctor per congelationem, coaleſcentiam, geminationem, cryſtalliſationem, petrificationem fieri omnia autumat. Confer. etiam *Hiſtoire generale des Drogues ſimples & compoſées, renfermant dans les trois claſſes des Vegetaux, des Ani-*

sii *Sareptam*, Lipsiae 1619. 4. (*o*) vernaculo sermone editam, in qua singulis concionibus metallorum naturam atque qualitatem iuste explicat. Facit huc potissimum GEORGIVS AGRICOLA *de ortu & caussis subterraneorum*, libris V. cum dialogo Bermanni, Basileae 1558. fol. & Vittebergae 1612. 8. Scripsit idem *de re metallica* opus, libris XII. *Basileae* 1561. & 1621. f. primusque inter Germanos fuit, qui hanc doctrinae naturalis partem excoleret. BERNARDI CAESII *mineralia*, Lugduni 1636. fol. THEOPHRASTVS PARACELSVS *de mineralibus*, & scriptores similes, (*p*) ipse quoque KIRCHERVS in

*Animaux, & de Mineraux, tout ce qui est l' objet de la Physique, de la Chymie, de la Pharmacie & des Arts les plus utiles à la societé des hommes. Ouvrage enrichi de plus de 400. figures en taille douce, tirées d' après nature, avec un Discours, qui explique leur differents noms, les pays, d' où elles viennent, la maniere de connoitre les veritables d' avec les falsifiées, & leurs proprietez, où l' on decouvre les erreurs des Anciens & des Modernes.* Par M. POMET, noua editio a filio Parisiis fuit edita 1736. in II. Volumin. in 4.

[*o*] Optimae editiones Norimbergenses sunt 1571. & 1587. in fol. excusae.

[*p*] ALBERTVS M. de quo supra, etiam de minerali-bus & rebus metallicis Libros V. exarauit.

in *mundo ſubterraneo.* Huc pertinet quoque EMANVELIS KOENIGII *regnum minerale*, Baſileae 1686. 4. Plures *de re metallica* ſcriptores MORHOFIVS *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Part. II. Cap. XXIX, & cl. DAVID GOTLOB DIEZIVS in diſſ. *de iure Senioratus metallici*, Erfurt. 1727, habita recenſent. (*q*) Alias modum metalla inueniendi, metallifodinas exercendi, & ex mineris metallum eliciendi docuit ELIAS MONTANVS in libro, cui titulum fecit: *Bergwerckſchatz*, d. i. *ausführlicher Bericht von Bergwercken, nach der Ruthen vnd Witterung*, Scriptum hoc ex manu-

VLYSSIS ALDRÓVANDI *Muſeum metallicum*; Bononiae 1648. IOANNIS KENTMANNI *Nomenclatura foſſilium inuentorum in Miſnia, aut aliis regionibus.* LVDOVICI DE COMITIBVS *Elucidatio metallorum & metallicarum naturae opum.* Coloniae 1665. 8. edit. in hoc catalogo comparent.

[*q*] Rem metallicam optime omnium illuſtrauit EMANVEL SCHWEDENBORGIVS, S. R. M. regnique Sueciae Collegii metallici aſſeſſor, in *operibus philoſophicis & mineralibus*, Dresdae & Lipſiae 1734. fol. publicatis in III. Tomis. Exſtat quoque *Bibliotheca metallica*, cuius varia, vti inſcribitur, *repoſitoria* ſucceſſiuo temporis ſpatio euulgata ſunt. Tertium *Repoſitorium* Lipſiae 1728. in 4. eſt impreſſum. Neque poſſumus non allegare HENCKENIVM in *Pyritologia* Cap. V. pag. 349. ſqq.

manuſcripto antiquo hauſiſſe ſe teſtatur, ſed nullus alius eſt, quam BASILII VALENTINI liber, quem compoſuit *von Bergwercken*, qui alias quoque in Tomo II. operum *Valentini* continetur. Lege celeberrimi GEORG. WOLFGANG. WEDELII propemticon *de Baſilio Valentino*, lenae 1704. recuſum in *Exercitat. medico-philologicis* Centur. II. Decad. I. Exercitat. IX. vbi ſtrictim de huius viri *vita*, *ſcriptis & fatis* exponitur. Omnia eius opera edita ſunt Baſileae 1572. fol. Elegans eſt ALFONSI BARBAE *el arte de los Metallos*, quae poſtea in germanicum ſermonem translata ſub titulo: *Bergbüchlein*, Hamburgi 1676. 8. recens recuſa 1727. 8. Agit ibi auctor de metallis, horumque origine, aliisque rebus ſingularibus, quae ad notitiam metallorum pertinentia, in Peruana prouincia obſeruauit. Rationem vero dignoſcendi metalla & tractandi mineras optime deſcripſit (*r*) LAZARVS ERCKERVS *im Pro-*

[*r*] VALENTINI KRAEVTERMANNI *hiſtoriſch-mediciniſches Regnum minerale*, & ſolertiſſimi rerum harum, ſi quis alius, exploratoris, CHRISTOPHORI ANDREAE SCHLÜTERI liber, cui titulus: *Gründlicher Vnterricht von Hüttenwercken; worinn gezeiget wird, wie man Hüttenwercke, auch alle dazu gehörige Gebäude vnd Oefen aus dem Fundament recht anlegen ſolle, auch*

*Probierbuch.* Francofurti 1673. f. Vt taceam alios, qui certorum tantum metallorum naturam expoſuerunt, vti exſtat DANIELIS GEORGII MORHOFII elegantiſſima oratio *de auro*, quae inter alias eiusdem *orationes* edita eſt Hamburgi 1698. 8. Prodiit etiam cum oratione M. ANT. MAIORAGII de eodem argumento, nunquam antehac edita, Kilonii 1690. 4. vid. MOLLERI *prolegom. ad Morhofii Polyhiſt.* §. LXXV. pag. 51. Celebris etiam eſt Morhofii erudita ad IOELEM LANGELLOTVM *de transmutatione metallorum* (s) *epiſtola*, Hamburgi 1673. 8. primum

*auch wie ſie am Harze vnd andern Orten angelegt ſind: vnd wie darauf die Arbeit bey Gold, Silber, Kupfer vnd Bleyerzen, auch Schwefel- Vitriol vnd Aſchenwercken geführet werden müſſe. Nebſt einem vollſtändigen Probir-Buche, darinn enthalten, wie allerley Erze auf allerley Metalle zu probiren, die Silber auf vnterſchiedne Art fein zu brennen, Gold vnd Silber mit Vortheil zu ſcheiden, vnd alles ſo dazu gehöret zu verrichten. Mit verſchiedenen zu beyden Theilen gehörigen, vnd nach dem Maaſsſtabe verfertigten Kupfern, auch nöthigen Regiſtern herausgegeben.* Brunſu. 1738. fol. conſulatur; vid. *Göttingiſche Zeitungen von gelehrten Sachen* Num. IV. 1739. pag. 35. ſqq.

[s] Ad transmutationem metallorum explanandam animum appulit D. KIRCHMAIERVS in Diſſertatione pererudita de *Metallometamorphoſi*. THOMAS

mum vulgata, poſt Volumini *diſſertat.* pag. 245--302. inſerta, quanquam haud omnibus nimium ſuum in chymiam (*t*) adfectum probauerit vir doctiſſimus.

## §. XIX.

De *magnete* egerunt varii. Exſtat GVILIELMI GILBERTI *Philoſophia noua de magnete, magneticisque corporibus, & de magno magnete tellure*, Amſtelodami 1600. fol. (*u*) NI-

MAS MOROSINVS *de cauſſis & transmutatione metallorum*; MARTINVS BIRRIVS in tribus de eodem argumento libris, Amſtelodami 1668. excuſis.

[*t*] In PETRI BORELLI *Bibliotheca Chymica, ſeu catalogo librorum Philoſophicorum hermeticorum*, Pariſiis 1654. 12. edit. ſcriptorum huc facientium nomina plura indicantur.

[*u*] MORHOF. in *Polyhiſt.* L. II. T. II. Part. II. Cap. XXXII. §. II. *De* inuentione magnetis FABRICIVS in *Bibliograph. Antiquar.* pag. 635. agit. De natiua eius vi ac virtute diſpicitur in NICOLAI CABAEI *philoſophia magnetica*; STVRMII *obſeruationibus, in Actis Erudit. Lipſ.* A. 1682. pag. 258. RICCIOLI *Geogr. Reform.* Lib. VIII. Cap. XII. SCHOTTI *magia Vniuerſali.* Anonymi *Traité de l' Aiman*, Amſtelodami 1687. 8. conf. *Acta erudit.* 1687. pag. 424. EDVARDI HALLEI *theoria variationis pyxidis magneticae*, Londini 1686. Conf. *Philoſophical Tranſactions* Num. CXLVIII. pag. 208. Part. IV. Lib. III. Synt. II. Cap. I. MATTHAEI

NICOLAI ZVCHI *philoſophia noua de machinis & magnete*, Romae 1652. 4. VINCENTII LEOTAVDII *magnetologia*, ſ. *noua de magnete philoſophia*, Lugduni 1668. 4. Sic etiam aeſtimantur WILHELMI BARLOW *obſeruationes magneticae*, Londini 1616. 4. anglice ſcriptae, contra quas cum MARCVS RIDLEVVS *animaduerſiones* ederet, *detectione vanitatis* in easdem reſpondet BARLOW, Londini 1618. 4. Et ATHANASII KIRCHERI *magneticum naturae regnum*, ſ. diſceptatio *de triplici in natura rerum magnete, inanimato, animato & ſenſitiuo*, quod Coloniae 1634. 4. edi-

THAEI HALE *magnetiſmus magnus, ſiue contemplationes metaphyſicae & diuinae, e conſideratione magnetis ſubnatae*, edit. eſt 1695. Iungantur HARTSOEKERI *Conjectures Phyſiques* pag. 1096. ſqq. PETRI VAN MVSSCHENBROEK, A. L. M. Med. & Phil. D. & Matheſ. Prof. in Acad. Vltraiect. vltra laudem poſiti, *Phyſicae, experimentales & geometricae de Magnete, Tuborum capillarium, vitreorumque ſpeculorum attractione, magnitudine terrae, cohaerentia corporum firmorum*, Diſſertationes; vt & *Ephemerides Meteorologicae Vltraiectinae* 1729. 4. Sermones *in primo ſolenni Academiae ſcientiarum Imperialis conuentu* die XXVII. *Decembris Anni* MDCCXXV. *publice recitati* ab illuſtri GEORGIO BERNHARDO BÜLFFINGERO & IACOBO HERMANNO excitandi nobis etiam ſunt; de magnete enim in ſecunda oratione ſcitu vtiliſſima pariter atque iucundiſſima reperiuntur.

editum, & variis experimentis comprobatum (v) eſt. Reſpiciatur SAMVEL THEODORI QVELLMALZ diſſ. phyſica *de magnete* Lipſiae 1723. *De virgula diuinatoria* ſingularis tractatus exſtat *Mr. de* VALLEMONT, *la phyſique occulte, ou traité de la baguette divinatoire*, à Amſterdam 1693. & 1696. 12. vbi ſingularia proponit (w) de efficacia virgulae diui-

[v] Magnetis declinatio ingenia mathematicorum diu exercuit; ſigillatim celeberrimus MEYNIER felici eam explicauit ſucceſſu. Vid. *Iournal des Savans* Menſ. Februar. An. 1733. *Gelehrte Zeitungen* An. 1733. pag. 489. DE LA HIRE id ipſum phaenomenon expediuit in *Memoires de l' Academie Royale des Sciences* An. 1705. pag. 128, ſqq. Laudem quoque praecipuam adſecutus eſt D. I. P. BIESTER, fautor atque amicus noſter inter paucos cariſſimus, in eruditiſſimo libello: *Some new reflexions upon the Variation of the magnetical needle, gather'd from obſervations* Londini, 1730. Vid. etiam *Preſent State of the republick of Lettres* Menſ. Iul. 1730. IACOBVS LE MAIRE autem *Ingenieur pour les Inſtrumens de mathematiques*, minus declinantem, acum ſpiralem ſcilicet inuenit. Conf. *Extrait de differentes pieces touchant une nouvelle bouſſole ſans declinaiſon*, quae loco quinto legitur in Tom. III. *Iournal hiſtorique de la Republique des lettres.*

[w] Virgulae diuinatoriae vires tam ex corpuſculari philoſophandi ratione, quam ex occultis qualitatibus, ne quid durius dicam, colligit Vallemont

diuinatoriae, qua etiam homicidae innocentes & ſimilia poſſint detegi. Huic tamen contrarium ſcriptum edidit IOANNES GOTTFRIDVS ZEITLERVS, *pantomyſterion*, ſ. *Tractat von der Wünſchel-Ruthe*, Halae 1700. 8. in quo multa huc usque paradoxa proponit, licet in praefatione ſaepe diſſentiat THOMASIVS. Addi poſſunt THEOPHILI ALBANI *Entlarvtes Idolum der Wünſchel-Ruthe*, Dresdae 1704. 8. & 10. ANDR. FISCHERI Progr. *de virgula diuinatoria* (*x*) Erfurti 1719. 4. Referri etiam huc poſſunt PETRI POMPONATII *de naturalium effectuum cauſſis, ſiue de incantationibus, opus abſtruſioris philoſophiae plenum, & breuiſſimis hiſtoriis illuſtratum, adiectis breuibus ſcholiis a* GVILIELMO GRATALORO, *phyſico Bergomate*, Baſileae 1566. & 1567. 8. cuius recenſionem exhibet *Bibliotheca antiqua* MDCCV. Kalend. Iun. pag. 249. IVLII CAESARIS VANINI tract. *de admirandis naturae, reginae deaeque mortalium, arcanis, libri* IV. *Pariſiis* 1616.

4.

mont. Sed nobis neceſſe non eſt, ad haec ludibria & vanitates deſcendere.

[*x*] MARTIVS de *magia naturali* Cap. II. §. II. aniles fabulas collegit huius furfuris plures; & KIRCHERVS in *mundo ſubterraneo* Tom. II. pag. 418.

4. (*y*) nec non CORNELII GEMMAE libri II. *de naturae diuinis characteriſmis, ſeu raris & admirandis ſpectaculis, cauſſis, indiciis, proprietatibus rerum in partibus ſingulis vniuerſi*, Antwerp. 1575. 8. cuius momenta potiora itidem ſuppeditabit *Bibliotheca antiqua* 1705. menſ. April. pag. 171.

## §. XX.

Cum autem multum momenti in phyſicis praebeant illi, qui in ephemeridibus noua experimenta proponunt, operae pretium erit, de iisdem quoque agere. Initium fecerunt Angli, ſcilicet in publicandis ſocietatis ſuae actorum ephemeridibus; alias non primos eſſe Anglos, qui in ſocietatem, amplificandae ſcientiae naturalis cauſſa, coiuerint, Italorum, atque inter hos TELESII maxime exemplum teſtatur. Vide, quae dixit celeberrimus LOTTERVS in diſſ. *de vita & philoſophia Teleſii*, Sect. I. §. X. 3.) pag. 19. Adde IOANNIS IARKII (*z*) *ſpecimen*

[*y*] De Pomponatio, Vanino & aliis, euoluatur Cap II. §. XIX. pag. 145. ſqq.

[*z*] Sub nomine IARKII latuit clariſſimus olim Wittebergenſium Profeſſor KRAVSIVS, qui ſe auctorem eſſe declarauit, nouamque pollicitus fuit editionem. Fidem faciunt *Hamburgiſche Berichte von neuen gelehrten Sachen auf das Jahr* 1734. Num. LXXIV. pag. 622.

*men hiſtoriae Academiarum Italiae*, Lipſ. 1724. 8. *Anglorum* Societas Regia apud omnes nota eſt; illius *hiſtoriam* (*a*) THOMAM SPRAT Anglico ſermone deſcriptam dediſſe in vulgus, notum eſt. Notamus heic tantum, tertiam eandemque recentiſſimam huius libri editionem eſſe, quae Londini 1722. 4. prodiit, vide *la Bibliotheque Angloiſe* Tom. XI. Part. I. vbi de vita Sprati quaedam dicuntur, & integri operis idea exhibetur. (*b*) Huius Societatis acta edidit HENRICVS OLDENBVRGIVS, Secretarius primus Societatis, ſ. t. *Philoſophical Transactions*, Londini 1666. 4. quarum etiam aliquae ſub titulo: *Acta philoſophica ſocietatis regiae in Anglia per Ioannem Sterpinum* in latinum ſermonem, ſed non ſatis bene, translata prodierunt Francofurti 1671. 8. Lipſiae 1675. 4. In his autem varia noua experimenta in ſocietate propoſita declarantur, vti latius de

[*a*] Confer IOANNIS BVRCHARDI MENCKENII, polyhiſtoris vere magni, orationem *de Societatis regiae Anglicanae origine, incrementis, priuilegiis, legibus & ſociis*, quae eſt XV. inter *orationes academicas*, maximam partem litterarias, editas a FRIDER. OTTONE MENCKENIO, BVRCHARDI filio Lipſiae 1734. 8.

[*b*] Add. HENRICVS LVDOLPHVS BENTHEMIVS *im Engländiſchen Kirchen- und Schulen-Staat*, pag. 56. ſeqq. & paſſim.

de hisce Actis dictum fuit in *Introductione ad rem litterariam* Cap. VI. §. XII. pag. 260. sqq. Adde *supplementa ad introductionem* pag. 94. sequ. & CHRISTIANI IVNCKERI schediasma *de diariis eruditorum* §. VIII. pag. 24--32. (*c*) Hae *Transactions* ab anno inde 1665. vsque ad 1720. triginta voluminibus comprehensae in lucem exierunt. Dedit illarum compendium, quinque voluminibus, MOTTIVS aliquis, Londini 1727. 4. (*d*) An-

[*c*] Vid. idem IVNCKERVS *de ephemeridibus eruditorum* pag. 17. Collegas recenset *Museum Bremense*, Classe I. pag. 381. Conf. ANCILLONIVS in *Miscellaneis criticis* gallice editis, Tom. I. pag. 17. sequ. IACOBVS FRIDERICVS REIMANNVS in *Introduct. in historiam litter. Germanorum* pag. 107. sequ. Io. REISKIVS in programmate *de pinacothecis, Cimeliothecis, & societatibus Doctorum in Europa*, edit. Guelpherbyti 1685. IOACHIMVS FELLERVS in *Panegyrico* Lipsiae habito 1688. quum Magistri Philosophiae ibidem crearentur.

(*d*) Transactionum harum philosophicarum compendia dederunt etiam LOWTHORP, IONES, REID, GREY & E. STONE, septem voluminibus in 4. comprehensa. Integrae autem dissertationes, quae omne opus constituunt, 436. excedunt. Transactiones istas partim integras, partim in compendium redactas in Gallorum idioma iam vertit *Mr.* DE BREMOND; sed initium fecit tantum cum translatione actorum Anni 1736. hunc laborem adhuc continuat, passimque notas atque obseruationes interspergit.

Anglorum exemplo excitati Medici (*e*) atque Phyſici Germaniae excellentiſſimi ſunt, qui in ſocietatem coeuntes, *miſcellanea curioſa medico-phyſica Academiae naturae curioſorum* ab anno 1670. iam XXIV. tomos ediderunt, licet ab aliquot retro annis paullatim deſierint. In his autem continentur obſeruationes phyſicae & chymicae rariores, a Sociis exhibitae, atque in ſuos annos & decurias collectae. Lege cel. GEORG. WOLFGANG WEDELII *hiſtoriam ſuccinctam & breuem ortus & progreſſus Academiae* S. R. I. *Naturae*

(*e*) Exemplis incitati laudabilibus, medici Edinburgenſes, in eadem re deſudarunt, conſcriptis *Medical Eſſays and Obſervations reviſed and published by a ſociety of Edinburgh.* Volumen IV. iam prodiit 1737. 4. Illuſtris PAVL. GOTTLIEB WERLHOF M. Brit. Regis Medicus aulicus, orbis litterarii lucidum ſidus, patronus meus omni colendus obſeruantia, obſeruantiae vtinam erga illum meae rationem conſtitiſſe gloriari poſſem, *Actorum Medicorum Edinburgenſium ſpecimina duo, de medicamento alterante ex mercurio & de aurigine*, ex Anglo ſermone latine reddidit terſiſſime, pulcherrime. Hannouerae 1735, 4. acceſſit *epiſtola* ad virum illuſtrem IOANNEM SAMVELEM Nob. Dom. DE BERGER, Conſiliarium Caeſareum & M. Brit. Regis Archiatrum, *de iisdem argumentis & Camerariano auriginis remedio, vbi ſimul diſputationi de laude febris poſtremum corollarium additur.*

*turae Curioſorum*, Ienae 1689. 4. (*f*) & MICH. BERNHARDI VALENTINI, Medici Gieſſenſis clariſſimi, *hiſtoriam litterariam* S. R. I. *Naturae Curioſorum*, Gieſſae 1708. 4. (*g*) Faciunt huc etiam *Acta Philexoticorum Brixienſia*, menſtruatim edita a Martio 1686. in quibus rariores occurrunt obſeruationes mathematicae, phyſicae & medicae. Concinnauit illa HERMES FRANCISCVS LANTANA, Academiae a ſecretis, vide *Introduct.* Cap. VI. §. XIX. pag. 268. Et quis *Societatem Regiam Berolinenſem* a FRIDERICO I. ſtabilitam, & *Miſcellanea*, ab illa vulgari quae ſolent, ignorat? (*h*) Mathematicis & phyſicis

(*f*) In Bibliotheca hiſtoriae litterariae critica, eaque generali REIMANNI celeberrimi pag. 204. ſequentia leguntur: WEDELII *progreſſus Academiae naturae curioſorum Catalogo Collegarum expreſſus* Ienae 1680. prodiit; qui catalogus ab exordio academiae h. e. A. C. 1652. ſumens initium, in Anno 1680. conquieſcit. Adeoque eorum quidem nomina fiſtit, qui primis 30. annis illuſtri huic collegio interfuerunt, ſed cum luculento Wedelii praefamine.

(*g*) LVCAE SCHROECKII *Hiſtorica continuatio progreſſus academiae naturae curioſorum*, Norimbergae 1689. edit. haud praetermittenda.

(*h*) *Miſcellanea Berolinenſia ad incrementum ſcientiarum ex ſcriptis ſocietatis regiae ſcientiarum* 1710. edebantur primo; tres eorum tomos vidimus, quorum tertius ſiue vltimus lucem adſpexit 1734.

ſicis (*i*) obſeruationibus repletiſſimae *ephemerides Florentinae, ſaggi de naturali eſperienze, fatte nell' academia del Cimento, ſotto la protezzione del Sereniſſimo Principe Leopoldo di Toſcana in Firenze* 1667. f. rariſſimae ſunt. (*k*) *De Academia Bononienſi*, illuſtriſſimi Comitis MARSIGLI auſpiciis a. 1712. inſtituta ad promouendos phyſicae terminos, lege *l' hiſtoire de l' Academie appellée l' Inſtitut des Sciences & des beaux arts, etabli a Bologne, par Mr.* DE LIMIERS *à Amſterdam* 1723. 8. (*l*) Maxime

Berolini 4. vid. Acta Eruditorum Lat. An. 1711. pag. 1. A. 1735. pag. 271. *Neue Bibliothec* P. IX. pag. 786.

(*i*) Eundem finem ſibi habent praeſcriptum *Annales phyſico-medici Wratislauienſes*, continuati ab ANDREA ELIA BÜCHNERO, f. t. *Miſcellanea phyſico-medico-mathematica*, vid. *Neue Zeitungen von gelehrten Sachen* 1731. Num. XVI. pag. 142.

(*k*) Latine recuſa curante MVSSCHENBROEKIO, acri rerum naturalium indagatore, ſ. t. *Tentamina experimentorum naturalium, captorum in Academia* Del Cimento, *ſub auſpicits ſereniſſimi Principis* LEOPOLDI, *Magni Etruriae Ducis, & ab eius Academiae Secretario conſcriptorum. Ex Italico in latinum ſermonem conuerſa, quibus commentarios, noua experimenta, & orationem*, de methodo inſtituendi experimenta phyſica, *addidit* PETRVS VAN MVSSCHENBROEK, Lugduni Bat. 1731. 4.

(*l*) Italiae ſocietates nonnullas ATHANAS. KIRCHERVS Tom. II. *Oedip.* Part. I. pag. 9. ſequ. deſcribit.

me vero huc pertinet *Academia ſcientiarum Pariſienſis*, a LVDOVICO MAGNO a. 1666, inſtituta, cuius inſignia plane in phyſicam experimentalem exſtant merita. (*m*) *Hiſtoriam* illius (*n*) ſcripſit IOANNES BAPTISTA DV

ſcribit. De *Academia ſcientiarum Bononienſi*, vid. *Atti Legali per la Fondazione dell' Inſtituto delle ſcienze, ed Arti Liberali per memoria de gli Ordini Eccleſiaſtici e Secolari che compongono la Citta di Bologna*, Bononiae 1728.

(*m*) Inde enati ſunt varii libri v. c. *Cours abregé de Phyſique, ſuivant les dernieres Obſervations des Academies Royales de Paris & de Londres*, par G. L. LE SAGE, Geneuae 1732. 12. *Abregé du Mecaniſme univerſel en Diſcours & Queſtions Phyſiques, dans leſquels on develope les cauſes naturelles & immediates, des plus ſurprenans Phenomenes, par des demonſtrations fondées ſur les Obſervations & experiences, faites dans les Academies Royales des ſciences de Paris & de Londres, & ſur pluſieurs autres de l' invention de l' Auteur, enrichi de pluſieurs figures en taille douce, à Chartres* 1735. in 12. auctore MORINO, Gymnaſii ibidem Profeſſore. Confer quoque *Obſervations curieuſes ſur toutes les parties de la Phyſique, extraites & recueillies des meilleurs Memoires*, III. Tom. Pariſiis 1730. 12.

(*n*) *Liſte de Meſſieurs de l' Academie royale des ſciences, depuis l' etabliſſement de cette compagnie en* 1666. *jusqu' en* 1733. *avec le Catalogue des Ouvrages, qu' ils ont publiés*, Amſtelodami 1737. Scripta autem inſerta voluminibus dictis: *Memoires de l' Academie*, ibidem non recenſentur. *Recueil de l' Hiſtoire & Memoires de l'*

DV HAMEL, Parisiis 1698. & 1701. 8. quam continuauit BERNARDVS FONTENELLIVS in *hiſtoire du Renouvellement de l' Academie Royale des Sciences, à Amſterdam* 1709. 8. ll. Tomis. (*o*).

## §. XXI.

*Academie Royale des Sciences, depuis ſon Etabliſſement en* 1666. *jusqu' en* 1698. *entierement imprimé en onze Tomes, lesquels ſe diviſent en* 14. *Volumes in* 4. *avec quantité de figures: avec la Table generale des Matieres de tout le Recueil des mêmes Memoires depuis* 1666. *jusqu' a* 1730. *en quatre volumes in* 4. *& le Recueil des Machines, qui ont été preſentées à cette Academie, depuis ſon établiſſement jusqu' à preſent, en ſix volumes in* 4. *remplis de figures.* Auſpiciis viri grauiſſimi GRAVESANDE euulgatae iterum ſunt: *Ouvrages adoptez par l' Academie Royale des Sciences, avant ſon renouvellement en* 1699. Tom. I. prodiit Hagae Comitum 1729. in 4. Tom. II. eodem anno, ac deinceps reliqui.

(*o*) Hic ſilentio non praetereunda eſt *Academia Petropolitana. Commentariorum Academ. Scient.* huius Tomus I. ad an. 1726. in 4. Tom. II. ad annum 1727. Petroburgi prodierunt. Compendium eorum in Ruſſorum idiomate etiam in 4. eſt publicatum. Commentariorum Tomus III. ad annum 1728. etiam comparuit, vt & Tom. IV. ad 1729. 1730 denique Tomus V. ad annos 1730. 1731. & Tom. VI. ad An. 1732. & 1733. praeclara ſeliciſſimorum aeui huius continens ingeniorum monimenta 1739. prodiit. 4. Conf. *Sermones in primo ſolenni Academiae ſcientiarum Imperialis conuentu die* XXVII. Decembris Anni MDCCXXV. *publice recitates* a ſummis mathematicis & philoſo-

## §. XXI.

Subnectendi hiſce ſunt, qui in *Muſeis* varia naturae curioſa repraeſentarunt, atque ob materiam medicam, quam exhibent, partim ad bibliothecam medicam, partim ad ſcriptores phyſicos referuntur. Vide MORHOFII *Polyhiſt.* Tom. II. Lib. II. Cap. I. pag. 133. ſequ. DAN. GVILIELMI MOLLERI diſſ. *de Technophyſiotameis, Altorf.* 1704. & Io. REISKII *diſſ. de Pinacothecis & Cimeliothecis, Guelpherbyti* 1685. 4. Inter praecipua numeratur (*p*) OLAI WORMII *Muſeum, Wormianum* dictum, Lugduni Bat. 1655. f. & *Muſeum Calciolarianum*, Venetiis 1621. f. ſiue *Muſeum* FRANCISCI CALCIOLARII, *a Be-*

loſophis BÜLFINGERO & HERMANNO. Quod reliquum eſt, huc aliqua ratione conducit: *Orbis Litteratus academicus Germanico-Europaeus, praecipuas muſarum ſedes*, SOCIETATES, *Vniuerſitates, earumque fundationes, priuilegia, euentus*, teutonicarum figilla prototypis conformia, vna cum faſtis, albo chronologico, catalogo vniuerſali membrorum & profeſſorum hodie viuentium, in ſynopſi repraeſentans, curante Io. GEORG. HAGELGANS, *Archiuario Naſſouico Saraepontano*, Francofurti ad Moenum 1737. fol. Libelli huius defectus deſcribuntur in *Bibliotheque Germanique* Tom. XLV. Artic. IX. pag. 187.

(*p*) Inter praecipua refertur merito Indorum magni *Mogoli* collectio, quam deſcripſit ERASMVS FRANCISCI Tom. III. *des Oſt- vnd Weſt-Indiniſchen Luſt-Gartens* pag. 1538. ſqq.

*a Benedicto Ceruto Medico inceptum, & ab Andrea Chiocco perfectum atque in* VI. *partes diuiſum,* Veronae 1622. f. Haec praeter curioſa naturae ſimul partium contentarum explicationem exhibent. GEORGIVS SEGERVS vero dedit *Synopſin methodicam rariorum in Muſeo Wormiano aſſeruatorum.* (*q*) Huc quoque pertinent *Muſeum Kircherianum, ſiue Muſeum ab Athanaſio Kirchero iam pridem inceptum, nuper reſtitutum, auctum, deſcriptum & iconibus illuſtratum a* P. PHILIPPO BONANNI, Romae 1709. fol. MICHAELIS RVPERTI BESLERI *Gazophylacium, ſiue rerum naturalium e regno vegetabili, animali & minerali, depromtarum fidelis repraeſentatio,* Norimbergae 1642. fol. IOANNIS DANIELIS MAIORIS *vnuorgreiffliches Bedencken von Kunſt- vnd Naturalien-Kammern,* Kilon. 1674. fol. *Muſeum Pettiuerianum, rara naturae opera continens, ex variis mundi plagis aduecta, ordine digeſta, nominibus propriis ſignata, & iconibus aeneis eleganter illuſtrata a* IACOBO PETTIVER, Londini 1705. fol. (*r*) VLYS-

[*q*] *Muſeum Brackenhoferianum* celebratur etiam a multis, cuius doctiſſimus collector exactas deſcriptiones MSS. reliquit, prelo digniſſimas. Conf. VALENTINI *Natur- vnd Materialien-Kammer* in praefat. pag. 3.

[*r*] Vid. etiam IACOBI GRONOVII *Muſeum Zeylanicum*, Amſtelodami 1717. MYLII *Memorabilia*

VLYSSIS ALDROVANDI *muſeum metallicum*, quod Bononiae 1648. fol. cum figuris prodiit, rariſſimum eſt, & praeter metallorum naturam, horum etiam diuerſas ſpecies conſiderat. *Muſeum Daniae Regis* deſcripſit OLIGERVS IACOBAEVS, Hafniae 1696. fol. Exſtant etiam HENRICI FVIREN *Rariora muſei Academiae Hafnienſis*, Hafniae 1633. 4. *Muſeum regalis ſocietatis Anglicanae*, ſiue *catalogum & deſcriptionem rariorum rerum naturalium & artificialium, quae pertinent ad Societatem regiam*, edidit NEHEMIAS GREW, Londini 1681. fol. (*s*) *Muſeum Gottorpienſe* deſcri-

*bilia Saxoniae ſubterraneae*, Lipſiae 1718. cum tabulis aeneis. RVMPFII *theſaurus imaginum, piſcium, teſtaceorum, conchyliorum, mineralium*, in fol. edit. Lugduni Batau. 1711. IOANNIS HENRICI LINCKII liber ſingularis *de ſtellis marinis*, Lipſiae 1733. in f. KVNDMANNI *promtuarium rerum naturalium & artificialium*, Vratislauiae 1726. 4. HENRICI IOACHIMI BYTEMEISTERI *Bibliothecae appendix*, ſeu *Catalogus apparatus curioſorum artificialium & naturalium*, ſubiunctis experimentis &c. Editio altera Helmſtadii 1735. 4. cum figuris aeneis praeſtat.

[*s*] Aſhmoleanum Muſeum, quod Oxonii eſt, in admirationem rapit ſpectatores. ELIAS ASHMOLE academiae hoſce theſauros dedit dono, in ordinem digeſtos 1683. a D. PLOTT, muſei praefecto. Acceſſerunt deinde perplura tam antiquitatis, quam naturae rariora monimenta,

deſcripſit ADAMVS OLEARIVS, quod prodiit Sleswig. 1674. 4. Animalia teſtacea additis figuris elegantiſſime expoſuit PHILIPPVS BONANNVS in *recreatione mentis & oculi in obſeruatione animalium teſtaceorum*, Romae 1684. 4. (*t*) Italice primum ſcripſerat hunc librum auctor, & Romae 1684. 4. vulgauerat, ſed poſt triennium in latinum ſermonem verſum edidit. MICHAELIS BERNARDI VALENTINI *Muſeum muſeorum, oder allgemeine Natur- vnd Materialien-Kammer*, Francofurti 1704. f. prodiit, cuius praefatio hiſtoriam fere omnium, quotquot exſtant, muſeorum continet; ipſa vero tractatio ſecundum tria regna potiora naturalia, ea maxime, quae in officinis occurrunt, exponit, cum variis figuris aeneis. Editionem eius ſecundam accepimus, ſecunda & tertia parte auctam. Francof. 1714. fol. Addenda hic eſt, quae nuperis nundinis prelo liberata prodiit, CASPAR FRIDERICI NEICKE-

quibus D. HVTTINGDON & D. LISTER prae ceteris illud ornarunt. Inter alia, quae ibi adſeruantur, vidimus Oliueri Cronwellii peſtilentiſſimum caput.

[*t*] Subnecti hic poteſt *Specimen amoenitatum naturae & artis*, auctore IOANNE FRIDERICO CARTHEVSER M. D. peritiſſimo. Halae Saxonum 1734. 4. edit.

CKELII *Muſeographia*, Lipſiae & Vratislauiae 1727. 4. De cuius pretio ingenue in praefatione ſententiam dixit *editor* IOANNES KANOLDVS. Traditur hoc libro hiſtoria Muſeorum tam publicorum, quam priuatorum, per vniuerſam Europam; licet auctor, mercator Hamburgenſis, non vbiuis debitam adhibuerit in inquirendo diligentiam.

## §. XXII.

Doctrinam *de ſpiritibus* antiqui apud Graecos Philoſophi cum Phyſica coniunxerunt; ARISTOTELIS vero nonnulli ſectatores in ſpeciali metaphyſices parte pertractarunt, quod ipſe Stagirita illam ad metaphyſicam reiecerat, licet pauca admodum ſint, quae is de Deo atque intelligentiis tradidit. Doctrinam Ariſtotelis (*u*) *de intelligentiis* erudite explanauit Io. KAHLERVS in diſſ. *de intelligentiis*, Rintel. 1679. Veterum de daemonibus (*v*) philoſophorum ſententias ſuccincte

[*u*] ARISTOTELES de *anima*, praecipue Cap. II. TOLETVS Lib. III. *de anima*. Qu. XV. AEGIDIVS Lib. III. *de anima* Cap. IV.

[*v*] De ſpiritibus & pneumatologia nonnulla & apud CICERONEM, ſed libere propoſita, in duabus *de diuinatione* diſſertationibus inueniuntur; quas Mr.

te enarrauit CAROLVS FRIED. ROMANVS in ſchediaſmate Polemico *de quaeſtione, an dentur Magi, Spectra & Sagae?* Lipſiae 1710. & 1717. 4. §. XXXIX. recentiorumque etiam auctorum opiniones adiecit. (*w*) Quae gentiles de ſpiritibus inter Deum animamque humanam mediis tradiderint, ſollerter quoque expoſuit TOBIAS PFANNERVS, (*x*) in *Syſtemate Theologiae gentilis purioris*, Capite VI. integro. De *geniis* quae ſtatuerint, ſollerter ex ipſorum ſcriptis congeſſit b. GOTTFRIED OLEARIVS in diſſ. *de genio Socratis*, Lipſiae 1702. ſigillatim ſaepius, & in *hiſt. phil. Stanleiana* pag. 130. ſequ. recuſa. (*y*) *Scholaſtici*

Mr. REGNIER DES MARAIS, additis notis, egregie transtulit in Gallorum idioma, Lutetiae Pariſiorum 1710. 12. Vid. etiam CICERONIS *Quaeſt. Tuſcul.* Lib. I. HEIDFELDII *Sphinx* Cap. XI.

[*w*] In eadem re operam ſuam poſuit M. Io. DAN. DIETRICH in diſp. de *Angelis naturae lumini incognitis*, Wittebergae 1725. 4. in §. enim IV. tam antiquiores quam recentiores enarrantur, qui exiſtentiam ſpirituum vocarunt in dubium.

[*x*] Inſeruiunt huic doctrinae VOSSIVS in *Theologia Gentili*. GISBERTVS VOETIVS diſp. ſelectar. Tom. II. diſſ. VI.

[*y*] Exiſtentiam ſpirituum RICHARDVS BAXTER probare ſtudet in libro, qui etiam in Germanorum vernacula impreſſus eſt, ac titulum fert: *Die Gewißheit der Geiſter gründlich dargethan durch vnläugbahre Hiſtorien*, &c. Norimbergae 1730.

Add.

*ſtici* fere penitus hanc philoſophiae partem neglexerunt. Praeterlapſi ſeculi circa medium tandem fuerunt, qui peculiarem inde diſciplinam conficerent, ac *Pneumaticae* nomine, antehac inaudito, appellarent. Scripſit illo tempore IOANNES LYSERVS *de conſtitutione Pneumaticae*, Lipſiae 1660. 4. GEORGIVS autem MEIERVS Witebergae 1663. 4. atque nonnulli alii, *inſtitutiones pneumaticas* condiderunt; quod & inter Carteſianos fecit ANTON. HEERBORDVS Lugduni Batauorum

Add. M. Io. GEORG. SPANII, diſſ. *de exiſtentia daemonum*, Vlmae 1721. M. CHRISTOPH. ANDR. BÜTTNERI *Diiudicatio iudicii de non exiſtentia diaboli*. Halae 1724. 4. M. ELIAE WEIHENMAIERI diſp. metaphyſica de *exiſtentia angelorum*, Vlmae 1716. MÜLLERVS in *atheiſmo deuicto* Cap. XIII. pag. 298. Inter antiquiores de hoc argumento diſſerunt PLVTARCHVS de *natura & defectibus daemonum*. RICC. ARGENTINVS de *Praeſtigiis & incantatione*. DELRIO in *Diſquiſitionibus magicis*. IEAN BONLAISA LAVATERVS de ſpectris. HENRICVS MORVS Lib. II. de *immortalitate animae*. IOANNES WIERVS de *praeſtigiis daemonum*. CARDANVS de *ſubtilit.* Lib. XVIII. IACOBVS BOISSARDVS *de diuinatione & magicis praeſtigiis*. FRANCISCVS DE CORDVA *in Anthropologia & daemonologia*. HIERONYMVS BIERMANNVS *in exeta ſ. de magicis actionibus*. FRANCISCVS TORREBLANCA VILLAPORDO de *magia, magis, ſagis*. MICH. ALBERTI diſſ. de *ſpectris*. HENR. MORVS in *Antidoto aduerſus Atheiſmum* Lib. III. Cap. XVI.

norum 1659. 12. Inter recentiores aeſtimatur IOANNIS CLERICI *Pneumatologia*, cum reliquis *inſtitutionibus philoſophicis* ſaepius typis exſcripta. Noſtro aeuo ad ſpecialia etiam Pneumatices capita curatius explicanda deſcenſum eſt, quae multorum inter philoſophos ingenia exercuerunt, largamque ad lites praebuerunt materiam. In *eſſentiam ſpiritus in genere* primus omnium inquiſiuit CHRISTIANVS THOMASIVS, (z) de cuius libello ſupra iam §. VI. dictum eſt. (a) Quan-

(z) Infelicem ingenii Thomaſiani foetum iſtum M. ALBRECHT CHRISTIAN ROTTHE ſtatim confutabat ſchediaſmate compoſito ſ. t. *Atheiſtica Thomaſiana e ſcriptis Thomaſianis illuſtrata & confirmata, propoſita menſe Febr.* 1698. Ad haec regerebat ANDREAS STÜBEL in *Obſeruationibus ad Rotthii atheiſtica Thomaſiana*, qui etiam publici fecit iuris *Extremum laborem circa Rotthii anti-Thomaſiana extrema* 1698. Ceterum atro carbone Thomaſii liber notatur *in den Vnſchuldigen Nachrichten* An. 1702. pag. 424. Conf. Io. GEORGII WALCHII *Hiſtoriſche vnd Theologiſche Einleitung in die Religions-Streitigkeiten* Tom. III. pag. 45. edit. tertiae.

(a) Iungatur HERMANNI ADOLPHI MEINDERS *Vnvorgreiffliche Gedancken vnd monita, wie ohne blinden Eifer vnd Vbereilung mit den Hexen-Proceſſen vnd der Inquiſition wegen der Zauberey, ſo wohl an Seiten des Richters, als des Königlichen Fiſcals vnd Defenſoris in den Königlich Preuſſiſchen vnd Churfürſtlich-Brandenburgiſchen Landen*

Quantos eiusdem *de Magia* ſententia motus dederit, in diſſ. *de crimine magiae* Halae 1701. cuius verſionem germanicam dedit Io. REICHIVS, variis aliorum de hac re teſtimoniis auctam, Halae 1703. 4. it. in diſſ. *de origine proceſſus inquiſitorii contra ſagas*, ibid. 1712. & alibi propoſita, nemo facile ignorat. Legenda (*b*) heic, quae vir illuſtris in praefationibus Io. WEBSTERI, & Io. BEAVMONTII *de Magia* librorum verſionibus, Germanicis praefixis diſſeruit; praeſertim, quae ad FRANCISCI HVTCHINSONI de eodem argumento tractatum, nuper demum a THEODORO ARNOLDO in vernaculam con-

*den ohnmaſſgeblich zu verfahren, auf Königlichen ſpecial Befehl laut Edicts vom* 13. *December anno* 1714. *zuſammengetragen, Lemgou* 1716. 4.

(*b*) Diſputationi huic opponebatur: *Antwort an einen guten Freund, welcher Vnterricht ausgebeten von der neulich zu Halle gehaltenen Diſputation* 1703. *Vnpartheyiſche Gedancken eines vngenannten Auctoris, die er von der Lehre* de crimine magiae *des hochberühmten Herren D. Chriſtiani Thomaſii neulichſt herausgegeben, geſtellet von* HIERONYMO A SANCTA FIDE 1703. PETRI GOLDSCHMIDS *verworffener Hexen- vnd Zauberer-Advocat* 1705. CAROLI FRIDERICI ROMANI *ſchediaſma Polemicum expendens quaeſtionem, an dentur ſpectra, magi & ſagae* 1710. 1717. Argumenta ipſa recenſet WALCHIVS l. c. pag. 48. ſqq.

conuerſum, Lipſiae 1726. 4. (c) idem ille ſcripſit, vbi ſcilicet ſummatim huius controuerſiae hiſtoria recenſetur. In Belgio BALTHASAR BEKKERVS plurium in ſe animos concitauit, dum ſcripto libro, cui titulum fecit: *De betouerde Weereld*, Amſtelodami 1691. 4. ſaepiusque recuſo, & in varia idiomata; Germanicum 1693. 4. Gallicum 1694. 12. translato, ſi non exiſtentiam,

(c) Titulus eſt: FRANCISCI HVTCHINSONS *hiſtoriſcher Verſuch von der Hexerey in einem Geſpräch, aus dem Engliſchen überſetzt von* THEODORO ARNOLDO *mit einer Vorrede* THOMASII 1726. 4. Referendus huc porro LAVATERVS *de apparitione ſpirituum*, Geneuae 1659. 12. & *The ſupernatural Philoſopher, or the myſteries of Magick, in all its Branches, clairly vnfolded*, auctore WILLIAM BOND, Londini 1728. Varia in eo continentur argumenta, quae parum habent ponderis. Idem obiectum perſequitur auctor *der Monathlichen Vnterredungen in dem Reiche der Geiſter*, Lipſiae 1729. 8. de eſſentia, de lapſu, de attributis ſpirituum, de adſumtione corporum & commercio eorum inter ſe & cum hominibus, ibi vide varia diſputata. Conf. M. FRIDR. GOTTHILFF FREYTAGII diſſ. *de incantationibus magicis*, ſupra citata. *Traité ſur la Magie, le ſacrilege, les poſſeſſions, obſeſſions & malefices, où l'on en demontre la verité & la realité: avec vne methode ſure & facile pour le Devins, Sorciers, Magiciens* &c. *Ouvrage tres vtile aux Eccleſiaſtiques, aux Medecins & aux Juges, par* M. D. Parſiis 1732. 12.

tiam, operationes certe ſpirituum omnium negare inſtituit, & pleraque ſcripturae loca illas adſtruentia, miſere peruertit. Integram controuerſiae prolixioris hiſtoriam concinnauit M. GVIL. HENR. BECKHER, & eleganti ſchediaſmate Critico-litterario, *de controuerſiis* B. B. *ob librum, die bezauberte Welt, motis* rel. expoſuit. Prodiit Regiomonti & Lipſiae 1721. 4. (*d*) Ante illum iam cl. MICH. LILIENTHALIVS in *ſelectis litterariis* Tom. I. Obſeru. II. *de Balt. Bekkero & motibus ab illo excitatis*, pag. 17--53. hiſtoriam huius controuerſiae ſuccincte enarrauit. (*e*) De celeberri-

(*d*) De Bekkero vid. HEVMANNI *Act. Philoſ.* Vol. II. pag. 470. TENZELIVS in *den monathlichen Vnterredungen* A. 1692. pag. 109. BENTHEMIVS in *Holländiſchen Kirchen- vnd Schulen-Staat* Part. II. Cap. VI. Edit. primae Leowardiae 1690. 8. excuſae. Praeeuntes habuiſſe videtur HOBBESIVM in *Leuiath.* Cap. XLV. & DAILLONVM in *Examen de l' oppreſſion des reformez en France*, edit. Amſtelodami 1687. IOANNES AALSTIVS & PAVLVS STEENWINCKEL vero inter aduerſarios Bekkeri eminent, quippe vterque repoſuit *zedige Anmerkingen*, Dordraci 1693. 8.

[*e*] Attingunt eandem rem ſequentia ſcripta: *An Enquiry in to the Nature of the human Soul.* Immaterialitatem ſolide probat auctor, aliaque diiudicat, quae huc faciunt, argumenta. Lond. 1733. 8. De ſtatu animae poſt mortem conf. *L' hiſtoire des imaginations extravagantes de Monſieur* OVFLE, *cauſée par la Lecture des livres, qui traitent*

berrimi viri CHRISTIANI WOLFII *vernünfftigen Gedancken von GOtt, der Welt vnd der Seele des Menſchen*, Halae 1719. 8. primum editis, nihil heic addimus, (*f*) quum controuerſiae inde enatae hiſtoria in omnium adhuc memoria vigeat, &, praeter alios, a clariſſimis *Diarii Ienenſis* auctoribus expoſita legi poſſit.

## §. XXIII.

*tent de la magie.* II. Tom. 12. edit. 1710. euertit atque e medio tollit OVELE irritas multorum hac in re opiniones. Nuper vero in Britannia turbas dedit: *Enquiry in the meaning of Demoniacks in the N. T.* auctore T. P. A. P. O. A. B. I. T. C. O. S. quippe qui a diabolo obſeſſos vocari arbitratur morbo laborantes, & praecipue furore correptos, omnemque de diabolis doctrinam Graecis debere originem. LEONARDVS TWELLS litteralem ſcripturae ſacrae ſenſum vindicaturus, edidit *An anſwer to the further enquiry in to the Meaning of Demoniacks*, cuius libellus gallice redditus titulum praefert: *Traité ſur les Démoniaques, dont il eſt parlé dans le Nouveau Teſtament, qui contient les Recherches ſur ce qu' il faut entendre par-là*; *par* T. P. A. P. O. A. B. I. T. C. O. S. *Et une Réponſe en forme de lettre à l' Auteur des Recherches, par* LEONARD TWELLS, *Maitre ès Arts, Vicaire de l' Egliſe de St. Marie à Marlborough & Prebendaire de St. Paul. Traduit de l' Anglois ſur la ſeconde Edition* Lugduni Batauorum 1738. 8.

[*f*] De Wolfii in Pneumatologia meritis Capite IV. §. XII. fuſe ſumus commentati.

## §. XXIII.

*Theologiae naturalis* ſcriptores varii ſunt. Vid. CONR. IVLII FRIDERICI diſſ. *de Theologia naturali eiusque exiſtentia*, Lipſiae 1708. *Hiſtoriam theologiae naturalis* adumbratam legas a IO. ANDR. SCHMIDIO in *Apparat. theol. nat. poſitiuae*, Ienae 1686. IAC. FRID. REIMANNO *in der Hiſtorie der Iüdiſchen Theologie* Lib. I. Cap. II. qui & IOANNIS OWENI *theologumena* conſuli hanc in rem iubet. Bremae 1684. 4. Alii gentilium Theologiam illuſtrarunt, (*g*) id quod facit GERARDVS IOANNIS VOSSIVS

[*g*] Plura de his dabunt GEORG. MOEBII Tractat. theol. *de oraculorum ethnicorum origine, propagatione & duratione, cum vindiciis contra van* DALE &c. Lipſiae 1685. 4. GERHARDI THEODORI MEYERI *hiſtoria religionis ethnicae*, exſtat in eius *hiſtoria religionum*, (quae prodiit Helmſtad. 1697. 4.) Cap. VI. THOMAE HYDE *hiſtoria religionis Perſarum*, Oxoniae 1700. 4. PETR. IVRIEV *hiſtoire critique des dogmes & des cultes bons & mauvais, qui ont eté dans l' Egliſe depuis Adam jusqu' à Ieſus Chriſt, où l' on trouve l' origine de toutes les Idolatries de l' ancien Paganiſme expliquées par rapport à celles des Juifs*, Amſtelod. 1714. 4. conf. de pluribus FABRICII *Bibl. antiqu.* Cap. VIII. ſequ. it. *Biblioth. Graec.* Vol. I. pag. 108. PFAFFII *Introduct. ad hiſtor. litter. Theol.* Part. II. pag. 25. ſequ. DANIEL KNIBBE in *der Hiſtorie der Propheten*, Lib. IV. pag. 247. ſeqq.

SIVS *de origine & progreſſu idololatriae*, cuius prima vice quatuor tantum libri prodierunt Amſtelodami 1641. 4. qui dein ab auctore plurimum aucti, adiectis aliis ex eiusdem autographo quinque libris, poſt mortem iterum prodierunt Amſtelodami 1668. f. & Francofurti 1675. 4. in quo opere idololatriae originem declarat, atque in phyſiologia ſua paganorum cultum ad res naturales accommodat. Secutus eundem fuit ANTONIVS VAN DALE in egregio ſuo tractatu *de idololatria*, in quo demonſtrauit, omnem gentilium cultum vel ſuperſtitione vel fraudibus niti: prodiit Amſtelodami 1696. & 1704. 4. (*b*) Alieno vero plane a Voſſio inſtituto

[*b*] ANTONII VAN DALE *Poliatri Harlemenſis de oraculis veterum ethnicorum diſſertationes duae*, quarum nunc prior agit de eorum origine atque auctoritate; ſecunda de ipſorum duratione & interitu. Editio ſecunda plurimum adaucta, cui de nouo accedunt diſſertatiunculae: I. *de ſtatua Simoni Mago, vt praetenditur, erecta*; qua occaſione agitur de *Chreſto* Suetonii. II. de *actis Pilati* differitur, illaque occaſione, cur Auguſtus Caeſar *dominus* appellari renuerit. III. Schediaſma de *conſecrationibus* plus quam dimidia parte auctius. in 4. Amſtelodami 1700. Vid. CLERICVS in *Bibl. Choiſie* Tom. III. Art. II. pag. 109. Diſſertationes eius *de origine & progreſſu idololatriae, & ſuperſtitionum, de vera ac falſa prophetia*, vbi & de diuinationibus idololatricis *Iudaeo-*

to TOBIAS PFANNERVS *Syſtema theologiae gentilis purioris* concinnauit, Baſileae 1679. 4. & ethnicorum meliora de theologia dogmata propriis ipſorum verbis expoſita, in vnum ſyntagma fudit. IO. FRIDERICI HERWARTI AB HOHENBVRG *admiranda ethnicae theologiae myſteria*, Monachii 1626. 4. commode etiam illuſtrando ex parte huic argumento adhibentur. Inter Anglos eminet EDVARDI, Baronis HERBERTI de CHERBVRY tractatus (*i*) *de religione gentilium, errorumque apud eos cauſſis*, ab ISAACO VOSSIO Amſtelodami 1663. 4. & 1700. 8. editus; qui

*Iudaeorum* agitur, edit. Amſtelodami 1696. 4. idem CLERICVS recenſet Tom. III. Bibl. Selectae pag. 140. ſqq. Conf. *Remarques ſur le demelé, qui eſt entre Mr. Fontenelle, auteur de l' hiſtoire des oracles, dans laquelle on refute le ſyſteme de Mr. Van Dale, ſur les auteurs des oracles du paganiſme, ſur la cauſe & le tems de leur ſilence; & où l' on etablit le ſentiment des peres de l' egliſe, ſur le même ſujet.* (de quibus Bibl. Select. T. XIII. pag. 178.) Et *Suite de la Reponſe à l' hiſtoire des oracles, dans laquelle on refute les objections inſerées dans le XIII. Tome de la Bibliot. Choiſ. & dans l' article II. de la Republique des lettres du mois de Iuin* 1707. Amſtelodami 1708. 8. add. *Bibl. Choiſie* Tom. XVII. pag. 308.

[*i*] *Vnſchuldige Nachrichten* A. 1702. pag. 652. M. HEINRICI HAFERVNG diſp. philoſophica *de Reuelatione diuina*, Wittebergae 1735. 4.

qui naturali non ſolum cognitioni nimium quid tribuit, ſed etiam, dum in praecipuo ſummi ac veri Dei cultus genere gentiles cum Chriſtianis fuiſſe concordes hominibus perſuadere nititur, vniuerſae theologiae Romanae rationem exhibet, praecipuorum Deorum cultum tradens, & principia theologiae naturalis gentilium exponens. Erroneas tamen eiusdem ſententias circa naturalem Dei cultum peculiari diſſertatione *de inſufficientia luminis naturae ad ſalutem*, Ienae 1673. a IOANNE MVSAEO (*k*) conſtat eſſe confutatas. Fuerunt & alii, qui *ſingularium* inter veteres *philoſophorum theologiam* ſiue deſcripſerunt, ſiue illuſtrarunt, ſiue refutarunt etiam, quorum nonnullas recenſere heic iuuat. Commendatur in genere MICHAELIS MOVRGVES *Plan theologique du Pythagoriſme & des autres ſectes ſçauantes de la Grece, à Toulouſe* 1712. & *à Amſterdam* 1714. II. Tom. 8. Anonymi *Hiſtoire de la Philoſophie payenne, ou ſentimens des Philoſophes & des peuples payens les plus celebres ſur Dieu, ſur l' ame, & ſur les devoirs de l' homme, à la Haye* 1724.

[*k*] Naturalem non ſufficere religionem euincere ſtudet WEISMANNVS *ſchediaſm.* V. pag. 566. & in *Orationibus Academicis* pag. 163. conf. VOETIVS Part. II. Diſp. Select. pag. 580. PRIDEAVX Opp. Theol. pag. 99. ſqq.

1724. 2. Tom. 12. (*l*) CORNEL. DIET. KOCHIVS *Vnum, theologiae Pythagoricae compendium,* ſcripſit, Helmſtad. 1710. 4. *De Theologia Platonis* ESAIAS PVFENDORFIVS, Lipſiae 1653. & HENRICVS FERGIVS Gieſſae 1664. diſſeruerunt. (*m*) PVFENDORFII ſchediaſma inter *opuſcula* pag. 70. ſeqq. recuſum eſt. *De defectibus theologiae Platonicae* duabus, Ienae 1706. Io. FRIED. WVCHERERVS, *de theologia Platonis & Ariſtotelis comparata* Io. PHILIPPVS TREVNERVS, ibid. 1690. diſſertatione ſingulari egerunt. MARSILII FICINI *theologia Platonica*, Florentiae 1482. fol. prodiit. LIVII GALANTIS *de Chriſtianae theologiae cum Platonica comparatione, libri* XX. Bononiae 1627. fol. & MAXIMI SANDAEI *Plato Chriſtianus,* (*n*) Moguntiae 1624. 4. etiam

[*l*] *Le Syſteme des Anciens & des Modernes, concilié par l' expoſition des ſentiments differens de quelques Theologiens, ſur l' Etat des Ames ſeparées des corps en quatorze Lettres*, locum hic ſibi vindicat.

[*m*] Exſtant etiam Io. WEIS[illegible] diſſ. *de Theologia Platonis.* Gieſſae 1683. IACOBI ZIMMERMANNI *vindiciae* diſſertationis *de atheiſmo Platonis contra* D. N. H. GVNDLINGIVM; vid. SCHELHORNII *Amoenitat. litterar.* Tom. XII. Num. 1.

[*n*] Huc referri poteſt diligentiſſimi viri Io. HENR. VON SEELEN diſſ. *de ſcriptoribus gentilibus falſo in Chriſtianorum ordinem relatis*, 1714. 4.

etiam huc pertinent. HENRICI CAPREDONI *theologiam Ariſtotelis*, Venetiis 1609. 4. & IOANNIS FAVSTI, Theologi Argentoratenſis, *examen theologiae, quam docuit Ariſtoteles*, Argentorati 1663. 4. commemorat venerandus BVDDEVS in *Iſagoge*, Part. I. Cap. IV. §. XXX. pag. 258. IOAN. CONRADVS SCHWARTZIVS V. C. *theologiam Democriti* peculiari libello academico, Coburgi 1719. vindicauit; idem *de theologia Epicuri recondita* duas diſſertationes Coburgi 1718. ſcripſit. (o) *Theologiam Athei, ſeu, qui ita iniuſte audit, Luciani*, praeſide TREVNERO, Ienae 1697. expoſuit FRIED. MICHAEL KORNMANNVS. Scriptoribus *de theologia Senecae*, iam ſupra Cap. II. §. IX. commemoratis, addenda eſt IOANNIS IANI SVANINGI, *Senecae theologia naturalis contemplatiua, in locos*

IOAN. GOTTLIEB HEINECCII diſſ. *de Philoſophis Semi-Chriſtianis*, Halae 1714. & in Syll. Opuſcul. Halae edit. 1735. recuſa Num. V. Io. HENR. LOEHNERI ſchediaſma *de ſcriptoribus nonnullis, qui aliis pagani, aliis Chriſtiani audiunt*, Bremae 1716. 4. Plura adferunt MVTIVS PANSA *de oſculo ſeu conſenſu ethnicae & chriſtianae philoſophiae*, Marpurgi 1605. 8. PETRVS POIRETVS de *Theologia Naturali* Lib. IV. Cap. VII.

[o] Vid. quoque Io. FAVSTI diſſ. *de Deo Epicuri*, Argentor. 1688. conf. *Acta erudit. germ. Vol.* XI. pag. 726. ſeqq.

*locos communes digeſta, & cum praefatione* SEVERINI LINTRVPII (*p*) Hafniae 1710. 4. edita, (*q*)

## §. XXIV.

[*p*] Praefationem praemiſit de SENECA, *eiusque Chriſtianiſmo & commercio cum Paulo.* Vid. etiam Io. PHIL. APINVS *de religione Senecae*, Wittebergae 1692. Io. NIC. HARDSCHMIDII diſſ. *de Senecae notitia Dei naturali*, Argentorati. BVDDEI *Iſagog.* pag. 285. AEGIDII STRAVCHII diſſ. de *Chriſtianiſmo Senecae.* Sed conf. ECKARDI Seneca in Religionem Chriſtianorum iniurioſus, Tom. IX. *Miſcell. Lipſ.* pag. 90. ſqq. *Vnſchuldige Nachrichten* An. 1712. pag. 932. ſqq. WERNSDORFFIVS de *indifferentiſmo Religionum* Diſp. I. §. LIV. MICH. WALTERI diſſ. de praetenſa ethnicorum ſalute aeterna quoad infantes & adultos. CHAVVIN de *Religione Naturali* pag. 73. *Eclairciſſement ſur un Livre de la Religion naturelle* pag. 10. ſqq.

[*q*] Comparatae huc ſunt venerandi AD. RECHENBERGII diſſertatio *de theologia Homeri*, Philoſophica. Io. ANDR. SCHMIDII diſſert. *de theologia Hippocratis*, Ienae 1691. LVD. THEOPHILI MYLII diſſ. *de theologia Socratis*, Ienae 1713. Io. NIC. HARDSCHMIDII *Theologia Ciceronis*, Argentor. 1676. 4. Io. PHIL. TREVNERI diſp. *de Cicerone theologo*, Ienae 1700. vid. etiam Ciceroniani *de natura Deorum* libri translator Anglus, STRICKLAND GOVGH, quippe qui comparationem inſtituit in praefamine, ratione doctrinae gentilium, Iudaeorum & Chriſtianorum, prodiit Londini 1728.

## §. XXIV.

Non defuerunt, qui varias ſententias & dogmata gentilium de rebus diuinis collegerunt. (*r*) Inter veteres illud egit EVSEBIVS in quindecim libris *de praeparatione Euangelica*, qui graece & latine cum notis Franciſci Vigeri prodierunt Pariſiis 1628. f. in iisdem enim varias ſententias Iudaeorum atque gentilium de Deo eiusdemque attributis proponit. Secutus hunc fuit AVGVSTINVS STEVCHVS Eugubinus, in ſuo *de perenni philoſophia* tractatu, qui Lugduni 1540. f. prodiit, in quo ſententias philoſophorum diuerſae ſectae, quas in theologia habent, proponit easdemque examinat. Exſtat

[*r*] Lucem iis conciliant SVICERVS in voce *Theologia*. SANCHVNIATON primus vocabatur *Theologus*, qui omnium rerum origines & ſacra Aegyptiorum pariter atque Phoenicum conſcripſit, teſte EVSEBIO *de praeparat. Euangel.* Lib. I. pag. 31. vid. etiam THEODORETVS Sermone II. BVDDEI *Hiſt. Eccl.* V. T. Sect. II. §. XVIII. pag. 985. add. FABRICIVS *Biblioth. Graec.* Vol. I. pag. 163. ſequ. Poetis etiam vocabulum illud fuit in vſu, vid. LACTANTIVS *de ira Dei*, Cap. XV. AVGVSTINVS *de ciuitate Dei* Lib. VIII. Cap. XIV. Rerum diuinarum & ſacrorum rituum periti ita inſigniti quoque ſunt, vti ORPHEVS, teſte DIODORO SICVLO Lib. I. pag. 20. Philoſophos denique theologos adpellare moris fuit, hinc PHERECIDES ac PYTHAGORAS nomine illo fuere ornati.

ſtat & inter opera iunctim edita Baſileae 1587. fol. (s) Idem egit GVILIELMVS POSTELLVS, libris quatuor *de orbis terrae concordia,* quorum tres primum Pariſiis 1543. 8. prodierunt, quartus aliis editionibus, ſine addito loco & anno factis, adiectus. Hoc autem ipſi in hoc ſcripto potiſſimum eſt inſtitutum, vt religionis Chriſtianae veritatem ex rationis rectae principiis demonſtret, id quod etiam libro primo huius concordiae ſpeciatim egit. Altero vitam, educationem, mores Muhamedis eiusque ſectatorum tradit, atque Alcoranum refutat. Tertio, quid commune totus orbis tam iure humano, quam diuino habeat, tradit. Quarto, qua arte ſine ſeditione falſae de Deo & diis perſuaſiones ad verum poſſint pertrahi. Prodierunt etiam Baſileae 1544. f. apud Ioannem Oporinum. conf. *Obſeruat. Halenſes* Tom. I. pag. 335. & ITTIGII diſſ. *de Poſtello* §. XII. in *opuſculis* pag. 251. vbi NAVDAEVS refutatur, qui praeclara quaeuis de hoc opere in *Bibliogr. politica* pag. 75 edit. (t) *Conringii*

(s) Euoluatur Io. FR. HERWARTI *admiranda ethnicae Theologiae myſteria.* Auguſtae Vindelicorum 1627. 4.

(t) Ad Poſtellum quod attinet, conſulantur THOV & TEISSIER in *Eloges* Tom. I. pag. 405. Tom. III.

*ringii*, praedicauerat. Inter recentiores idem egit accuratisſime PETRVS DANIEL HVETIVS in *demonſtratione* ſua *euangelica*, (*u*) libro elegantisſimo, qui primum Pariſiis prodiit 1641. f. poſt Amſtelodami 1680. 8. etiam recuſus Lipſiae 1702. 4. in quo teſtimonia, quae de veritate religionis Chriſtianae propoſuerunt gentiles, congesſit atque examinauit ſolidisſime. Cum hoc conferendus eſt HENRICVS MORVS, in *explanatione* ſua *magni myſterii pietatis*, quae Londini 1674. f. edita, in qua ea, quae obſcura ſunt in religione Chriſtiana, exponit & veritatis certitudinem firmat.

## §. XXV.

### Ad mentem Scholaſticorum Theologiam

III. pag. 278. DV PIN in *Bibl. des Aut. Sep.* T. I. P. I. pag. 352.

(*u*) In Bibliotheca Huetiana, quae adſeruatur Pariſiis in *maiſon des profeſſez* vidimus exemplum Demonſtrationis huius Euangelicae, notis ab ipſo Huetio adſcriptis adornatum, ſed perpaucis. De vita & ſcriptis eius figillatim euoluantur: *Memoires de Trev.* An. 1721. Tom. I. pag. 708. & Tom. II. pag. 900. NICERON Tom. I. pag. 51. *Bücher-Saal* Tom. III. pag. 455. Tom. V. pag. 14. FABRICIVS *Hiſt. Bibl. Fabr.* Part. I. pag. 82.

giam naturalem propoſuerunt alii. (v) Inter hos habemus RAYMVNDI DE SABVNDE *Theologiam naturalem*, ſeu librum creaturarum de homine & creaturis, Lugduni 1540. 8. & Francofurti 1635. 8. Recenſionem huius libri dedit, variasque editiones adnotauit cel. FABRICIVS in *Syllabo ſcriptorum de veritate relig. Chriſt.* Cap. XX. pag. 454. De ipſo auctore vide NICOL. ANTONIVM in *Bibliotheca Hiſpanica veteri* (Romae 1696. fol.) pag. 141. ſ. & adde cl. REIMANNI *hiſt. theol. Iudaicae* Lib. I. Cap. II. §. VII. pag. 17. ſequ. THEOPHILI RAYNAVDI (w) *Theologiam naturalem, ſeu entis increati & creati intra ſupremam abſtractionem ex naturae lumine inueſtigationem*, Lugduni 1622. 4. (x) LVDOVICI GRA-

(v) Catalogum eiusmodi ſcriptorum Cap. II. §. VI. pag. 63. ſqq. adiecimus. Fallitur egregie, qui Theologiam naturalem non dari, contendit haereſeos infauſtae princeps facile FAVSTVS SOCINVS in *Praelect. Theol.* Tom. I. Opp. Cap. II. pag. 538. *Bibl. Fratr. Polon.* Conf. CHRIST. EBERH. WEISMANNI diſp. de *erroribus quibusdam & abuſibus Theologiae naturalis*, praemiſſa *Orationibus Academicis* Tubingae 1724.

(w) De Raynaudo vid. FABRICIVS in *Hiſtor. Bibl. Fabr.* Part. I. pag. 238.

(x) Cum primis commemorandi nobis ſunt ſequentes: P. YVES *Theologie Naturelle* Pariſiis 1635. 4. IOANNES MAYKISCH de *Notitia Dei naturali*, Dantiſci 1661.

GRANATENSIS *philoſophia Chriſtiana* de opere creationis, & quomodo per creaturas ad creatoris cognitionem perueniatur. Ingolſtadii prodiit 1650. 8. KILIANI RVDRAVFFII *Theologia naturalis*, Gieſſae 1657. 4. &, quae inter haſce non minima habetur, STEPHANI KLOTZII *Pneumatica* ſeu *Theologia naturalis*, quae prodiit Roſtochi 1640. 8. Iungendi ſunt illis, qui methodo Ariſtotelico-Scholaſtica theologiam naturalem tanquam diſciplinam peculiarem pertractarunt, adhuc ſequentes: BALTHASARIS CELLARII *epitome theologiae philoſophicae ſeu naturalis, ex Ariſtotele & libro de mundo concinnatae, Scholaſticorum doctrina illuſtrata, & cum Scriptura S. collata*, Helmſtadii 1651. 4. HENRICI IVLII SCHEVRLII *Epitome theologiae naturalis*, Guelferb. 1650. 4. IO. ADAMI OSIANDRI *Deus in lumine naturae repraeſentatus*, Tubingae 1665. 4. IO. WOLFGANGI IAEGERI *theologia naturalis, ſiue controuerſiae*

1661. 4. NICOLAVS BONNETVS quoque, Ord. Minorum addictus circa A. 1473. Theologiam Naturalem poſteris tradidit, cum Metaphyſica eius, Naturali Philoſophia & Logica typis exſcriptam Barcinone & Venetiis: Conf. FABRICII *Delectum argumentorum & Syllabum Scriptorum, qui veritatem religionis chriſtianae aduerſus atheos &c. aſſeruerunt* Cap. XX. pag. 458.

*uerſiae illuſtres de Deo*, ibidem 1684. 4. IOAN. MEISNERI *theologia naturalis*, Witemb. 1708. 8. recuſa, DANIELIS CLASENII *theologia naturalis*, Lipſiae 1653. 8. IOAN. CHRISTOPH. HVNDESHAGENII *theologia naturalis*, Ienae 1671. 4. & plures alii. (*y*).

## §. XXVI.

Recentiora ſcripta ſunt (*z*) Io. CLAVBERGII *centuria exercitationum de cognitione Dei &*

(*y*) e. gr. VDALRICI HEINSII *theologia naturalis acroamatica*, Ienae 1685. 4. IOANNIS MVSAEI *introductio in Theologiam naturalem*. Ienae 1679. 4. *Theologie Naturelle* par GEORGE PACARD. 1616. 8.

(*z*) v. c. PHILIPPI DAVIDIS SCHROEDELII *Quaeſtiones & reſponſiones de exiſtentia & virtutibus Dei*, in gratiam quorundam auditorum ſuorum adornatae, Hanouiae 1726. CAMPEG. VITRINGAE, filii, *epitome theologiae naturalis*, Franequerae 1720. 4. vid. de ea *Bibliotheca Bremenſ.* Claſſe V. pag. 170. IACOBI ODE *Theologia naturalis metaphyſicis innixa principiis, more Mathematicorum conſcripta*, Traiecti ad Rhenum 1728. 4. WOLLASTONI *theologia naturalis* anglice Londini prodiit 1724. 4. poſt in Gallorum idioma translata prodiit ſ. t. *Ebauche de la Religion naturelle par Mr.* WOLLASTON, *traduite de l' Anglois, avec un ſupplement & autres additions conſiderables, à la Haye* 1726. 4. Interpres ſtili elegantiam ac venuſtatem WOLLASTONI com-

*& noſtri ſecundum Philoſophiam*, Duisburgi 1656. 8. GERARDI *de* VRIES *exercitationes rationales de Deo diuinisque perfectionibus*, Traiecti 1685. 4. IOANNIS ANDREAE SCHMIDII *theologia naturalis*, Ienae 1689. & Helmſtadii 1707. 8. & quae Arminianis potiſſimum oppoſita eſt, Io. PAVLI HEBENSTREITII *Theologia naturalis*, Ienae 1696. 8. Ab Anglis aeſtimantur IOANNIS WILKINSII, Epiſcopi olim Ceſtrienſis, *Two Books of the Principles and Duties of natural Religion*, Londini obſtetricante IOANNE TILLOTSONO 1663. 8. editi. Apud *Belgas* HERMANNI ALEXANDRI ROELLII diſſertatio *de religione rationali*, Franequerae primum 1686. fol. exſcripta, ſaepiusque poſthaec recuſa, (*a*) non vniuerſalem plauſum meruit, quod

commendat, & largitur ambabus, verſioni ſuae eiusmodi nitorem & flores non ineſſe, ſed hanc tamen Anglico operi praeferendam putamus, ob additas notas & ſupplementa, quae generatim ſyſtema Wollaſtoni non ſiſtunt & probant ſolum, verum paſſim etiam ei repugnant. Recenſet editor quoque ſcripta cenſuras WOLLASTONI continentia, eaque revellere contendit. Denique diſpicit de actionibus Dei in creaturas. Conf. *Iournal des Savans* A. 1727. Menſ. Ian. Num. III. Acta Erudit. Germ. P. CXX. Num. I. *Hiſtoire Litteraire de l' Europe, M. Octobr.* Num. II.

(*a*) ROELLII liber prodiit quoque Francofurti 1729. 8.

ſ. t.

quod rationi nimium tribuiſſe auctor credebatur, nonnullos hinc aduerſarios expertus. Magis ſe eruditis probarunt DAVIDIS MARTINI (*b*) *traité de la Religion naturelle*, Amſtel. 1713. 8. & V. C. Io. GEORGII ABICHTII *theſes de nonnullis theologiae naturalis capitibus*, Gedani 1726. 4. Magni quoque ſuo merito fiunt CHRISTIANI KORTHOLDI tractatus *de tribus impoſtoribus magnis, Cherburio, Hobbeſio atque Spinoza*, cura SEBASTIANI KORTHOLDI Hamburgi 1701. 4. editus; PETRI POIRETI *cogitationum rationalium de Deo, anima & malo, libri quatuor*, Amſtelodami 1677. & 1685. 4. recuſi 1715. 4. (*c*) quibus omnia philoſophiae fundamenta hac in parte continentur, & *Benedicti Spinozae* errores refelluntur. Cum tamen ob ſubtilitatem nimium obſcurus ſaepe ſit POIRETVS; praeferendi illi ſunt SAMVELIS PARKERI (*d*) *diſputationes de Deo*, Londini 1678. 4. quibus Atheos aliosque veritatis hoſtes grauiter conuincit. *Vitam* POIRETI ab

(*b*) *Acta Erudit. german.* Vol. III. pag. 124. ſeqq. *Journal Literaire* Tom. I. pag. 69.

(*c*) Praemiſſa eſt diſſertatio noua *de duplici diſcendi methodo, & de ſimulato* P. PRALLII *contra Spinozae atheiſmum certamine.*

(*d*) Conf. *Giornale de' letterati di Roma* An. 1674. pag. 65. De Parkeri vita in Burneti Hiſtor. anecd. varia legi poſſunt.

ab anonymo conſcriptam *Biblioth. Bremenſ.* Claſſe III. Faſcic. I. Articulo IV. legi conſtat. Praemiſſus etiam eſt illius operibus poſtumis breuis *de vita & ſcriptis Poireti commentariolus*, Amſtel. 1721. 4. De libro autem recenſito vide ſententiam doctiſſimi STOLLII *hiſt. erud.* Tom. II. Cap. III. §. XXV. pag. 485. adde viri ſummi, CHRIST. MATTH. PFAFFII *hiſt. theol. litt.* Lib. III. §. II. not. 102. pag. 22. (*e*) Exnoſtratibus nota eſt V. C. IOACHIMI LANGII *Cauſſa Dei & religionis naturalis aduerſus atheiſmum, &, quae eum gignit aut promouet, Pſeudophiloſophiam veterum & recentiorum, praeſertim Stoicam & Spinozianam, e genuinis verae philoſophiae principiis methodo demonſtratiua adſerta*, Halae 1723. 8. Laudatus SYRBIVS in diſſ. *de origine Atheiſmi*, Ienae 1720. ſolide in hoc argumentum inquiſiuit. §.

(*e*) THOMAE BARLOVV *Exercitationes de Deo, quod ſit obiectum metaphyſicae, ſiue naturaliter cognoſcibilis, quouſque & quibus mediis : quod ſit aeternus & immenſus & quomodo*, Oxon. 1637. 4. *Hiſtoire Dogmatique de la Religion ſous la Loi naturelle, avec l' apologie de la Raiſon & de la Foi contre les Pyrrhoniens & les incredules, par* IEAN CLAVDE SOMMIER, Pariſiis 1710. 4. Reuerendiſſimi Epiſcopi IOANNIS WILKINS *of the Principles and Duties of natural Religion* Londini 1663. & 1704. 8. *A Diſcourſe concerning natural and reuealed Religion* auctore STEPHANO NYES Londini 1696. 8.

## §. XXVII.

Illorum etiam heic iniicienda eſt mentio, qui in confutandis Atheis, aliisque ſimilis farinae homuncionibus ſtudium ſuum poſuerunt, neruosque intenderunt ingenii, quorum numerus minime eſt exiguus. (*f*) Primum ſine dubio locum meretur HENRICVS MORVS, qui multis contra Atheos & Epicureos diſputauit in *dialogis* ſuis *diuinis*, *antidoto aduerſus atheiſmum*, tractatu *de immortalitate animae* & ſimilibus. Apud Germanos exſtat IOANNIS LVDOVICI FABRICII *apologeticus pro genere hamano contra calumniam athe-*

(*f*) Non abs re fuerit de reliquis qui idem fecerunt, aliquid addere. Conf. FABRICIVS in *Syllabo ſcriptorum de veritate relig. Chriſt.* & in Praefatione ad *Aſtro-Theologiam Derhami*, nec non PFAFFIVS in *introduct. in hiſtoriam theologiae litterar.* Part. II. Prae ceteris laudamus WILHELMI DERHAMI opera, nimirum *Phyſico-Theologiam*, & *Aſtro-Theologiam*, h. e. probationem pro exiſtentia Dei ex aſtris deſumtam; quae in Batauorum, Gallorum & noſtram vernaculam translatae ſunt. Germanicas editiones optimas debemus, cui infinita alia debemus, IOANNI ALBERTO FABRICIO, cuius mortem adhuc dolent omnes. *Theologiae naturalis in ſcholae priuatae vſum concinno ordine & perſpicuo propoſitae*, a BERNHARDO SEBASTIANO CRAMERO, noua editio prodiit Amſtelod. 1729. 8. *Principia philoſophica* GEORGII CHEYNE M. D. Anglice conſcripta, & in Italorum ſermonem

*atheiſmi*, (*g*) Heidelbergae 1682. 4 atque Io-

translata, excuſa ſunt Neapoli 1729. 4. *Diſſertation ſur l' Exiſtence de la Providence, les attributs de Dieu; l' immaterialité, Liberté & l' Immortalité de l' Ame, la diſtinction du bien & du mal moral; les peines & les recompenſes de la vie àvenir; par le Pere* BARKOWICH, *dedié à l' auguſte Senat de Veniſe*, Venetiis 1733. 8. IOANNIS EDVARDI *Demonſtration of the exiſtence and providence of God from the contemplation of the viſible ſtructure of the greater and the leſſer World* Londini 1696. 8. WILHELMI WHISTONI *Aſtronomical principles of Religion, natural and reveald.* Londini 1717. 8. Illuſtris FRID. HOFMANNI *Oratio de atheo ex machinae humanae ſtructura conuincendo.* Halae 1693. & 1705. IO. CONR. SCHWARTZIVS in Diſſ. inaug. *de exiſtentia Dei & exiſtentia daemonum*, Altorf. 1715, 4. IOANNES CHRISTOPH. STVRMIVS in diſſ. *oculus θεόσκοπος.* ſ. *de exiſtentia Dei ex oculo*, Altorfi, aliique egerunt. Vid. quos enumerat WALCHIVS *im Philoſ. Lexico*, artic. *Gott.* Praecipue autem v. NIEVWENTYTI opus: *Het regt Gebruyk der Wereld Beſchouwingen* cuius libri egregii quatuor editiones breui tempore comparuerunt, antecellit omnes. Gallice prodiit ſ. t. *l' exiſtence de Dieu, demontrée par les merveilles de la nature en trois parties, où l' on traite de la ſtructure du Corps de l' homme, des elemens, des Aſtres & de leurs divers effets*, Paris. 1725. 4. Verſio illius germanica prodiit *Offenbach* 1732. 4. Tacemus reliquos & remittimus lectores ad citatos diligentiſſimos viros.

(*g*) PETRVS BAELIVS argumentum hoc *a conſenſu gen-*

IOANNIS EBERHARDI SCHWELINGII *mens immortalis contra atheos, ſcepticosque demonſtrata*, (*b*) Bremae 1683. 12. Galli tamen hac

*gentium* petitum prae ceteris reiecit. Hic vero liber FABRICII ab auctore adſcriptus, etiam Tiguri 1698. prodiit cum reliquis operibus Fabricii. Praeter eos, quos Io. ALB. FABRICIVS hac de re excitat ſcriptores in *Bibliographia antiquar.* Cap. VIII. §. III. pag. 230. edit. Hamburgi 1716. vid. BVDDEVS in *theſibus de atheiſmo & ſuperſtitione*, pag. 362. BENOIST *in der Vorrede ſeiner Anmerckungen über Tolands origines Iudaicas.* ZACHARIAS GRAPIVS in *theologia recens controuerſa*, Tom. I. Cap. I. Quaeſt. VI. §. IV. pag. 32. ſequ. LOESCHERVS in *praenotionibus theol.* pag. 4. BVDDEVS in *ſelectis Iur. Nat. & Gentium*, pag. 209. LA CROZE in *entretiens ſur divers ſujets d' hiſtoire*, &c. pag. 254. ſq. ROCHEFORTS *Morale des Isles Antilles*, Cap. XIII. XIV. GEORG. MARGGRAVIVS *de Braſiliae regione & indigenis*, Cap. XII. Ingens ſe quoque offert ſcriptorum multitudo de argumentis Dei exiſtentiam firmantibus, diſceptantium. Cumprimis de Carteſii idea innata ediſſerunt WERENFELS *in iudicio de argumento Carteſii pro exiſtentia Dei ab eius idea petito.* MASTRICHT in *gangraena nouitat. Carteſianar.* pag. 198. HVETIVS in *cenſura philoſophiae Carteſianae* Cap. IV. §. IV. pag. 58. conf. CHRISTIAN BREITHAVPTS *Gedancken über die Methode, wie ein Atheiſt von der Exiſtentz Gottes vnd der Warheit der H. Schrifft zu überzeugen ſey.* Helmſt. 1732.

(*b*) *Acta erudit.* A. 1683. pag. 335. ſeqq.

hac in parte plura praeſtiterunt. Exſtat enim *Traité de la religion naturelle contre les Deiſtes & les nouveaux Pyrrhoniens, à Paris* 1677. 12. M. F. DYROIS *preuves & prejugés pour la religion Chretienne & catholique contre les fauſſes religions & l' atheiſme, à Paris* 1683. 4. (*i*) Huc etiam pertinent *quatre dialogues* 1) *ſur l' immortalité de l' ame*, 2) *ſur l' exiſtence de Dieu*, 3) *ſur la Providence*, 4) *ſur la religion, à Paris* 1684. 12. in quibus argumenta interdum quidem valde trita, at multa tamen cum elegantia, proponuntur. *Mr.* FERRAND *de la connoiſſance de Dieu, à Paris* 1706. 12. Praecipuum vero ſcriptum eſt PETRI CHAVVINI *de naturali religione*, Roterodami 1693. 8. contra Deiſtas atque Atheiſtas directum. Huic tamen palmam dubiam reddere eruditis exiſtimantur ISAACI IACQVELOTII diſſertationes gallicae *ſur l' exiſtence de Dieu, à la Haye* 1697. 4. Epicuro atque Spinozae oppoſitae. CHAVVINO vero ſe oppoſuit Dominus de VRIGNY. Hic enim gallico idiomate ſcripſit epiſtolam *contra Antitrinitarios*, (*k*) *tolerantes & moraliſtas*, cui adiecit *animaduerſiones ad dictum Chauuini librum*, 1693. 8. In hiſce multorum

(*i*) *Acta erudit.* A. 1683. pag. 364. ſeqq.

(*k*) Occupant hic locum ſcriptores de trinitate ex lumine naturae cognoſcenda; incidebant in has cogitationes GOTTFRIED VOIGTIVS *de imagine SS. Trinitatis ante tempora Chriſti in eccleſia credita, extra eccleſiam*

rum errorum arguit CHAVVINVM, immo ipſum Atheiſmi ſemina ſpargere, contendit. Defendit ſeſe CHAVVINVS in libro, quem inſcripſit: *Eclairciſſemens ſur vn livre de la religion naturelle, à Roterdam* 1693. 8. in quo etiam ea, quae durius dixerat VRIGNIVS, ad

*ſiam in ſcript. gentil. ſubobſcur. ſcintil.* Roſtoch. 1675. 4. WITSIVS *Aegyptiac.* Lib. II. Cap. 3. 5. KECKERMANNVS Lib. I. *Syſtem. Theol.* Cap. III. Hunc repellere voluit HVNDESHAGENIVS in *Theologia natur.* pag. 25. ſeqq. conf. RVDIGERI *phyſ. diuin.* Lib. I. Cap. I. Sect. VI. §. CLXXXIII. pag. 79. PFAFFII *Hiſtor. literar. theol.* P. I. pag. 305. ſeqq. add. TOLANDVS in *Chriſtiana diſciplina myſterii experte*, Londini 1696. 8. KIRCHERVS in *Obeliſco Pamphilio.* PLATONEM hac in re excitant complures, vid. I. B. CARPZOV. in diſſert. *de Trinitate Platonis*, in diſſert. Academ. pag. 1080. ſeqq. IACOBI THOMASII diſſert. *de Perſarum Platonicorumque Trinitate*, in *hiſtoria Sapientiae*, Tom. III. pag. 78. ſq. Io. ANDR. SCHMIDII diſſ. *Ratio in myſterio Trinitatis capta*, Ienae 1685. Conf. HVETII *Alnetanae quaeſtiones*, ſiue *concordia rationis & fidei*, Lib. II. Cap. III. LIVII GALANTIS *comparatio Theologiae chriſtianae cum Platonica*, Lib. III. pag. 90. ſq. & Lib. IV. pag. 113. ſq. CHRISTIANI ROTHII *Trinitas Platonica*, Lipſiae 1697. 4. GREW *Coſmologia*, Lib. I. Cap. I. CLEMENTIS ALEXANDRINI *Stromat.* Lib. V. EVSEBII *praeparat. Euangel.* Lib. XI. CYRILLVS *contra Iulianum*, *Lib.* III. & IV. SCHARBAV *paralleliſmus cum haereticis*, pag. 281. Bene multos hac de re lege auctores in *Memoirs of Literat.* Vol. II. Art. LXVII. pag. 335. ſq. PHILIPPVS MORNAEVS *de veritate relig. Chriſt.* Cap. VI. MVTIVS PANSA *de oſculo ethnicae & chriſtianae*

ad examen reuocat. Vtrorumque rationes & cauſſam examinauit in inaugurali ſua diſſertatione IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS, Halae 1695. habita. (*l*) Praeſtantiſſimus quoque commendandus eſt FRANCISCI DE SALIGNAC DE LA MOTTE FENELON libellus, captui vel ſimpliciſſimi cuiusuis adcommodatus: *Demonſtration de l' exiſtence de Dieu, tirée de la connoiſſance de la nature & proportionnée à la foible intelligence des plus ſimples*, ſaepius & in Gallia Belgioque editus, in Anglicam etiam, Belgicam & Germanicam (quod l. A. FABRICIVS Hamburgi 1714. 8. fecit) conuerſus. Confer tamen cl. CHRISTIANI AVGVSTI HAVSEN *Animaduerſa quaedam in demonſtrationem exiſtentiae Dei ab Archiepiſcopo Cameracenſi adlatam. Witemb.* 1713. 4. GVILIELMVS NICHOLS anglico idiomate *collationem cum Theiſta* ſcripſit, cuius pars prior Londini 1696. 8. ſecunda Londini 1697. 8. pars tertia 1698. quarta & vltima 1699. 8.

(*m*)

*philoſophiae* Cap. XXXVI. pag. 187. ſeqq. RADVLPHVS CVDWORTHVS pag. *636. ſyſtematis intellectualis huius vniuerſi*, paſſim & in notis MOSHEMIVS. IANI diſp. *de Trinitate Platoniſmi falſo ſuſpecta*; HINCKELMANNVS in *den Fragen über Böhmens Lehre.* Vnitas Dei etiam gentilibus innotuit, teſte MICHAELE MOVRGVES in *Plan theologique du Pythagoriſme*, ſupra citato, & HVETIO in *demonſtratione euangel.* Propoſ. IV. pag, 122. ſeqq.

(*l*) *In parergis* hiſtorico-theologicis etiam inuenitur Halae 1703. 8. excuſis pag. *399*.

(*m*) prodiit. Oppoſita illa potiſſimum eſt volumini cuidam epiſtolarum, quod quidam CAROLVS BLOVNTIVS ſub ſpecioſo *Oraculorum rationis* titulo ediderat, in quo epiſtolis quibusdam impietatem ſuam ſatis aperte profeſſus eſt BLOVNTIVS. Id quod anſam dedit NICHOLSIO, prolixius argumenta eiusmodi farinae hominum indagandi, eademque examinandi. Idem ille BLOVNTIVS vitam APOLLONII TYANEI, a PHILOSTRATO conſcriptam, ex graeco in anglicum ſermonem vertit, atque Londini 1680. fol. edidit. Alium libri huius *oracula rationis* inſcripti aduerſarium, qui *breuem facilemque methodum demonſtrandi relig. chriſtianae veritatem*, contra ipſum Londin. 1704. 8. vulgauit, commendat PFAFFIUS *hiſt. theol. litter.* Tom. II. pag. 29. Aeſtimatur etiam Anglis maxime IOANNIS RAII liber: *the Wisdom of God manifeſted in the Works of the Creation, in two Parts*, octaua



(*m*) Vltima pars non eſt quarta, ſed quinta; in hac, animae immortalitate euicta, Cowardum materialitatis animae defenſorem pertinacem, adortus eſt Nicholſius, Londini 1703.

(*n*) Haud infimum inter ſcripta haec promeretur locum: *The Deiſt's Manual, or rational enquiry into the Chriſtian Religion, with ſome conſiderations on Mr. Hobbes, Spinoſa*, the *oracles of reaſon, ſecond thoughts* &c, by CHARLES GILDON, *Gentlemen, publiſher of the Oracles of reaſon, to which is prefix'd a letter from the author of the method with Deiſts and Iews.* Londini 1703.

eademque poſtrema editione Londini 1722. 8. publicatus, a beato etiam CASP. CALVOER in vernaculam Goslariae 1717. 4. translatus, variisque animaduerſionibus illuſtratus. RICHARDI BENTLEII, doctiſſimi viri, *de irrationabilitate Atheiſmi* aureum meletema Londini 1692. 4. a cel. DANIELE ERNESTO IABLONSKI, Berolini 1696. 8. in latinam linguam conuerſum, dignum omnino eſt, quod attente legatur. Celebre etiam RADVLPHI CVDWORTHI eſt, *the true intellectual Syſtem of the Vnivers; wherein all the reaſon and Philoſophy of Atheiſm is confuted, and its impoſſibility demonſtrated*, Londini 1678. fol. Latinam huius libri verſionem expectari a ſe iuſſit celeb. Io. LAVR. MOSHEMIVS. (o) Contra SPINOZAM vero alii diſputarunt. (p) Habemus enim *l' impie convaincu, ou diſ-*

(o) Frantlati laboris fructum iam tulit venerabilis abbas. Ienae enim 1733. in fol. ſ. t. RADVLPHI CVDWORTHI, Theol. D. & in Academia Cantabrigienſi Profeſſoris, *Syſtema intellectuale huius vniuerſi, ſeu de veris naturae rerum originibus commentarii, quibus omnis eorum philoſophia, qui Deum eſſe negant, funditus euertitur. Accedunt reliqua eius opuſcula.* Omnia ex anglico latine vertit editor incomparabilis, recenſuit & infinitis obſeruationibus, iisque multo doctiſſimis & diſſertationibus ſummo viro dignissimis illuſtrauit & auxit, ita, vt maxime memorabile ſublimioris eruditionis pariter atque ingenii cultioris monimentum omnis aeui MOSHEMII verſio eſſe videatur.

(p) Verba de iis fecimus Cap. II. §. XIX. pag. 119. ſqq. Tamquam abſonam Spinozae ſententiam exploſerunt IOANNES MVSAEVS in *Spinoziſmo*, edit. Wittebergae 1708. 4. & IOANNES MELCHIOR in *cenſura tractatus theologico-politici*, Francofurti & Vltraiecti 1671. 4. DE LA CROZE in *Diſſertation ſur l' Atheiſme et ſur les Athées modernes*, quae inuenitur in *Entretiens ſur divers ſujets d' hiſtoire et de litterature*, pag. 250. à Cologne 1711. ſine auctoris nomine. Atheorum principiis inſiſtit

*diſſertation contre* SPINOSA, *dans laquelle on refute les fondemens de ſon Atheiſme, à Amſterdam* 1674. 8. & 1684. 4. *Nouvel Atheiſme renverſé, ou refutation du Syſteme de Spinoza, par Mr.* LAMY, *à Paris* 1696. 12. Hic FRANCISCVS LAMY, a BERNARDO probe diſtinguendus, ſcripſit quoque: *l' incredule amené à la religion par la raiſon, en quelques Entretiens; où l' on traite de l' alliance de la raiſon avec la foy, à Paris* 1710. 12. (*q*) prolixius vero contra Spinozam egit IACOBUS ABBADIE in *traité de la verité de la religion Chretienne, à Roterdam* 1684. 8. (*r*) qui recuſus ibidem 1688. 2. Vol. 8. ſaepiusque alibi fuit; in vernacula noſtra legendum illum nobis exhibuit C. L. BILLERBECKII ſtudium, prodiit Francofurti 1713, & Lipſiae 1721. 4. Monuit etiam haud pauca aduerſus SPINOZAM (*s*) famoſus ille STOVPPIVS, libri *la Religion des Hollandois; à Cologne* 1673. 12. inſcripti auctor; quem refutaſſe conſtat IOANNEM BRAVNIVM, theologum Batauum

ſiſtit etiam THEODORVS LVDOVICVS LAV in *Meditationibus de Deo, mundo et homine*. edit. Francofurti 1717. 8. quas ſine nauſea legere non potuimus. Hic omnino CHRISTIANI THOMASII iudicium *in vernünfftigen Gedancken über allerhand Iuriſtiſche Händel*, Part. I. Caſu XXIV. pag. 233. ſeqq. conferatur.

(*q*) Hoc opus tamquam pars ſecunda libri ab eodem auctore s. t. *les premiers elemens des ſciences; ou entrée aux conoiſſances ſolides: en divers entretiens proportionnez à la portée des commençans et ſuivis d' un eſſai de Logique* edit. Pariſiis 1706 conſiderari poteſt. De iſto in *Bibliotheque Hiſtorique et Critique des Auteurs de la Congregation de S. Maur* D. PHILIPPVS LE CERF pag. 191. ſcribit. "*le P. Lami n'y neglige rien pour decouvrir la vraye Religion, par la lumiere de la Raiſon*"

(*r*) *Acta. Erudit.* A. 1685. pag. 126. ſeqq.

(*s*) Vtramque hic facere paginam WOLFIVM ſupra oſtendimus.

uum, in libro, cui titulum fecit: *la veritable religion des Hollandois, avec vne Apologie pour la religion des Etats Generaux des Provinces Vnies, contre le libelle diffamatoire de Stouppe, par* IEAN BRVN, *miniſtre du Roy des Armées, à Amſterdam* 1675. 12. Adde *la rencontre de Bayle & de Spinoſa dans l' autre monde, à Cologne* 1711. 12. adlegatam celeb. PFAFFIO in *hiſt. theol. litt.* Tom. II. p. 15. (65). Merito abſtinere nobis videmur, a ſupplendo ſcriptorum *anti-atheiſticorum* catalogo, quum legere eundem liceat facile in ſummi viri, Io. ALB. FABRICII, *delectu argumentorum & ſyllabo ſcriptorum, qui veritatem relig. chriſt. aduerſus Atheos, Epicuraeos, rel. lucubrationibus ſuis adſeruerunt*; Hamburgi 1725. 4. vbi capite XII pag. 341. ſequ. adparet. Adeundi interim quoque ſunt IENKINVS THOMASIVS, qui *hiſtoriam atheiſmi philoſophicam* ſcripſit, Baſil. 1709. (*t*) & Altorf. 1713. 8. cel. BVDDEI *theſes de atheiſmo & ſuperſtitione*, Ienae 1717. & germanice ibid. 1723. 8. nec non IAC. FRIDERICI REIMANNI *hiſtoria vniuerſalis atheiſmi & atheorum*, Hildeſiae 1725. 8. (*u*)

(*t*) ANTONII REISERI *hiſtoria atheiſmi* Auguſtae Vindelicorum edit. 1669. 8. GERHARDI THEODORI MEIERI *hiſtoria atheiſmi* quae exſtat in Hiſtoria Religionum cap. II. pag 12. ſqq. edit. Helmſtad. 1697 4. IACOBI HASEI diſp. de *gentilium philoſophis Atheiſmi falſo ſuſpectis*. excuſa Bremae 1716. 4 cumprimis ſunt commemorandae.

(*u*) Auctorem hunc in catalogum atheorum haud raro adſciuiſſe opſimae notae viros, pronunciat Gundlingius *Hiſt. Litter.* Vol. IV. Cap. VI. pag 6068. Aſt inſcriptio libri Reimanniani declarat, atheiſmi poſtulatos omnes, tam hoc nomine infames, quam innocentes, cenſuram eius incurrere. Acerbe etiam de Gundlingio vel hanc ob rationem conqueritur Reimannus *Biblioth. Hiſtor. litterar.* Tom. II. pag. 487.